I S S A



1 5 9 2

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ Α-
ΠΑΝΤΑ.

Isocratis scripta,

QVÆ QVIDEM NVNC EXtant, omnia, Græcolatina, postremò recognita:

HIERONYMO VVOLFIO OEtingensi interprete.

Cum Rerum & uerborum accurato INDICE.





Cum Cæs. Maiest. Regisq; Galliarum gratia & priuilegio.

BASILEAE, EX OFFICINA Oporiniana. 1587.



AD INVICTISS. ET POTENTISS. ROMANORVM Imperatorem, ſemper Auguſtum, D. MAXIMILIANVM II. Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæq; Regem, &c.

HIERONYMI VVOLFII IN Iſocratem Præfatio.

BONA quapiam fortuna uidetur eſſe factum, potentiſs. & clementiſs. Imperator, ut Iſocrates, orator planè regius, & his ipſis rebus quæ nunc deliberandæ ſunt, maturandis uehemēter occupatus, ſub ueſtræ Cæſareæ Maieſtatis exoptatum in hanc urbem, ob grauiſsima Romani imperij negocia aduentum, & Reipub. Chriſtianæ (quod omnes ſperant & optant) ſalutarem, typis excuderetur. Non quòd C. Maieſtati ueſtræ, & ingenio heroico præditæ, & ab ineunte ætate, & literis & imitatione maiorum, qui ſuæ uirtutis immortalem memoriam reliquerunt, præclarè inſtitutę, & in regno proauito ac uetuſtiſsimo & natæ & educatæ, & exercitatæ, cuiuſquam uel ſcriptoris lectione, uel monitoris oratione magnopeè

rè sit opus: sed quia futurum augurabar, si Cæsarea uestra Maiestas tenue hoc opusculum, in suo inclyto nomine apparere pateretur, multos ex proceribus aulicis, qui res magnorum principum administrant, libellum hunc in manus sumpturos, neq; grauatim lecturos esse. Multa enim uiri præstantes, & Reipub. studiosi, sua & dicta & facta egregia recognoscent, quæ ab Isocrate aliàs præcipiuntur, laudantur aliàs: & quia laudes easdem ad se quoq; pertinere sentient, rectè factorum conscientia exhilarabuntur. Iam cũ in hac naturæ humanæ imbecillitate non
" exiguæ uirtutis, neq; paruæ sapientiæ sit, ac
" potius maximæ felicitatis, errata & peccata
" pro uirili cauere: id quoq; gaudebunt, se ab
" ijs uitijs esse alienos, quæ orator & philoso-
" phus antiquissimus, & sua ætate per Euro-
" pam atq; Asiam celeberrimus, reprehendit: seq; ad V.C.Maiestatis imitationem, omnis officij, laudis, humanitatis exemplar, quàm proximè accessisse. Illud etiam C. Maiestatem V. (si quando fortè libelli huius inspiciendi ocium dabitur) delectabit, cum Isocratem uidebit ea suadere, & omnibus eloquentiæ neruis contendere, quę ipsa iam suscepit, &, Deo fortunante, perficiet: ut & pax atquè concordia in Christiano orbe constituatur, & totius Imperij uiribus Barbari oppugnentur:

tur: & Pannoniæ cōtra illorum insultus, tam coloniis, quàm perpetuis præsidiis, ueluti muro immortali muniantur. Cui ego, quem Fortuna obscurum, Natura multis notum esse uoluit, lucubratiuncula hac mea Romanū imperium, & diuinitùs destinatum, & consentientibus summorum principum suffragiis delatū, animo summisso & summa cum obseruantia gratulandum esse duxi: eoq́ magis, quòd & C. V. Maiestatem ea humanitate esse, non uno tantùm omnium ore perhiberi audio, sed & coràm uidi, ut neminem quantumuis humilem aspernetur: & Musarum hoc munus esse creditur, quarum ego cultor, nescio quàm felix (id enim Fortunæ munus est) asiduus certè quidem & diligēs ab ineunte ætate fui, ut obseruantiam erga Monarchas suam (quoniā Iouis optimi maximi, cuius nomine summos principes intelligunt, non alumnæ, sed filiæ esse dicuntur) literarum monimentis declarent, seq́ illorum fidei & tutelæ commēdent. Nam quod ad me quidem attinet, in ea fortuna, quæ mihi uel diuinitùs attributa, uel à me certo consilio, ad naturam meam accommodato, delecta est, nihil neq́ sperans, neq́ spectans amplius, ingrauescente præsertim ætate, acquiesco. Hoc factum meum fortasse non tam audax, quàm impudens: non tamen tam mea

 sponte,

ſponte, & certo quodam augurio atq; omi-ne felici, quàm claris uiris autoribus ſuſce-ptum: ſi V. C. M. diuinam imitata clemen-tiam, in meliorem partem acceperit, ani-mumq́ meum potius, inclytæ Auſtriacæ fa-miliæ, tot Regum & Cæſarum, ſumma cum prædicatione uirtutis, parẽti, addictiſsimum ſpectarit: me ſummo beneficio C. V. Maie-ſtatis, quã Deus optimus maximus ad Chri-ſtiani orbis ſalutem & dignitatem, quàm diutiſsimè incolumem & florentem con-ſeruet, atq; indies ad maiora pro-uehat, affectum eſſe iu-dicabo.

VOTVM EIVSDEM PRO uictoria & concordia.

I Felix, ducente Deo, fortißime Cæsar:
Excute Barbaricum, protere, frange iugum.
Pannoniasq; tuas inuicto milite firma,
Qui terrore suo perfida regna premat.
Inclytus inde redi cœlesti numine uictor,
Supplicibusq; tuis iura fidemq; refer.
Hæc Pater omnipotens, hæc filius almus IESVS,
Spiritus hæc sanctus uota secundet: Amen.

Eiusdem in Cæsarum Austriacorum imagines Disticha, κατὰ προσωποποιίαν.

RODOLPHVS HABSPVRGIVS.
Non mea te frustrata fuit, Germania, uirtus:
Clara, triumphatis hostibus, arma gero.

ALBERTVS.
Aemulus occubuit: me perfidus abstulit ensis:
Vlta necem soboles, claraq; facta manent.

FRIDERICVS PVLCHER.
Pulchrior ingenio, quàm pulchro corpore: felix
Cætera, dißidij ni mala tanta forent.

ALBERTVS II.
Coniugij FORTVNA dedit duo splendida regna:
Romanum VIRTVS addidit imperium.

FRIDERICVS III.
Nullus ab Augusto tenuit tot sceptra per annos:
Cætera, fatorum quæ tulit ordo, tuli.

MAXIMILIANVS I.

Ingenio, pietate, fide, uictricibus armis
Maximus: haud abs re nomina tanta gero.

PHILIPPVS MAXIMILIANI F.

Non ego Cæsar eram, dotalia regna secutus:
Ternus at à nostro stemmate Cæsar adest.

CAROLVS V.

Indiæ & Europæ clarus, Libyæq; triumphis:
Imperium fratri, fessus honore, dedi.

FERDINANDVS I.

Me neq; Turcus atrox, neq; sors inimica subegit:
Sceptra (Deo grates) inuiolata gero.

MAXIMILIANVS II.

Nomine par proauo (faueant modò Numina cœptis)
Imperio, rebus, pectore maior ero.

PHILIPPVS CAROLI V. F.

Non ego sum Cæsar: regem Tagus, Insuber, Afri,
Belgæ, Itali, Siculus, Sardus & Indus habent.

MARIA IMPERATRIX.

Cæsar me genuit: Cæsar me coniuge ducta,
Cæsaream fulcit sospite prole domum.

FERDINANDVS ET CAROLVS ARCHIDVCES.

Contigit à patruo, proauo, patre, fratre, atauisq;,
Nobis Cæsareæ nobilitatis honos.
Quid uentura ferat Sors, quærere mittimus: ipsi
Fungimur officio: cætera fata dabunt.

SOLYMANNVS GERMANIS.

Non ego uobiscum titulis aut stemmate certo:
Qui minor est armis, hic mihi seruus erit.

Comprendi totum nostris sub legibus orbem,
Iam pridem uatum præscia fama canit.
Comprobat & uatum, nostra omnipotentia, famam:
Vos discors regnum, proditioq; premunt;
Vos priuata mouent: paucis respublica curæ;
Rex ego cuncta meo constituo arbitrio.
Ebrietas uestrum decus est: nos sobria uita,
Terrarum dominos, Oceaniq; facit.
Pannonias triplici numeroso milite uasto:
Qui ferus arma statim uestra pusilla uoret.

GERMANI SOLYMANNO.

Omnipotens Deus est, tua qui citò conteret arma,
Iam licet esse tibi tu uideâre Deus.
Non tu falsa quidem nobis opprobria dicis:
Causa tamen melior nostra fidesq; uiget.
Nec tua flagitij sæuæq; tyrannidis expers
Vita, iubet uoto te meliore frui.
Irrita quid iactas falsorum somnia uatum?
Quid tibi de uana prosperitate places?
Adiutor nobis trinus Deus, Vnus & idem,
Perdere myriadas mille sine ense potest.
Opprimet iniustos diuina potentia fastus:
Christicolisq; suis læta trophæa dabit.

AMEN, AMEN,
AMEN.

CATALOGVS OPERVM Isocratis.

I. CLASSIS PARAEnetica.

II. CLASSIS SVAsionum.

III. CLASSIS EXORnationum.

IIII. CLASSIS IVDIciorum.

7. Contra

INTERPRES LE-
ctori.

Plurima discentem se consenuisse professus,
Nullius ore probi probra Solon meruit.
Zoilus at negat hoc? Quæ præmia digna reportet?
Editus ut puer est, sic puer ut pereat.

IN ISOCRATEM VVOLFII, GVL. CANTERI

Elegiacum.

ET meritò Siren quondam tua busta superstat,
O' Rhetor, dulci molliter ore canens.
Tu primus numeri laxas dulcedine uoces
Condisse, & genij diceris esse parens.
Te solum stupuit soboles Demosthenis illa,
Quam mirata simul Græcia tota fuit.
Nec mirum. non tu depromis inania uulgi
More loquax strepitum uerba datura suum:
At quo sit seruanda modo das patria mite
Consilium, uicto milite barbarico:
Quæ sit forma, doces, communis proxima ueræ:
Quod reges ipsos, quod populum'q. decet.
Ergo clara tuis potuit procedere castris
Eloquij ductus coors imitata tui:
Lignigena ut sonipes laterum fudisse cauernis
Graiugenûm fertur fortia corda uirûm.
Ergo te Latio toties iam donat amicus
VVOLFIVS, ingenio magnus, & arte potens.
Hic ueri solus numeros interpretis explet:
Romulea hunc docuit fundere uerba Venus.
Idem etiam longo tua dicta uolumine clarat.
Quæ cupiant pueri noscere, quæ'q. uiri.
Quale quoq. orator sperat leti decus expers
Pæanius, Græci gloria prima fori.
Omnia quæ, bona doctrinæ fultura ruentis
Magnus OPORINVS, laus noua Pieridum,
Ingenio, cura, studio, præstans'q. labore,
Et dedit, atq. dabit lumine posse frui.
Huius enim in Musis fuit ætas tota colendis

Expen-

Expensa, & claro munere chalcographis
Testis, qui prælis cumulus trepidantibus exit
Scriptorum, seu quis uult noua, seu uetera.
Ante igitur sicca gaudebit puluere piscis,
Antè ferus pelago uiuere discet aper:
Quàm tenebris illustre nigris uoluenda celebris
Nomen OPORINI sæcula cana tegent.

ὙΠΌΘΕΣΙΣ ἹΕΡΩΝΎμου Βολφίου τοῦ α΄ λόγου.

ὁ σκοπὸς καὶ ἡ χρεία τῶν παραινέσεων.

Ἡ προαίρεσις καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ λόγου ἐστὶν, ὅπερ δήπου ἱκανῶς ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπιγραφῆς παντί τῳ δῆλον, τὰς τῶν νεωτέρων ψυχὰς εἰς τὰς καλὰς τῶν πράξεων παρορμῆσαί τε καὶ παιδαγωγῆσαι, ὅπως ἂν τὸν ἑαυτῶν βίον οὐ μόνον ἡδέως καὶ συμφερόντως, ἀλλὰ καὶ μετὰ καλῆς δόξης καὶ ἐπαινούμενοι διαγάγωσι. πάντως οὖν χρὴ τοὺς ἐλευθέρους τῶν παίδων ἐκμανθάνειν τὰς ἡδίστας ταυτασί, καὶ μάλιστα σωτηριώδεις παραινέσεις. οὐχ οἷόν τε γὰρ οὐδενὶ πώποτε τούτου τοῦ πόνου μεταμελῆσαι. ἄξιον δὲ, σχολῆς ἐγγενομένης, καὶ τῆς ἡλικίας αὐξηθείσης, ἑκάστην τῶν ὑποθηκῶν αἰτιολογῆσαι, καὶ γνώμαις ὁμοίαις καὶ παραδείγμασι τοῖς τε τῶν ποιητῶν καὶ τῶν συγγραφέων, πρὸς δὲ καὶ τοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν σαφηνίσαι βίου. ἐκεῖνο δ' ἂν πάντων μάλιστα πρὸ ἔργου γένοιτο, ἐπισκέψασθαι, ποσάκις τῆς ὁσιωτάτης διδασκαλίας ἢ ἀστοχήσας, ἢ καὶ καταφρονήσας, ὡς μεγάλας καὶ πολλὰς τῆς ἀβουλίας τε καὶ προπετείας ὑπέχει τιμωρίας. ἐντεῦθεν δὴ περιγένοιτ' ἄν σοι, μὴ μόνον τὸ τῶν ἑτέροις ἢ πεπραγμένων, ἢ εἰρημένων, ἢ καὶ συμπεπτωκότων γίγνεσθαι κριτικώτερον, καὶ τῆς τοῦ βιβλίου μᾶλλον ἐφικέσθαι διανοίας· ἀλλὰ καὶ τὸ δι' ὅλου τοῦ βίου μελετᾶν τὴν σοφίας μετὰ καλοκαγαθίας συζυγίαν, καὶ τὸ ἀπαίδευτον σὺν τῷ ἐπονειδίστῳ βδελύττεσθαι.

ἡ τάξις καὶ ἡ μέθοδος, καὶ τὰ μέρη τοῦ λόγου.

τάξιν μὲν οὖν, ἥνπερ ἐξεπίτηδες ὁ συγγράψας, τοῦ διαποικίλαι τάχα τὸν λόγον, ἔστιν οὐ συγχέαντί τε καὶ ἀμελήσαντι ἔοικεν, καὶ ἀριθμὸν (οὐδὲν γὰρ ἄτοπον ἢ πλείω ἑνῶσαι, ἢ ἕν τι εἰς πλείω μερίζειν) ἐνταῦθα περιεργάζεσθαι οὐ δεῖ. σωρεύονται γὰρ αἱ ὑποθῆκαι οὐ πάνυ μὲν εἰκῆ, ἧττον δέ γ' ἀκριβῶς τῶν Κικέρωνι περὶ τοῦ καθήκοντος, ἢ Ἀριστοτέλει περὶ τῶν ἠθῶν φιλοσοφηθέντων· μήτ' αὖ δ' αἰτιολογίαι παράκεινται (ἔστι γὰρ ἡ μέθοδος ἐξηγητικὴ μᾶλλον, ἢ ἀποδεικτική) ἀλλ' ὅσα Ἰσοκράτει ἤτοι μεταξὺ διανοουμένῳ τε καὶ συγγράφοντι ἐπῆλθεν, ἢ διὰ σαφηνήσεώς τινος καὶ ἐπικοσμήσεως διὰ λόγων ἔδοξε δεόμενα, ταῦτα κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ παρείληπται εἰς τὴν ὑπόθεσιν. παρατηρητέον δὲ κἀκεῖνο, ὅτι αἱ παραινέσεις μεγάλην εὐπορίαν προτροπῶν τε καὶ ἐπαίνων, καὶ τῶν ἐναντίων τούτοις χορηγοῦσι. μέρη δὲ τοῦ λόγου τρία· προοίμιον, καὶ παραινέσεις, καὶ ἐπίλογος. ἐν μέσῳ γὰρ προτροπῶν μάλ' ἐντέχνως κεῖνται αἱ ὑποθῆκαί τε καὶ παραινέσεις, καθ' ἃς πάντα μὲν εὐθύνεσθαι δεῖ τὸν βίον, πάντα δὲ τὸν ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων λόγον, πᾶσαν δὲ καὶ τὴν τῶν καθ' ἡμᾶς ζώντων, καθάπερ προείρηται, ἐξετάζεσθαι διαγωγήν:

ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFII in primam Orationem.

COnsilium & propositum huius libri est, ut ex ipsa inscriptione satis apparet, adolescentum animos ad honestas actiones & exhortari, & instituere: quò uitã non tãtùm suauiter, & cõmodè, sed etiam cum laude & gloria trãsigant. Omnino igitur ingenuis pueris ediscẽdæ sunt hæ dulcissimę ac saluberrimæ prȩceptiones: ut in omni uita in cõspectu atq; in prõptu sint. Neminẽ profectò laboris illius unquã pœnitebit. Operæpreciũ etiam fuerit, per ociũ atq; ætatẽ, causas singulorũ præceptorum exquirere, eademq́; similib. sentẽtijs, & exemplis, Poetarũ, Historicorũ, atq; adeò uitæ cõmunis, illustrare. Sed illud omniũ utilissimum erit, considerare, quoties sanctissimã doctrinam, uel imprudẽs uel petulanter neglexeris: quoties, & quàm graues incogitãtiæ temeritatisq́; pœnas dederis. Ita fiet, ut non tantùm de aliorũ dictis, factis & casib. prudẽtius iudices, & ipsum libellũ rectius intelligas: sed illud etiam consequêris, ut in omni uita sapientiam cum probitate coniungere studeas, inscitiam & dedecus detesteris. Ordo (quem autor de industria, uariandæ fortassis orationis causa, neglexisse ac turbasse uidetur) atque numerus (possunt enim aut plura cõiungi, aut unum quoddã in plures tribui partes) hic non magnopere est requirẽdus. Coaceruantur enim prȩcepta, nõ illa quidem omnino temerè: sed minus tamẽ accuratè, quàm fit in libello Ciceronis de Officijs, aut Aristotelis disputatione de Moribus. Neq; semper rationes adijciũtur (nã methodus expositione potius, quàm probatione constat) sed quæ inter meditandũ & scribendum inciderunt, uel declarationem aliquã, uel ornamenta uerborũ requirere uisa sunt: ad arbitrium Isocratis, pro autoritate in mediũ afferuntur. Illud etiam obseruãdum est, præceptiones has magnã suppeditare copiã adhortationũ & laudum, & contrà. Partes huius libelli sunt tres: Principiũ, Doctrina de moribus, & Peroratio. Sunt enim perquàm artificiosè, præceptiones in medio cohortationũ collocatæ. Quæ quidẽ præceptiones & admonitiones (ut iam dictũ est) normæ atq; regulæ esse debent totius uitæ, ad quas & poetarum & historicorum scripta, & nostræ ætatis hominum dicta factaq; omnia, sunt exigenda & iudicanda.

Scopus admonitionum & usus.

Ordo & methodus, & partes orationis.

Η Α ΣΥΜΜΟΡΙΑ
ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΗ ΟΥ͂ΣΑ.

ἸΣΟΚΡΆΤΟΥΣ ΠΡῸΣ
Δημόνικον παραίνεσις.

ὁ πρῶτος λόγος.

Εὐνοίας λῆψις ἐκ προσώπων, κατὰ γνωμικῶν ἀντίθεσιν: καὶ προσοχῆς, ἐκ τῶν πειραστικῶν, καὶ κατὰ σύγκρισιν λόγων καὶ τρόπων.



Ν πολλοῖς μὲν, ὦ Δημόνικε, πολὺ διεστώσας εὑρήσομεν τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας· πολὺ δὲ μεγίστην διαφορὰν εἰλήφασιν ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνηθείαις. οἱ μὲν γὰρ, τοὺς φίλους, παρόντας μόνον, τιμῶσιν: οἱ δὲ καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι. καὶ
» τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυ-
» σε: τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας, οὐδ' ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐ-
» ξαλείψειεν. ἡγούμενος οὖν πρέπειν, τοὺς δόξης ὀρεγομένους, καὶ παιδείας ἀντιποιουμένους, τῶν σπουδαίων, ἀλλὰ μὴ τῶν φαύλων εἶναι μιμητάς: ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν τῆς πρὸς ἡμᾶς
» φιλίας, σημεῖον δὲ τῆς πρὸς ἱππόνικον συνηθείας. πρέ-
» πει γὰρ τοὺς παῖδας, ὥσπερ τῆς οὐσίας, οὕτω καὶ τῆς φι-
» λίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. ὁρῶ δὲ καὶ τὴν τύχην ἡμῖν συλλαμβάνουσαν, καὶ τὸν παρόντα καιρὸν συναγωνιζόμενον. σὺ μὲν γὰρ παιδείας ἐπιθυμεῖς: ἐγὼ δὲ παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρῶ· καὶ σὺ μὲν ἀκμὴν φιλοσοφεῖς: ἐγὼ δὲ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπανορθῶ. ὅσοι μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φίλους τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους συγγράφουσι: καλὸν μὲν ἔργον ἐπιχειροῦσιν: οὐ

μὴν

PRIMA CLASSIS ADMONITIONVM.

ISOCRATIS AD DEmonicum de Officijs:

HIERONYMO VVOLfio interprete.

ORATIO I.



VM multis, Demonice, in rebus, multùm interesse uideas inter bonorũ rationes, & improborũ cogitationes: tũ in familiaritatibus lõgè maximũ discrimen apparet. Nam alteri amicos, dũ adsunt tantùm, colunt: cum alteri etiã longè remotos ament: ac improborum quidem necessitudines paulo momento pereunt: bonorum autem amicitias nulla temporis longinquitas deleuerit. Quum igitur ijs qui gloriã expeterent, & liberalibus artibus studerẽt, bonos, & non improbos imitandos censerem: hanc orationem dono tibi misi, quæ & amicitiæ nostræ pignus esset, & meæ cum Hipponico familiaritatis signũ: Vt enim rei familiaris, sic & amicitiæ paternæ liberis capienda est hæreditas. Ac nobis & fortunam suffragari, & ipsum tempus opitulari uideo. Nam & tu erudiri cupis, & ego in alijs erudiendis elaboro: tu adhuc sapientiæ studes: ego sapientiæ studiosis uiam commõstro. Etsi autem ij qui ad amicos exhortationes scribũt, rem certè præclarã suscipiunt: non

Beneuolentiæ & attentionis captatio, à personis, circumstantijs, & sententiosa collatione.

μὲν περί γε τὸ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας διατρίβουσιν. ὅσοι δὲ τοῖς νεωτέροις εἰσηγοῦνται, μὴ δι᾽ ὧν τὴν δεινότητα τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀσκήσουσιν, ἀλλ᾽ ὅπως τὰ τῶν τρόπων ἤθη σπουδαῖοι πεφυκέναι δόξουσι· τοσούτῳ μᾶλλον ἐκείνων, τοὺς ἀκούοντας ὠφελοῦσιν: ὅσον οἱ μὲν ἐπὶ λόγον, μόνον παρακαλοῦσιν: οἱ δὲ καὶ τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπανορθοῦσι. διόπερ ἡμεῖς οὐ παράκλησιν εὑρόντες ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες, μέλλομέν σοι συμβουλεύειν, ὧν χρὴ τοὺς νεωτέρους ὀρέγεσθαι, καὶ τίνων ἔργων ἀπέχεσθαι, καὶ ποίοις τισὶν ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, καὶ πῶς τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομεῖν. ὅσοι γὰρ τοῦ βίου ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπορεύθησαν, οὗτοι μόνοι τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι γνησίως ἠδυνήθησαν· ἧς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον, οὐδὲ βεβαιότερόν ἐστι. κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε: πλοῦτος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστίν: ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥαθυμίᾳ παρασκευάζων: ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους παρακαλῶν. ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης, πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε: καὶ τὰ μὲν σώματα τῶν ἀσκούντων ἐκόσμησε, τὰς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπεσκότησεν. ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κτῆσις, οἷς ἂν ἀκιβδήλως ἐν ταῖς διανοίαις συναυξηθῇ, μόνη μὲν συγγηράσκει: πλούτου δὲ κρείττων, χρησιμωτέρα δ᾽ εὐγενείας ἐστί. τὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀδύνατα, δυνατὰ καθιστῶσα: τὰ δὲ τῷ πλήθει φοβερὰ, θαρσαλέως ὑπομένουσα, καὶ τὸν μὲν ὄκνον ψόγον, τὸν δὲ πόνον ἔπαινον ἡγουμένη. ῥᾴδιον δὲ τοῦτο καταμαθεῖν ἐστιν. ἔκ τε τῶν ἡρακλέους ἄθλων, καὶ τῶν θησέως ἔργων, οἷς ἡ τῶν τρόπων ἀρετὴ τηλικοῦτον εὐδοξίας χαρακτῆρα τοῖς ἔργοις ἐπέβαλον, ὥστε μηδὲ τὸν ἅπαντα χρόνον δύνασθαι λήθην ἐμποιῆ-

Εὐμάθεια, καὶ παράκλησις, ἐγκωμιαστικὴ τῆς ἀρετῆς, κάλλους καὶ ῥώμης καὶ πλούτου προτιμωμένης: καὶ ἐκ παραδειγμάτων ἡρακλέους, καὶ θησέως, καὶ ἐκπονίου.

in eo tamen uerſantur, quod eſt in ſapientiæ ſtudio præſtãtiſſimũ. Qui uerò adoleſcẽtibus tradũt ea, nõ quæ in dicẽdi exercitatiõe et oratoria facultate eos acuãt, ſed quæ ad naturale decus honeſtatis conformẽt: eò plùs, quàm illi, fructus adferũt auditoribus: quòd, ut alteri ad eruditionẽ uerborũ, dũtaxat hortãtur: ſic alteri etiã mores eorũ corrigũt. Nos igitur nõ arrepta hortatiõe, ſed cõſcripta præceptione, tibi cõſulturi ſumus, quæ res adoleſcentibus expetendæ, quæq́ʒ facta fugiẽda ſint: & quorũ hominũ cõſuetudine uti, & quo pacto uitã inſtituere debeãt. Nã q̃ hoc uitæ quaſi iter ingreſſi ſunt, hi ſoli ueræ uirtutis cõpotes fieri potuerũt: qua nulla poſſeſſio neqʒ ſplendidior eſt, neqʒ cõſtãtior. Nã forma qdẽ aut ætate cõſumitur, aut morbo defloreſcit. Diuitiæ uerò, uitiorũ magis quàm uirtutis miniſtræ ſunt: cùm q̃ ignauiæ facultatẽ offerũt, tum quòd adoleſcẽtes ad uoluptates inuitãt. Iã uires corporis, cũ prudentia cõiunctæ, ſanè proſunt: ſed ſine hac plus iјs ipſis nocent, penes quos ſunt: et ùt corpora pugilũ ornãt, ſic tenebras curationi mẽtis obducũt. Virtutis aũt poſſeſſio, in quorũ animis ſyncerè unà cũ ætatẽ accreuerit: ſola nec in ſenectute deſerit, & opib. præſtãtior, et nobilitate utilior. Nã quæ alij efficere non poſſunt: ea facit, ut obtineri poſſint. Quæ multitudini horrenda uidẽtur, magno animo ſubit: deſidiã in uitio ponit, laborẽ laudi ſibi ducit. Quæ quidẽ facilè tũ ex Herculis certaminibus, tũ è Theſei operib. pſpici poſſunt: quorũ factis, norma uirtutis directi mores, tãtũ gloriæ decus impreſſerũt, ut nulla ſecula res eorũ

Propoſitio, & adhortatio ad uirtutẽ, quæ formæ, diuitijs, uiribus præfertur: & ab exemplis Herculis, Theſei & Hipponici.

ἐμποιῆσαι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. οὐ μὴν ἀλλὰ
καὶ τὰς τοῦ πατρὸς προαιρέσεις ἀναμνησθεὶς, οἰκεῖον καὶ
καλὸν ἕξεις παράδειγμα τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων.
οὐδὲ γὰρ ὀλιγωρῶν τῆς ἀρετῆς, οὐδὲ ῥαθυμῶν διετέ-
λεσε τὸν βίον· ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα τοῖς πόνοις ἐγύμναζε,
τῇ δὲ ψυχῇ τοὺς κινδύνους ὑπέμενεν. οὐδὲ τὸν πλοῦτον
παρακαίρως ἠγάπα· ἀλλ' ἀπήλαυε μὲν τῶν παρόν-
των ἀγαθῶν ὡς θνητὸς, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόν-
των ὡς ἀθάνατος· οὐδὲ ταπεινῶς διῴκει τὸν ἑαυτοῦ
βίον, ἀλλὰ φιλόκαλός τε ἦν, καὶ μεγαλοπρεπὴς, καὶ
τοῖς φίλοις κοινός· καὶ μᾶλλον ἐθαύμαζε τοὺς περὶ αὐ-
„ τὸν σπουδάζοντας, ἢ τοὺς τῷ γένει προσήκοντας. ἡγεῖτο
„ γὰρ εἶναι πρὸς ἑταιρείαν πολλῷ κρείττω φύσιν νόμου, καὶ
„ τρόπον γένους, καὶ προαίρεσιν ἀνάγκης. ἐπιλίποι δ' ἂν
ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, εἰ πάσας τὰς ἐκείνου πράξεις
καταριθμησαίμεθα· ἀλλὰ τὸ μὲν ἀκριβὲς αὐτῶν, ἐν
ἑτέροις καιροῖς δηλώσομεν· δεῖγμα δὲ τῆς Ἱππονίκου
φύσεως νῦν ἐξενηνόχαμεν, πρὸς ὃ δεῖ ζῆν σε, ὥσπερ
πρὸς παράδειγμα, νόμον μὲν τὸν ἐκείνου τρόπον ἡγη-
σάμενον, μιμητὴν δὲ καὶ ζηλωτὴν τῆς πατρῴας ἀρε-
τῆς γινόμενον. αἰσχρὸν γὰρ, τοὺς μὲν γραφεῖς ἀπεικά-
ζειν τὰ καλὰ τῶν ζώων· τοὺς δὲ παῖδας μὴ μιμεῖσθαι
τοὺς σπουδαίους τῶν γονέων. ἡγοῦ δὲ μηδενὶ τῶν ἀθλη-
τῶν οὕτω προσήκειν ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν, ὡς
σοὶ σκοπεῖν, ὅπως ἐφάμιλλος γενήσῃ τοῖς τοῦ πατρὸς
ἐπιτηδεύμασιν. οὕτω δὲ τὴν γνώμην ἀδύνατον δια-
τεθῆναι, τὸν μὴ πολλῶν καὶ καλῶν ἀκουσμάτων πε-
„ πληρωμένον. τὰ μὲν γὰρ σώματα τοῖς συμμέτροις πό-
„ νοις, ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι πέφυ-
„ κε. διόπερ ἐγὼ σοι πειράσομαι συντόμως ὑποθέσθαι, δι'

ὧν

gestas obliuione delere poßint. Atq; adeò, si, quod uitæ institutum patris tui fuerit, recordere: domesticum & illustre habebis exemplum eorũ, quæ à me dicuntur. Nec enim sic exegit ætatem, ut uel uirtutẽ negligeret, uel ignauiæ sese dederet: sed et corpus laboribus exercuit, & animum ad pericula paratum habuit: neq; pecuniam supra modum amauit: sed & bonis suis usus est ut mortalis, & rem familiarẽ curauit ut immortalis. Neq; uerò uitã abiectè instituit: sed & splendidus fuit, & magnificus, & benignus in amicos: ac sui studiosos pluris fecit, quàm genere sibi propinquos. Ad amicitiã enim cõstituendam longè plus esse uiriũ in natura, quàm in lege: in moribus, quàm in genere: in uoluntate, quàm in neceßitate, indicabat. Deficeret nos omne tempus, si omnes illius actiones enumeraremus. Sed illas accuratiùs aliàs explicabimus: nunc specimẽ Hipponici naturæ exhibuimus, quod, tanquã exemplar in uita degẽda propositũ tibi esse debet: ut mores illius pro legib. habeas, paternamq; uirtutẽ admireris & æmuleris. Nã cũ pictores pulchras animãtes exprimãt: liberis turpe fuerit, parẽtes uirtute præstantes nõ imitari. Quare persuasum habeto, nulli pugili tantã esse præparationẽ adhibendã contra suos aduersarios, quàm tibi curandũ sit, ut in hoc certamine laudis, sis patri tuo par. Nequaquam aũt fieri potest, ut quisquã hoc in animũ inducat suum, ni multis & bonis præceptis fuerit refertus. Nam ut moderatis laborib. corpora: sic honesta doctrina mẽtes augeri solẽt. Ego itaq; te breuiter monere conabor,

ὧν ἂν μοι δοκοίης ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδοκιμῆσαι.

α. εὐσέβεια. Πρῶτον μὲν οὖν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεούς, μὴ μόνον θύων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένων. ἐκεῖνο μὲν γὰρ τῆς τῶν χρημάτων εὐπορίας σημεῖον: τοῦτο δὲ τῆς τῶν τρόπων καλοκαγαθίας τεκμήριον. Τίμα τὸ δαιμόνιον ἀεὶ μέν, μάλιστα δὲ μετὰ τῆς πόλεως. οὕτω γὰρ δόξεις ἅμα τε τοῖς θεοῖς θύειν, καὶ τοῖς νόμοις ἐμμένειν.

β. φιλοστοργία. Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σεαυτοῦ παῖδας.

γ. γυμνασία. Ἄσκει τῶν περὶ τὸ σῶμα γυμνασίων, μὴ τὰ πρὸς τὴν ῥώμην, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὴν ὑγίειαν συμφέροντα. τούτου δ' ἂν ἐπιτυγχάνοις, εἰ λήγοις τῶν πόνων, ἔτι πονεῖν δυνάμενος.

δ. σωφροσύνη. Μήτε γέλωτα προπετῆ στέργε, μήτε λόγον μετὰ θράσους ἀποδέχου· τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον, τὸ δὲ μανικόν.

Ἃ ποιεῖν αἰσχρόν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν.

Ἔθιζε σαυτὸν εἶναι μὴ σκυθρωπόν, ἀλλὰ σύννουν. δι' ἐκεῖνο μὲν γὰρ αὐθάδης, διὰ δὲ τοῦτο φρόνιμος εἶναι δόξεις.

ε. νεωτέρων ἦθος. Ἡγοῦ μάλιστα σεαυτῷ πρέπειν, κόσμον, αἰσχύνην, δικαιοσύνην, σωφροσύνην. τούτοις γὰρ ἅπασι δοκεῖ κρατεῖσθαι τὸ τῶν νεωτέρων ἦθος.

ϛ. συνείδησις. Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας, ἔλπιζε λήσειν· καὶ γὰρ, ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, σαυτῷ γε συνειδήσεις.

ζ. εὐλάβεια. Τὸν μὲν θεὸν φοβοῦ. Τοὺς δὲ γονεῖς τίμα.
Τοὺς δὲ φίλους αἰσχύνου. Τοῖς δὲ νόμοις πείθου.

Τὰς

quibus ſtudijs maximas ad uirtutem progreſſiones facturus, & ab alijs omnibus laudem & gloriam conſecuturus eſſe uidearis.

In primis igitur Deos immortales religioſè colito: non ſacrificia modò faciendo, ſed iureiurando etiam conſeruando. Nam illud amplæ pecuniæ indicium eſt: hoc, morum integritatis argumentum. Venerare numē cùm aliàs ſemper, tum maximè cùm ſacra publicè fiunt. Sic enim apparebit, te ſimul & dijs immolare, & legibus obtemperare. 1. Religio.

Talem erga parentes te præbe, quales in te liberos eſſe tuos optares. 2. Pietas.

Eas corporis exercitationes amplectere, non quæ ad robur, ſed quæ ualetudini proſint. Quod ita conſequêre, ſi laborare deſinas, dum adhuc laborare queas. 3. Exercitationes.

Neq; petulantem riſum ama, neq; audacem orationem proba. Nam alterum ſtulticiæ eſt, alterum inſaniæ. 4. Modeſtia.

Quæ factu ſunt turpia, ne dictu quidem decora eſſe puta.

Aſſuefac te, ut ſis uultu non toruo, ſed ſeuero. Nam illud inſolentiæ, hoc prudentiæ tribuetur.

Exiſtima te maximè decere modeſtiam, uerecundiam, iuſticiam, temperantiã. His enim uirtutibus omnis adoleſcentiæ diſciplina continetur. 5. Adoleſcētiæ diſciplina.

Si quid unquam turpe admiſeris: ne ſperato fore clàm. Nam ut alios id celes, at ipſe tibi eris cõſcius. 6. Cõſcientia.

Deum time. Parentes honora. 7. Reuerentia.

Amicos uerere. Legibus obtempera.

η. ἡδονή. Τὰς ἡδονὰς θήρευε, τὰς μετὰ δόξης. τέρψις γὰρ σὺν τῷ καλῷ μὲν ἄριστον, ἄνευ δὲ τούτου κάκιστον.

θ. φήμη. Εὐλαβοῦ τὰς διαβολάς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν. οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσιν.

ἅπαντα δόκει ποιεῖν, ὡς μηδένα λήσων. καὶ γὰρ ἂν παραυτίκα κρύψῃς, ὕστερον ὀφθήσῃ.

ι. εὐδοξία. Μάλιστα δ' ἂν εὐδοκιμοίης, εἰ φαίνοιο ταῦτα μὴ πράττων, ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν ἐπιτιμῴης.

ια. φιλομάθεια ἢ φιλοσοφία. Ἐὰν ἧς φιλομαθής, ἔσῃ πολυμαθής.

ἃ μὲν ἐπίστασαι, διαφύλαττε ταῖς μελέταις. ἃ δὲ μὴ μεμάθηκας, προσλάμβανε ταῖς ἐπιστήμαις. ὁμοίως γὰρ αἰσχρόν, ἀκούσαντα χρήσιμον λόγον μὴ μαθεῖν, καὶ διδόμενόν τι ἀγαθὸν παρὰ τῶν φίλων μὴ λαβεῖν. κατανάλισκε τὴν ἐν τῷ βίῳ σχολὴν εἰς τὴν τῶν λόγων φιληκοΐαν. οὕτω γὰρ τὰ τοῖς ἄλλοις χαλεπῶς εὑρημένα, συμβήσεταί σοι ῥᾳδίως μανθάνειν. ἡγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω. τὰ μὲν γὰρ ταχέως ἀπολείπει, τὰ δὲ πάντα τὸν χρόνον παραμένει. σοφία γὰρ μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον.

Μὴ κατόκνει μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους. αἰσχρὸν γάρ, τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα πελάγη διαπερᾶν, ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν· τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ τὰς κατὰ γῆν πορείας ὑπομένειν, ἐπὶ τῷ βελτίω καταστῆσαι τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν.

ιβ. φιλοπροσηγορία καὶ εὐπροσηγορία. Τῷ μὲν τρόπῳ γίνου φιλοπροσήγορος, τῷ δὲ λόγῳ εὐπροσήγορος. ἔστι δὲ φιλοπροσηγορίας μὲν τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας, εὐπροσηγορίας δὲ τὸ τοῖς λόγοις αὐτοῖς οἰκείως ἐντυγχάνειν. ἡδέως μὲν ἔχε

πρὸς

Eas sequere uoluptates, quæ gloriam pariant. Nam oblectatio coniuncta cum honestate, res est optima: sine hac, pessima. 8. Voluptas.

Caue criminationes, etiam falsas. Vulgus enim, cum ueritatem ignoret, ex opinione famaq́ iudicat. 9. Fama.

Omnia te ita facere puta, quasi neminem sis celaturus. Etsi enim quippiam occultâris in præsentia, pòst tamen innotescet.

Existimationem maximè colliges, si ea te non facere appareat, quæ ab aliјs facta reprehenderes. 10. Autoritas.

Si cupidè didiceris, multa disces.

Quæ scis, exercitationis diligentia tuêre. Quæ non didicisti, artiũ cognitione adiungito. Aequè enim turpe est, aúditã utilem orationẽ non discere, ac boni quippiã datũ ab amicis non accipere. Quicquid ocij dabitur, id in audiendæ doctrinæ studio consumito. Sic enim fiet, ut quæ magnis aliј laboribus inuenêre, tu facilè perdiscas. Audiuisse multa, præstare puta, quàm pecuniæ multũ coegisse. Nam hæc facilè amittitur: illa perpetuò durant. Solius enim sapientiæ possessio est immortalis. 11. Eruditio.

Ne te pigeat longã ire uiã ad eos, qui se aliquid utile docturos profitentur. Cũ enim mercatores, rei familiaris augendæ gratia, tanta maria transmittãt: turpe fuerit, adolescẽtes, excolendi ingenij causa, nec terrestre iter uelle suscipere.

Moribus tuis adsit affabilitas, uerbis urbanitas. Est autem affabilitatis, obuios salutare: urbanitatis, comiter eos appellare. Comis in o- 12. Affabilitas.

πρὸς ἅπαντας, χρῶ δὲ τοῖς βελτίστοις. οὕτω γὰρ τοῖς μὲν οὐκ ἀπεχθὴς ἔσῃ, τοῖς δὲ φίλος γενήσῃ. τὰς ἐντεύξεις μὴ πυκνὰς ποιοῦ τοῖς αὐτοῖς, μηδὲ μακρὰς περὶ τῶν αὐτῶν. πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων.

ιγ. φιλοπονία.

Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις: ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν.

ιδ. ἐγκράτεια ψυχῆς.

Ὑφ' ὧν κρατεῖσθαι τὴν ψυχὴν αἰσχρόν, τούτων ἐγκράτειαν ἄσκει πάντων, κέρδους, ὀργῆς, ἡδονῆς, λύπης. ἔσῃ δὲ τοιοῦτος, ἂν κέρδη μὲν εἶναι νομίζῃς, δι' ὧν εὐδοκιμήσεις, ἀλλὰ μὴ δι' ὧν εὐπορήσεις· τῇ δ' ὀργῇ ἂν παραπλησίως ἔχῃς πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ ἂν πρὸς σαυτὸν ἁμαρτάνοντα καὶ τοὺς ἄλλους ἔχειν ἀξιώσαις· ἐν δὲ τοῖς τερπνοῖς, ἂν αἰσχρὸν ὑπολάβῃς, τῶν μὲν οἰκετῶν ἄρχειν, ταῖς δ' ἡδοναῖς δουλεύειν. ἐν δὲ τοῖς λυπηροῖς, ἂν τὰς τῶν ἄλλων ἀτυχίας ἐπιβλέπῃς, καὶ σεαυτόν, ὡς ἄνθρωπος ὤν, ὑπομιμνήσκῃς.

ιε. ἡ περὶ τὰ ἀπόρρητα πίστις τε καὶ πρόνοια.

Μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας. δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους.

Προσήκειν ἡγοῦ τοῖς πονηροῖς ἀπιστεῖν, ὥσπερ τοῖς χρηστοῖς πιστεύειν. περὶ τῶν ἀπορρήτων μηδενὶ λέγε, πλὴν ἐὰν ὁμοίως συμφέρῃ τὰς πράξεις σιωπᾶσθαι σοί τε τῷ λέγοντι, κἀκείνοις τοῖς ἀκούουσιν.

ις. εὐορκωμοσία.

Ὅρκον ἐπακτὸν προσδέχου διὰ δύο προφάσεις: ἢ σεαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ κινδύνων διασώζων. ἕνεκα δὲ χρημάτων μηδένα θεὸν ὀμόσῃς, μηδ' ἂν εὐορκεῖν μέλλῃς. δόξεις γὰρ τοῖς μὲν ἐπιορκεῖν, τοῖς δὲ φιλοχρημάτως ἔχειν.

ιζ. φιλίας κα-

Μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, πῶς κέ-

χρηται

omnes eris, sed optimorum familiaritate utêris. Sic aliorum inimicitias uitabis, aliorũ tibi amicitiam conciliabis. Ne sæpius eosdem, neq; uerbosiùs ijsdem de rebus alloquare. Est enim rerum omnium satietas.

Exerce te uoluntarijs laboribus, ut etiam necessarios perferre poßis. 13. Industria.

Dabis operã, ut rebus omnibus imperes, quibus animum seruire turpe est: cuiusmodi sunt, lucrum, ira, uoluptas, dolor. Hæc autem ita consequêre, si ea in lucro deputes, quæ gloriam, non quæ opes augeant. In ira, si talem te præbeas delinquẽtibus, quales in te delinquentem alios esse uelles. In oblectationibus, si turpe ducas, seruis imperare, uoluptatibus seruire. In rebus molestis, si calamitates aliorũ inspicias, & te hominem esse recorderis. 14. Animi cõtinentia.

Diligentiùs tuere deposita uerborum, quàm nummorum. Nam boni uiri est ita se gerere, ut eius integritas fide dignior, quàm iusiurandum esse uideatur. 15. Taciturnitas, & arcana cõmittendi cautio.

Quemadmodum improbis diffidendum, sic bonis habendam esse fidem ducito. Nemini arcana tua credito, nisi res illas taceri, æquè expediat etiam illis qui audiunt, ac tibi dicenti.

Iusiurandum si postulabitur, duabus de causis dabis: uel ut temetipsum turpi crimine liberes: uel ut amicos è periculis eripias. Pecuniæ uerò causa per nullum Deũ iurabis, etiamsi liquidò id facere poßis: ne alijs periurus, alijs auarus esse uidearis. 16. Iusiurandum.

Amicitiam cum nemine iungito, priusquã exploraplora- 17. Amici-

Πεῖρασίς τε καὶ δοκιμασία καὶ διατήρησις.

χρῆται τοῖς προτέροις φίλοις. ἔλπιζε γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ σὲ γενέσθαι τοιοῦτον, οἷος καὶ περὶ ἐκείνους γέγονε.

Βραδέως μὲν φίλος γίνου, γενόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν. ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν, μηδένα φίλον ἔχειν, καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν.

Μήτε μετὰ βλάβης πειρῶ τῶν φίλων, μήτε ἄπειρος εἶναι τῶν ἑταίρων θέλε. τοῦτο δὲ ποιήσεις, ἂν μὴ δεόμενος, τὸ δεῖσθαι προσποιῇ. περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀπορρήτων ἀνακοίνου. μὴ τυχὼν μὲν γὰρ, οὐδὲν βλαβήσῃ· τυχὼν δὲ, μᾶλλον τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπιστήσῃ.

Δοκίμαζε τοὺς φίλους ἔκ τε τῆς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας, καὶ τῆς ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίας. τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν.

Οὕτω δ' ἂν ἄριστα χρήσῃ τοῖς φίλοις, ἂν μὴ περιμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις: ἀλλ' αὐτεπάγγελτος, ἐν τοῖς καιροῖς, αὐτοῖς βοηθῇς.

ὁμοίως αἰσχρὸν νόμιζε, τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι ταῖς κακοποιΐαις, καὶ τῶν φίλων ἡττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις.

ἀποδέχου τῶν ἑταίρων μὴ μόνον τοὺς ἐπὶ τοῖς κακοῖς δυσχεραίνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς μὴ φθονοῦντας. πολλοὶ μὲν γὰρ ἀτυχοῦσι τοῖς φίλοις συνάχθονται, καλῶς δὲ πράττουσι φθονοῦσι.

Τῶν ἀπόντων φίλων μέμνησο πρὸς τοὺς παρόντας: ἵνα δοκῇς μηδὲ τούτων ἀπόντων ὀλιγωρεῖν.

Περὶ τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα.

Εἶναι βούλου τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλος, ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής. ἔστι γὰρ φιλοκάλου μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περίεργον.

Περὶ τῆς τῶν ὑπαρχόντων χρήσεως.

Α'γάπα τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν μὴ τὴν ὑπερβάλλουσαν κτῆσιν, ἀλλὰ τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν.

Κατα-

ploraueris, quomodo prioribus amicis fuerit uſus. Sperabis enim, eum in te quoq; fore talem, qualem erga illos ſe præbuerit.

tiæ conſtitutio, exploratio, & cõſeruatio.

Senſim amicitiam contrahito, contractã perpetuò cõſeruare ſtudeto. Nã ſubinde mutare familiaritates, æquè turpe eſt, ac amicum habere neminẽ.

Neq; cũ damno mores amicorũ periclitare, neq; ſodalium animos uelis ignorare. Quod ita facies, ſi egêre te ſimularis, non egens. Cõmunicato cum eis res non arcanas, tanquam arcanas. Nam & deceptus, nihil detrimẽti capies: & uoti compos factus, mores eorum perſpectiores habebis.

Amicos cùm in uitæ calamitate, tum in periculorum ſocietate cognoſces: Nam ut aurũ igni exploratur, ſic amicorũ fides rebus aduerſis declaratur.

Sic autem rectiſsimè tractabis amicos, ſi non expectes dum te rogent: ſed ultrò, cùm tempus poſtulat, eis opem feras.

Non minus turpe ducas, ſuperari beneficijs amicorum, quàm uinci maleficijs inimicorum.

Eos amicos proba, quibus non tantùm mala tua doleant, ſed qui etiam bonis tuis non inuideant. Multi enim, ut rebus amicorum aduerſis dolent, ita ſecundis inuident.

Abſentiũ amicorũ mentionẽ fac apud præſentes, ut nec ipſos abſentes neglecturus eſſe uidearis.

In ueſtitu fac ornatũ probes, luxũ repudies. Habet autem ornatus magnificentiã, luxus redundantiã. 18. Veſtitus.

Ama bonorum non ingentem cumulum, ſed moderatum fructum. 19. Diuitiarum uſus.

Eos

Καταφρόνει τῶν περὶ τὸν πλοῦτον σπουδαζόντων, χρῆσθαι δὲ τοῖς ὑπάρχουσι μὴ δυναμένων. παραπλήσιον γὰρ οἱ τοιοῦτοι πάσχουσιν· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον κτήσαιτο καλὸν, κακῶς ἱππεύειν ἐπιστάμενος.

Πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν. ἔστι δὲ χρήματα μὲν, τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις· κτήματα δὲ, τοῖς χρῆσθαι δυναμένοις.

Τίμα τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν δυοῖν ἕνεκα, τοῦ τε ζημίαν μεγάλην ἐκτίσαι, καὶ τοῦ φίλῳ σπουδαίῳ δυστυχοῦντι βοηθῆσαι. πρὸς δὲ τὸν ἄλλον βίον, μηδὲν ὑπερβαλλόντως, ἀλλὰ μετρίως αὐτὸν ἀγάπα. στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω.

κ. σωφροσύνη ἐν δυσπραγίαις.

Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον.

κα. εὐποιΐα.

Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ποίει. καλὸς γὰρ θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ, χάρις ὀφειλομένη.

Τοὺς κακοὺς εὖ ποιῶν, ὅμοια πείσῃ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας κύνας σιτίζουσιν. ἐκεῖναί τε γὰρ τοὺς διδόντας, ὥσπερ τοὺς τυχόντας ὑλακτοῦσιν. οἵ τε κακοὶ τοὺς ὠφελοῦντας, ὥσπερ τοὺς βλάπτοντας ἀδικοῦσι.

κβ. μισοκολακία.

Μίσει τοὺς κολακεύοντας, ὥσπερ τοὺς ἐξαπατῶντας. ἀμφότεροι γὰρ πιστευθέντες τοὺς πιστεύοντας ἀδικοῦσιν.

Ἐὰν ἀποδέχῃ τῶν φίλων, τοὺς πρὸς τὸ φαυλότατόν σοι χαριζομένους, οὐχ ἕξεις ἐν τῷ βίῳ τοὺς πρὸς τὸ βέλτιστον ἀπεχθανομένους.

κγ. περὶ ὁμιλητικοῦ τρόπου.

Γίνου πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνός. τῶν μὲν γὰρ τὸν ὑπεροπτικὸν ὄγκον μόλις ἂν οἱ δοῦλοι καρτερήσειαν· τὸν δὲ τὸν ὁμιλητικὸν τρόπον ἅπαντες ἡδέως ὑποφέρουσιν. ὁμιλητικὸς δ' ἔσῃ, μὴ δύσερις

ὢν,

Eos qui amplificandæ rei ſtudent, cùm partis uti neſciant, contẽnito. Iſtis enim idẽ ferè accidit, quod ei qui bonũ pararit equũ, nõ ſatis equitãdi peritus.

Da operã, ut diuitiæ & uſui & fructui tibi ſint. Sunt autem ijs qui frui ſciunt, uſui: ijs uerò qui uti ſciunt, fructui.

Rem familiarẽ duabus de cauſis magni fac: tùm ut magnã mulctã ſufferre, tùm ut bono amico ferre opẽ in calamitate poſſis. Quod aũt ad cæteras uitæ rationes attinet, nõ ſupra modum eam, ſed mediocriter amato. Iis quæ adſunt contentus eſto: quære tamen res meliores.

Nemini calamitatem exprobres. Nam fortuna communis eſt: futuraq́ prouideri non poſſunt. 20. Moderatio in rebus ſecundis.

Bonis benefacito. Præclarus enim theſaurus eſt, beneficium apud bonum uirum collocatum. 21. Beneficẽtia.

Si de malis bene mereberis, idem tibi uſuueniet, quod ijs qui alienos canes paſcunt. Nam & hi æquè allatrant eos qui dant, quàm quoslibet: & improbi non minus eos qui bene de ipſis merentur, quàm eos qui eis nocent, lædunt.

Aſſentatores non minus oderis, quàm impoſtores. Nam utriq; lædunt eos, qui fidem illis habent. 22. Aſſentationis odium.

Si eos amicos complectêris, qui tibi nequiſſimis in rebus gratificantur: per omnẽ ætatem nullos habebis, qui tuũ odiũ, propter res optimas ſuſcipiant.

Comis erga eos eſto, qui te conueniũt: non ſuperbus. Nam faſtidium & arrogantiam, uel ſerui dominorũ ægrè ferũt: comitas uerò grata & iucũda eſt omnibus. Sũt aũt comitatis officia, nõ contentioſum 23. Comitatis officia.

eſſe,

ὢν, μηδὲ δυσάρεστος, μηδὲ πρὸς πάντα φιλόνεικος· μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πλησιαζόντων ὀργὰς τραχέως ἀπαντῶν, μηδ' ἂν ἀδίκως ὀργιζόμενοι τυγχάνωσιν· ἀλλὰ θυμουμένοις μὲν αὐτοῖς εἴκων, πεπαυμένοις δὲ τῆς ὀργῆς ἐπιπλήττων· μηδὲ περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζων, „ μηδὲ περὶ τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρων. τὸ γὰρ „ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρόν. μηδὲ τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοί, ποιοῦντες μὲν εὖ, ἀηδῶς δὲ τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες· μηδὲ φιλαίτιος ὤν, βαρὺ γάρ· μηδὲ φιλεπιτιμητής, παροξυντικὸν γάρ.

κα. συμπόσια.

Μάλιστα μὲν εὐλαβοῦ τὰς ἐν τοῖς πότοις συνουσίας· ἂν δέ ποτέ σοι συμπέσῃ καιρός, ἐξανίστασο πρὸ μέθης· ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ, ταὐτὰ πάσχει τοῖς ἅρμασι, τοῖς τοὺς ἡνιόχους ἀποβάλλουσιν. ἐκεῖνά τε γὰρ ἀτάκτως φέρεται, διαμαρτάνοντα τῶν εὐθυνόντων· ἥ τε ψυχὴ πολλὰ σφάλλεται, διαφθαρείσης τῆς διανοίας.

κε. μεγαλοψυχία.

Ἀθάνατα μὲν φρόνει τῷ μεγαλόψυχος εἶναι· θνητὰ δέ, τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν.

κϛ. παιδεία.

Ἡγοῦ τὴν παιδείαν τοσούτῳ μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι τῆς ἀπαιδευσίας, ὅσῳ τὰ μὲν ἄλλα μοχθηρὰ πάντες κερδαίνοντες πράττουσιν· αὕτη δὲ μόνη καὶ προσεζημίωσε τοὺς ἔχοντας. πολλάκις γὰρ ὃν τοῖς λόγοις ἐλύπησαν, τούτῳ τοῖς ἔργοις τὴν τιμωρίαν ἔδοσαν.

κζ. φιλίας ἐπαγωγή.

Οὓς ἂν βούλῃ ποιήσασθαι φίλους, ἀγαθόν τι λέγε περὶ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀπαγγέλλοντας. ἀρχὴ μὲν γὰρ φιλίας, ἔπαινος· ἔχθρας δέ, ψόγος.

κη. τὰ περὶ τὰς συμβουλάς.

Βουλευόμενος, παραδείγματα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων. τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ

ταχίστην

esse, non morosum, non omnibus in rebus aduersatorem: familiarium iracundiæ non asperè resistere, quamuis iniustè irascātur: sed eis cedere, dum commoti sunt: ac ubi deferbuerit ira, eos obiurgare: non in ridiculis serias res agere, neq; serijs in rebus nugis gaudere: intempestiua enim ubiq; molesta sunt: non ingratis inire gratiā, quo uitio multi laborant: qui etsi amicis obsequuntur, grauatim tamen id faciunt: non facilè incusare, nam odiosum est: non ad reprehendendum esse procliuem, nam iratos facit.

Conuiuiorum uitare sodalitates, cōsultissimum certè fuerit. Sed si quando tempus postularit, surgito ante ebrietatem. Cum enim uino mens corrupta fuerit: idem ei quod curribus euenit, è quibus aurigæ sunt excussi. nam ut hi temerè feruntur, carentes gubernatoribus: sic animus in multa delicta impellitur, mente subuersa. 24. Compotationes.

Immortalitatem specta, magnitudine animi: mortalitatem, moderato rerum usu. 25. Magnitudo animi.

Quantum eruditio inscitiæ præstet, ex eo perspicies, quòd omnes è cæteris improbè factis fructum aliquem capiunt: hæc uerò sola detrimētum etiam iniungit. Nam sæpe isti, quem offendère uerbis, ei reipsa pœnas dederunt. 26. Eruditio.

Cum quibus amicitiam tibi cōstitutam esse uis, de illis honorificè loquitor, ijs audientibus, qui renunciaturi sint. Principium enim amicitiæ est laudatio, uituperatio inimicitiarum. 27. Amicitiæ conciliatio.

Cùm deliberas, è præteritis exempla pete rerum futurarum. Nam quæ obscura sunt, è manifestis faci- 28. Consultandi rationes.

ταχίστην ἔχει τὴν διάγνωσιν. βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. ἡγοῦ κράτιστον εἶναι παρὰ μὲν θεοῦ εὐτυχίαν, παρὰ δ' ἡμῶν αὐτῶν εὐβουλίαν. Περὶ ὧν ἂν αἰσχύνῃ παρρησιάσασθαι, βούλει δέ τισι τῶν φίλων ἀνακοινώσασθαι: χρῶ τοῖς λόγοις, ὡς περὶ ἀλλοτρίου τοῦ πράγματος. οὕτω γὰρ τὴν ἐκείνων τε γνώμην αἰσθήσῃ, καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις.

Ὅταν δ' ὑπὲρ τῶν σεαυτοῦ μέλλῃς τινὶ συμβουλεύεσθαι: σκόπει πρῶτον, πῶς ὑπὲρ τῶν αὑτοῦ διῴκησεν. ὁ γὰρ κακῶς διανοηθεὶς ὑπὲρ τῶν ἰδίων: οὐδέ ποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων.

Οὕτω δ' ἂν μάλιστα βουλεύεσθαι παροξυνθείης, εἰ τὰς συμφορὰς τὰς ἐκ τῆς ἀβουλίας ἐπιβλέψαις. καὶ γὰρ τῆς ὑγιείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχομεν, ὅταν τὰς λύπας τὰς ἐκ τῆς ἀρρωστίας ἀναμνησθῶμεν.

κθ. βασιλέων μίμησις.

Μιμοῦ τὰ τῶν βασιλέων ἤθη, καὶ δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα. δόξεις γὰρ αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι, καὶ ζηλοῦν. ὥς τέ σοι συμβήσεται παρά τε τῷ πλήθει μᾶλλον εὐδοκιμεῖν, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων εὔνοιαν βεβαιοτέραν ἔχειν.

Πείθου μὲν καὶ τοῖς νόμοις τοῖς ὑπὸ τῶν βασιλέων
" κειμένοις. ἰσχυρότατον μέντοι νόμον ἡγοῦ, τὸν ἐκείνων
" τρόπον. ὥσπερ γὰρ τὸν ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευόμενον, τὸ πλῆθος δεῖ θεραπεύειν: οὕτω καὶ τὸν ἐν μοναρχίᾳ κατοικοῦντα, τὸν βασιλέα προσήκει θαυμάζειν.

λ. τὰ περὶ τὰς ἀρχάς.

Εἰς ἀρχὴν κατασταθεὶς, μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς τὰς διοικήσεις. ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτοι, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσιν.

Ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλλάττου μὴ πλου-

σιώτε-

facilimè dijudicantur. In deliberando tardus eſto: in exequendis deliberatis celer. Exiſtima nihil tribui melius, à Dijs quidem, proſpera fortuna: à nobis ipſis autem, ſapienti conſilio. Quas res apertè dicere uereberis, & tamen cum amicis aliquibus communicare cupies, tanquam de re aliena orationem inſtituito. Sic & eorum ſententiam intelliges, nec te ipſe aperies.

Sed cum alterius conſilium in tuis negocijs expetes, conſiderabis in primis, quomodo res ſuas adminiſtrarit. Nam qui ſuum negocium malè geſſit, nunquam bene procurabit alienum.

Sic autem ad capiendi conſilij prudentiam maximè incitaberis, ſi, quæ damna temeritatem ſequantur, cogitaris. Nam & ualetudinem diligentiſſimè curamus, cum ægrotationum moleſtias recordamur.

Regum mores imitare, & ad eorum ſtudia te confer: ut eos probare & æmulari uidearis. Vnde fiet, ut & populus de te meliùs exiſtimet, & tu illorum beneuolentiam erga te confirmes. 29. Regum imitatio.

Legibus regijs cùm ipſis obtempera, tum uoluntatem eorum firmiſſimam eſſe legem ducito. Quemadmodum enim in populari degẽti republica multitudo colenda eſt: ſic & eum qui in imperio regio conſedit, regem admirari oportet.

Magiſtratum adeptus, nullius improbi miniſterio in obeundis negocijs utitor. Nam quicquid ille deliquerit, id tibi imputabitur. 30. Magiſtratus gerẽdi ratio.

À publicis functionibus diſcede non locuple-

σιώτερος, ἀλλ' ἐνδοξότερος. πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος.

Μηδενὶ πονηρῷ πράγματι μήτε παρίστασο, μήτε συνηγόρει. δόξεις γὰρ καὶ αὐτὸς τοιαῦτα πράττειν, οἷάπερ ἂν τοῖς ἄλλοις πράττουσι βοηθῇς.

λα. πλεονεξία μετ' ἐπιεικείας.

Παρασκεύαζε σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὲν δυνάμενον, ἀνέχου δὲ τὸ ἴσον ἔχειν: ἵνα δοκῇς ὀρέγεσθαι τῆς δικαιοσύνης, μὴ δι' ἀσθένειαν, ἀλλὰ δι' ἐπιείκειαν.

λβ. δικαιοσύνην πλούτου προκριτέον.

Μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν, ἢ πλοῦτον ἄδικον. τοσούτῳ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ μὲν ζῶντας μόνον ὠφελεῖ, ἡ δὲ καὶ τελευτήσασι δόξαν παρασκευάζει, κἀκείνων μὲν τοῖς φαύλοις μέτεστι, ταύτης δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μεταλαβεῖν.

Μηδένα ζήλου τῶν ἐξ ἀδικίας κερδαινόντων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποδέχου τοὺς μετὰ δικαιοσύνης ζημιω-
,, θέντας. οἱ γὰρ δίκαιοι τῶν ἀδίκων, εἰ μηδὲν ἄλλο
,, πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' οὖν ἐλπίσι γε σπουδαίαις ὑπερέχουσι.

λγ. φρονήσεως καὶ σώματος ἄσκησις.

Πάντων μὲν ἐπιμελοῦ τῶν περὶ τὸν βίον: μάλιστα δὲ τὴν σεαυτοῦ φρόνησιν ἄσκει. Μέγιστον γὰρ ἐν ἐλαχίστῳ νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι.

Πειρῶ τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπονος, τὴν δὲ ψυχὴν φιλόσοφος: ἵνα τῷ μὲν ἐπιτελεῖν δύνῃ τὰ δόξαντα, τῇ δὲ προορᾶν ἐπίστῃ τὰ συμφέροντα.

λδ. λόγος.

Πᾶν ὅ, τι ἂν μέλλῃς λέγειν, πρότερον ἐπισκόπει τῇ
,, γνώμῃ. Πολλοῖς γὰρ ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς διανοίας.

λε. μετριοπάθεια.

Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον. οὕτω γὰρ οὔτ' εὐτυχῶν ἔσῃ περιχαρής, οὔτε δυστυχῶν περίλυπος.

Δύω

tior, sed laudatior. Gloria enim & laus rectè factorum magnis opibus est præferenda.

Nullius improbi negocij uel adiutor, uel patronus esse uelis. Nam & teipsum eadem facere putabunt, quæ ab alijs facta defenderis.

Sic te parato, ut alijs plus poßis: & æquo tamen iure cum cæteris uiuito: ut te iusticiam colere appareat, non ex imbecillitate, sed propter æquitatem. 31. Potentia cum æquitate.

Paupertatem cum iusticia coniunctam opibus malè partis anteponito. Nam iusticia pecunijs eo præstantior est, quòd hæ uiuentibus tantùm prosunt, illa etiam defunctis gloriam parit: hæ uel malis hominibus contingunt, illam improbi nullo consequi modo possunt. 32. Iusticia pecuniæ præponenda.

Neminem eorum qui lucris iniustis ditantur, æmulare: sed eos pluris facito, qui ob iusticiæ studiũ detrimentis afficiuntur. Nam iusti si nulla re alia iniustis præstant, spe certè bona sunt superiores.

Cum omnium rerum quæ ad uitam degendam attinent, curam suscipito: tùm ingenio excolendo uel maximè intentus esto. Maxima enim res in re minima, est bona mens in corpore humano. 33. Ingenij & corporis exercitatio.

Da operam, ut & corpore sis laborioso, & animo studioso: ut altero perficere queas decreta, altero prospicere scias profutura.

Quicqd dicturus es, priùs cũ animo tuo reputa. Multi.n. sunt, quorũ lingua cogitationi anteuertat. 34. Sermo.

Nihil rerum humanarum esse firmum existima. Sic fiet, ut nec in rebus secundis lætitia exultes, nec in aduersis consterneris. 35. Moderatio.

Δύω ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾶν, ἢ λέγειν.

Χαῖρε μὲν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν, καὶ λυποῦ μετρίως ἐπὶ τοῖς γινομένοις τῶν κακῶν. Γίνου δὲ τοῖς ἄλλοις μηδ' ἐν ἑτέροις ὢν κατάδηλος. ἄτοπον γὰρ, τὴν μὲν οὐσίαν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀποκρύπτειν: τὴν δὲ διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα περιπατεῖν.

λτ. ἀδοξίαν ἀντ' ἀσφαλείας αἱρετέον.

Μᾶλλον εὐλαβοῦ ψόγον ἢ κίνδυνον. δεῖ γὰρ εἶναι φοβερὰν τοῖς μὲν φαύλοις τὴν τοῦ βίου τελευτήν: τοῖς δὲ σπουδαίοις τὴν ἐν τῷ ζῆν ἀδοξίαν.

Μάλιστα μὲν πειρῶ ζῆν κατὰ τὴν ἀσφάλειαν. ἐὰν δέ ποτέ σοι συμβῇ κινδυνεύειν: ζήτει τὴν ἐκ τοῦ πολέμου σωτηρίαν μετὰ καλῆς δόξης, ἀλλὰ μὴ μετ' αἰσχρᾶς φήμης. τὸ μὲν γὰρ τελευτῆσαι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε: τὸ δὲ καλῶς ἀποθανεῖν, ἴδιον τοῖς σπουδαίοις ἡ φύσις ἀπένειμε.

προκατάληψις εὐνοίας τε καὶ προσοχῆς ληπτική, καὶ ἔπαινος Δημονίκου κατ' ἀντίθεσιν.

Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων οὐ πρέπει σοι πρὸς τὴν νῦν παροῦσαν ἡλικίαν· οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο διέλαθεν· ἀλλὰ προειλόμην διὰ τῆς αὐτῆς πραγματείας, ἅμα τοῦ τε παρόντος βίου συμβουλίαν ἐξενεγκεῖν, καὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου παράγγελμα καταλιπεῖν. τὴν μὲν γὰρ τούτων χρείαν ῥαδίως εἰδήσεις: τὸν δὲ συμβουλεύοντα μετ' εὐνοίας χαλεπῶς εὑρήσεις. ὅπως οὖν τὰ λοιπὰ μὴ παρ' ἑτέρου ζητῇς, ἀλλ' ἐντεῦθεν ὥσπερ ἐκ ταμιείου προφέρῃς: ᾠήθην δεῖν μηδὲν παραλιπεῖν, ὧν αὐτὸς ἔχω σοι συμβουλεύειν. Πολλὴν δ' ἂν τῷ θεῷ χάριν σχοίην, εἰ μὴ διαμάρτοιμι τῆς δόξης, ἣν ἔχων περὶ σοῦ τυγχάνω. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων τοὺς πλείστους εὑρήσομεν, ὥσπερ

τῶν

Duo loquendi tempora conſtitue: alterum de rebus tibi planè cognitis, alterũ de ijs quæ neceſſariò ſunt dicenda. In his enim ſolis ſilentium antecellit oratio: in alijs uerò tacere ſatiùs eſt, quàm loqui.

Et gaudere debes rebus ſecundis, & moderatè ferre dolorem calamitatum: ſed utraq; diſsimulato. Cum enim domi opes occultemus, abſurdum fuerit aperto animo obambulare.

Magis caue reprehenſionem, quàm periculum. Nam ut uitæ finis improbis, ſic bonis uiris ignominioſa uita formidoloſa eſſe debet. 36. Gloria ſecuritati præponenda.

Operam inprimis dato, ut in tuto uiuere queas: ſed ſi quando tempus inciderit, ut pericula ſint adeunda, incolumis è bello euadere ſtude, cum laude & gloria, non cum infamia & dedecore. Nam fatum omnes quaſi capitis condemnauit: mortem autem honeſtè oppetitam, Natura peculiare præſtantium uirorum munus eſſe uoluit.

Neque uerò mirari debes, multa ex ijs quæ diximus, iſti ætati tuæ non conuenire. Nam id me quoq; nõ præterijt: ſed propoſitum mihi fuit, una eademq; opera, & de præſenti uitæ ratione conſiliũ promere, & quid in poſterum tibi faciendum eſſet denunciare. Nam uſum quidem horum facilè intelliges: fidelem autẽ & beneuolum monitorẽ haud temerè inuenies. Ne igitur cætera ex alijs tibi quærenda eſſent, ſed ut hinc omnia uelut è penu depromeres: nihil, in quo tibi conſulere poſſem, prætereundum eſſe duxi. Magnas autẽ Deo gratias agam, ſi me ſpes de te concepta non feſellerit. Nam ut pleroſq; alios Occupatio beneuolentiã & attentionem captãs: & Laudatio Demonici per collationẽ.

τῶν σιτίων τοῖς ἡδίστοις μᾶλλον, ἢ τοῖς ὑγιεινοτάτοις χαί-
ροντας· οὕτω καὶ τῶν φίλων τοῖς συνεξαμαρτάνουσι πλη-
σιάζοντας, ἀλλ' οὐ τοῖς νουθετοῦσι. σὲ δὲ νομίζω τοὐναντίον
τούτων ἐγνωκέναι· τεκμηρίῳ χρώμενος τῇ περὶ τὴν
„ ἄλλην σου παιδείαν φιλοπονίᾳ. τὸν γὰρ αὑτῷ τὰ βέλτι-
„ στα πράττειν ἐπιτάττοντα, τοῦτον εἰκὸς, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς
„ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν παρακαλοῦντας ἀποδέχεσθαι. μάλι-
στα δ' ἂν παροξυνθείης ὀρεχθῆναι τῶν καλῶν ἔργων,
εἰ καταμάθοις, ὅτι καὶ τὰς ἡδονὰς, τὰς ἐκ τούτων, μά-
λιστα γνησίως ἔχομεν. ἐν μὲν γὰρ τῷ ῥᾳθυμεῖν, καὶ τὰς
πλησμονὰς ἀγαπᾶν, εὐθὺς αἱ λῦπαι ταῖς ἡδοναῖς
παραπεφύκασι. τὸ δὲ περὶ τὴν ἀρετὴν φιλοπονεῖν, καὶ
σωφρόνως τὸν ἑαυτοῦ βίον οἰκονομεῖν· ἀεὶ τὰς τέρψεις
εἰλικρινεῖς καὶ βεβαιοτέρας ἀποδίδωσι. κἀκεῖ μὲν
πρῶτον ἡσθέντες, ὕστερον ἐλυπήθημεν. ἐνταῦθα δὲ,
μετὰ τὰς λύπας, τὰς ἡδονὰς ἔχομεν. ἐν ἅπασι δὲ
τοῖς ἔργοις, οὐχ οὕτω τῆς ἀρχῆς μνημονεύομεν, ὡς
„ τῆς τελευτῆς αἴσθησιν λαμβάνομεν. τὰ γὰρ πλεῖ-
„ στα τῶν περὶ τὸν βίον, οὐ δι' αὐτὰ τὰ πράγματα ποι-
„ οῦμεν, ἀλλὰ τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκα διαπονοῦμεν.
ἐνθυμοῦ δὲ, διότι τοῖς μὲν φαύλοις ἐνδέχεται τὰ
rare, sed optare deprehendas. Atque hæc non in omnes dico: sed in eos tantùm, qui his quæ diximus uitijs constricti sunt. Illud certè palàm est, si qui sunt, qui uelint aliquid multitudini gratum uel carmine uel soluta oratione scribere: ijs exquirenda esse non utilissima quæque, sed fabulosissima. Nam talibus quidem audiendis gaudent: sed cum ueras causas & certamina spectant, mœrent. Quamobrem Homeri poesis, & ij qui primi Tragœdiam inuenerunt, admiratione afficiendi sunt: quòd animaduersa humani ingenij natura, utrisque his rationibus ad poesim suam abusi sunt. Alter enim certamina & bella semideorum fabulosè persecutus est: alteri fabulas in ludos & actiones redegerunt, ut à nobis non audiri tantùm, sed etiam spectari possint. Cùm igitur talia exempla in promptu sint: demonstratum est, si quis auditores allicere studeat, & demulcere, ab admonitionibus & consilijs esse abstinendum: illa autem & scribenda & dicenda, quibus populum gaudere uidet. Hæc exposui propterea, quòd existimaui, oportere te, cùm non sis unus de multis, sed multorum rex, non ita sentire, ut cæteros: neque uel res graues, uel homines prudentes metiri ac ponderare uoluptatibus, sed in actionibus utilibus periculum illorum facere, præsertim cum sapientiæ magistri de animi exercitationibus inter sese dissentiant. Nam alij disputationibus Dialecticis, alij præceptis eloquentiæ, alij per alia quædam suis auditoribus sapientiam pollicentur. In eo uerò consentiunt omnes, be-

Reditus ad causam: & assertio, capiendi consilij prudentiam optimum esse doctrinæ genus.

„ λῶς πεπαιδευμένον, ἐξ ἑκάστου τούτων γιγνέσθαι συμ-
„ βουλεύεσθαι δυνάμενον. χρὴ τοίνυν ἀφέμενον τῶν ἀμφισβητουμένων, ἐπὶ τὸ ὁμολογούμενον ἐλθόντα, λαμβάνειν αὐτῶν τὸν ἔλεγχον, καὶ μάλιστα μὲν ἐπὶ τῶν καιρῶν θεωρεῖν τοὺς συμβουλεύοντας: εἰ δὲ μὴ, τοὺς καθόλου τῶν πραγμάτων λέγοντας, καὶ τοὺς μηδὲν γινώσκοντας τῶν δεόντων ἀποδοκιμάζειν. Δῆλον γὰρ, ὡς ὁ μηδὲν ὢν αὐτῷ χρήσιμος, οὐδ' ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν. Τοὺς δὲ νοῦν ἔχοντας, καὶ δυναμένους ὁρᾶν πλέον τι τῶν ἄλλων, περὶ πολ-
„ λοῦ ποιοῦ, καὶ θεράπευε: γινώσκων, ὅτι σύμβου-
„ λος ἀγαθὸς χρησιμώτατον καὶ τυραννικώτατον ἁ-
„ πάντων κτημάτων ἐστίν. ἡγοῦ δὲ τούτους σοι μεγίστην ποιήσειν τὴν βασιλείαν, οἵτινες ἂν τὴν διάνοιαν τὴν σὴν πλεῖστα ὠφελῆσαι δυνηθῶσιν. ἐγὼ μὲν οὖν ἅπερ γινώσκω παρῄνεσα: καὶ τιμῶ σε τούτοις, οἷς τυγχάνω δυνάμενος. βούλου δὲ καὶ τοὺς ἄλλους, ὅπερ εἶπον, ἔρχόμενος, μὴ τὰς εἰθισμένας ἄγειν σοι δωρεὰς, ἃς ὑμεῖς πολὺ πλείονος ἀγοράζετε παρὰ τῶν
„ διδόντων, ἢ τῶν πωλούντων: ἀλλὰ τοιαύτας, αἷς ἐὰν
„ σφόδρα χρήσῃ, καὶ μηδεμίαν ἡμέραν διαλίπῃς, οὐ
„ καταλείψεις, ἀλλὰ μείζους καὶ πλείονος ἀξίας οὔσας
„ αὐτὰς ποιήσεις.

Ἐπίλογος, καὶ σύστασις τοῦ λόγου.

ὙΠΟ'ΘΕΣΙΣ Ἱ'ΕΡΩΝΥ'-
μου Βολφίου εἰς τὸν γ' λόγον.

Ἐν τῷ μὲν πρὸ τούτου βιβλίῳ, τὸ τῶν βασιλευόντων ἔργον εἴρηται· ἐν τούτῳ δὲ, τὸ τῶν βασιλευομένων καθῆκον διασαφεῖται. πεποίηται δὲ ὁ λόγος Νικοκλεῖ αὐτῷ, ἅτε τοῖς περὶ αὐτὸν καὶ τοῖς μεγιστᾶσιν,

nè institutum hominem oportere ex his singulis sibi prudentiam consilij capiendi comparare. Sunt igitur ea de quibus ambigitur, missa facienda: & amplectendum id, de quo nulla controuersia est, ut rectiùs de illis iudicetur. Ac consiliarij tum maximè, cum res consilium præsens postulat, spectandi sunt: repudiatis ijs qui in uniuersum de rebus dicunt, quiq; nihil eorum quæ fieri debent intelligũt. Constat enim, eum qui sibi ipse prorsus est inutilis, nunquam alios effecturum esse prudentiores. Cordatos autem uiros, & qui longiùs quàm alij prospicere possunt, magnifacito, & colito: ac persuasum habeto, Bonum consiliarium utilißimam, & rege omnium dignißimam esse poßeßionem. Illos etiam tuum regnum maximè amplificaturos credito, qui tuam mentẽ plurimùm potuerint excolere. Ego pro mea intelligentia te admonui: & eum honorem, quem possum, tibi habeo. Velle autem debes, ut etiã alij, quod initiò dixi, non consueta munera tibi offerãt, quæ uos longè pluris emitis à donãtibus, quàm à uendentibus: sed ea, quæ, tametsi multum ijs utaris, idq; nullum diem facere intermittas, non deteras, sed maiora & preciosiora ipso usu reddas.

Conclusio, & operis commendatio.

ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFII in tertiam Orationem.

SVperiore libro Regis officium expositum est: hic etiam ciuium munus erga regem describitur. idque fit sub ipsius Nicoclis persona, suis aulicis & regni proceribus,

ἅτε καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ἀρχομένων ὑπ' αὐτοῦ παραγγέλλουσι. ἀρχόμενος μὲν οὖν ὑπεραπολογεῖται τῶν λόγων, διὰ τοὺς ἀναισθήτους καὶ μισολόγους ἴσως τῶν βασιλικῶν, ὧν τό, τε ἀργὸν καὶ τὸ διεστραμμένον τοῦ ἤθους, κἂν τῷ τοῦ πρὸ τούτου ἐπιλόγῳ εὐφυῶς διασύρας ὑπέγραψεν. χωρὶς γὰρ τούτου, σοφιστικώτερον ἂν ἢ βασιλικώτερον εἶναι δόξειε τὸ προοίμιον. εἶτα δὲ ἀποδείκνυσιν, ὅτι μοναρχία πολιτείας εἶδος ἄριστον. εἶτα δέ, ὅτι τὴν βασιλείαν δικαίως εἰληφώς, σωφρόνως τε καὶ νουνεχόντως καὶ φιλανθρώπως διοικῶν τυγχάνει. τῷ κεφαλαίῳ δὲ τούτῳ, εἰς Νικοκλέα μὲν ἀναφερομένῳ σκοπὸν ἔχει, τοῦ μηδεμίαν τοῖς ἀρχομένοις τοῦ ἀπειθεῖν καὶ ἀνηκουστεῖν καταλεῖφθαι πρόφασιν· εἰς Ἰσοκράτην δέ, τί ἄλλο ἂν εἴη πλὴν εἰρωνευόμενον Νικοκλέους ἐγκώμιον: τοῦτο μέν τοι μεταχειρισθέν, ὥστε μηδαμῶς τοῦτό γε προῃρημένον φαίνεσθαι. τελευτῶν δὲ προστάττει τίνα τε πράττειν, καὶ τίνων ἀπέχεσθαι βούλεται τοὺς ὑποτεταγμένους, βραχὺν προσθεὶς ἐπίλογον.

ΝΙΚΟΚΛΗ'Σ, Η' ΣΥΜβουλευτικός, λόγος τρίτος.

κατ' ἔφοδον ὑπεραπολογούμενος τῶν λόγων, καὶ τούτους ἐπαινῶν, προσοχὴν λαμβάνει.



ΕΙ'ΣΙ' τινες οἳ δυσκόλως ἔχουσι πρὸς τοὺς λόγους, καὶ διαμέμφονται τοὺς φιλοσοφοῦντας: καί φασιν, αὐτοὺς οὐκ ἀρετῆς, ἀλλὰ πλεονεξίας ἕνεκα ποιεῖσθαι τὰς τοιαύτας διατριβάς. ἡδέως ἂν οὖν πυθοίμην τῶν οὕτω διακειμένων, διὰ τί τοὺς μὲν εὖ λέγειν ἐπιθυμοῦντας φεύγουσι, τοὺς δ' ὀρθῶς πράττειν βουλομένους ἐπαινοῦσιν; εἰ γὰρ αἱ πλεονεξίαι λυποῦσιν αὐτούς, πλείους καὶ μείζους ἐκ τῶν ἔργων, ἢ τῶν λόγων εὑρήσομεν γιγνομένας.
„ ἔπειτα κἀκεῖνο ἄτοπον, εἰ λέληθεν αὐτούς, ὅτι
„ τὰ περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβοῦμεν, καὶ τὴν δικαιοσύνην ἀσκοῦ-

aut etiam reliquo populo præcipientis. Primùm autem eloquentiæ defensio ponitur, fortasse propter crassos & barbaros aulicos, quorum ignauiam & peruersitatem etiam in precedentis orationis epilogo perstrinxit, & eleganter depinxit. Nam alioqui sophistæ, quàm regi, aptius uideri posset exordium. Deinde ostendit, præstantissimam Reipublicæ formam esse Monarchiam: postea, se regnum iusto titulo posside re: atque id moderatè, prudenter, clementerque administrare. quæ duo capita, si Nicoclem spectes, eò pertinent, ut ne ciuibus ulla detrectandi imperij causa relinquatur: sin Isocratem, quid aliud est quàm dissimulata Nicoclis laudatio, sic tractata, ut id nullo pacto agere uideatur? Postremo loco præcipit, quid fieri, quid omitti à suis uelit, breui addita conclusione.

ISOCRATIS NICOCLES, SIVE consilium, HIERONYMO VVOLFIO interprete: Oratio tertia.

SVnt qui de eloquentia malè sentiant, & sapientiæ studiosos assiduè criminentur: ac dicant, eos non amore uirtutis, sed emolumenti sui gratia, tales disputationes instituisse. Ego uerò ex ijs qui hoc animo sunt, perquàm audire uelim, cur & bene dicendi studiosos fugiant, & rectè agendi cupidos laudent? Nam si emolumenta eis molesta sunt: plura & maiora capi è factis, quàm è dictis comperiemus. Deinde illud quoque absurdum est, si ignorant, nos & pietatem colere, & iusticiam exerce-

Eloquentia per insinuationem defendēda & laudanda, attētionem captat.

» ἀσκοῦμεν, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἐπιτηδεύομεν, οὐχ
» ἵνα τῶν ἄλλων ἔλαττον ἔχωμεν, ἀλλ᾽ ὅπως ἂν ὡς με-
» τὰ πλείστων ἀγαθῶν τὸν βίον διάγωμεν. ὥστ᾽ οὐ κα-
» τηγορητέον τούτων τῶν πραγμάτων ἐστὶν, δι᾽ ὧν ἄν τις
» μετ᾽ ἀρετῆς πλεονεκτήσειεν: ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων,
» τῶν περὶ τὰς πράξεις ἐξαμαρτανόντων, ἢ τοῖς λόγοις
» ἐξαπατώντων, καὶ μὴ δικαίως χρωμένων αὐτοῖς. θαυ-
μάζω δὲ τῶν ταύτην τὴν γνώμην ἐχόντων, ὅπως οὐ
καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ τὴν ῥώμην, καὶ τὴν ἀνδρείαν κα-
κῶς λέγουσιν. εἴπερ γὰρ διὰ τοὺς ἐξαπατῶντας, καὶ
τοὺς ψευδομένους, πρὸς τοὺς λόγους χαλεπῶς ἔ-
χουσι, προσήκει καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς αὐτοὺς ἐπι-
τιμᾶν. φανήσονται γάρ τινες καὶ τῶν ταῦτα κεκτημέ-
νων ἐξαμαρτάνοντες, καὶ πολλοὺς διὰ τούτων κακῶς
ποιοῦντες. ἀλλὰ γὰρ οὐ δίκαιον, οὐδ᾽ εἴ τινες τοὺς ἀ-
παντῶντας τύπτοιεν, τῆς ῥώμης κατηγορεῖν: οὔτε διὰ
» τοὺς ἀποκτιννύντας τὴν ἀνδρείαν λοιδορεῖν, οὐδ᾽ ὅ-
» λως τὴν τῶν ἀνθρώπων πονηρίαν ἐπὶ τὰ πράγ-
» ματα μεταφέρειν: ἀλλ᾽ αὐτοὺς ἐκείνους ψέγειν, ὅ-
» σοι τοῖς ἀγαθοῖς κακῶς χρῶνται, καὶ τοῖς ὠφελεῖν
» δυναμένοις, τούτοις βλάπτειν τοὺς συμπολιτευομέ-
» νους ἐπιχειροῦσι. Νῦν δ᾽ ἀμελήσαντες τοῦτον τὸν
τρόπον περὶ ἑκάστου διορίζεσθαι, πρὸς ἅπαντας τοὺς
λόγους δυσκόλως διάκεινται, καὶ τοσοῦτον διημαρ-
τήκασιν, ὥστ᾽ οὐκ αἰσθάνονται τοιούτῳ πράγματι
δυσμενῶς ἔχοντες, ὃ πάντων τῶν ὄντων ἐν τῇ τῶν
ἀνθρώπων φύσει πλείστων ἀγαθῶν αἴτιόν ἐστι.
τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις, οἷς ἔχομεν, οὐδὲν τῶν ἄλλων
ζώων διαφέρομεν: ἀλλὰ πολλῶν καὶ τῷ τάχει, καὶ
τῇ ῥώμῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις εὐπορίαις καταδεέστεροι
τυγχά-

exercere, & cæteris studere uirtutibus, non ut deteriore quàm alij conditione simus: sed ut bonis in uita quamplurimis perfruamur. Quare non accusandæ res illæ sunt, per quas cum uirtute alijs præstare possis: sed homines potiùs, qui aut res illas malè tractando corrumpunt, aut eloquentiam ad fallacias & iniurias conferunt. Miror itaque, cur ij qui ita sentiunt, non etiam diuitias & robur, & fortitudinem in crimen uocent. Nam si propter eos irascuntur eloquentiæ, qui decipiunt & mentiuntur: etiam cætera bona uituperare debent. Nec enim defuturi sunt illarum quoque rerum possessione instructi, quos deliquisse, & per eas multos afflixisse constet. Verùm non conuenit, si qui obuios uerberant, robur accusare: neque propter homicidas, fortitudini conuiciari: neque denique hominum improbitatem in res transferre: sed illi ipsi culpandi sunt, qui bonis rebus malè utuntur: & ciues suos per ea lædere non dubitant, quæ ad eorum salutem conuertere potuissent. Nunc neglecta singularum rerum tali distinctione, uniuersam eloquentiam oderunt: & in tanto errore uersantur, ut non animaduertant, ei se rei esse inimicos, qua non alia concessa est generi mortalium, quæ sit plurium utilitatum causa. Nam reliquis naturæ nostræ dotibus nihil cæteris animantibus antecellimus: sed ab illis longè tùm celeritate, tùm robore, tùm alijs facultatibus supe-

τυγχάνομεν ὄντες. ἐγγινομένου δ' ἡμῖν τοῦ πείθειν ἀλ-
λήλους, καὶ δηλοῦν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς περὶ ὧν ἂν βου-
ληθῶμεν: οὐ μόνον τοῦ θηριωδῶς ζῆν ἀπηλλάγημεν,
„ ἀλλὰ καὶ συνελθόντες πόλεις ᾠκίσαμεν, καὶ νόμους ἐ-
„ θέμεθα, καὶ τέχνας εὕρομεν, καὶ σχεδὸν ἅπαντα τὰ
„ δι' ἡμῶν μεμηχανημένα, λόγος ἡμῖν ἐστιν ὁ συγκα-
„ τασκευάσας. οὗτος γὰρ καὶ περὶ τῶν δικαίων, καὶ περὶ
„ τῶν ἀδίκων, καὶ τῶν αἰσχρῶν καὶ τῶν καλῶν ἐνομο-
„ θέτησεν: ὧν μὴ διαταχθέντων, οὐκ ἂν οἷοί τε ἦμεν οἰ-
„ κεῖν μετ' ἀλλήλων. τούτῳ καὶ τοὺς κακοὺς ἐξελέγχο-
„ μεν, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἐγκωμιάζομεν. διὰ τούτου τούς
„ τε ἀνοήτους παιδεύομεν, καὶ τοὺς φρονίμους δοκιμά-
„ ζομεν. τὸ γὰρ λέγειν ὡς δεῖ, τοῦ φρονεῖν εὖ μέγιστον ση-
„ μεῖον ποιούμεθα. καὶ λόγος ἀληθὴς, καὶ νόμιμος, καὶ
„ δίκαιος, ψυχῆς ἀγαθῆς καὶ πιστῆς εἴδωλόν ἐστιν. με-
„ τὰ τούτου καὶ περὶ τῶν ἀμφισβητησίμων ἀγωνιζόμε-
„ θα, καὶ περὶ τῶν ἀγνοουμένων σκοπούμεθα. ταῖς γὰρ πί-
„ στεσιν, αἷς τοὺς ἄλλους λέγοντες πείθομεν, ταῖς αὐταῖς
„ ταύταις καὶ περὶ τῶν ἰδίων βουλευόμενοι χρώμεθα. καὶ
„ ῥητορικοὺς μὲν καλοῦμεν, τοὺς ἐν τῷ πλήθει λέγειν
„ δυναμένους: εὐβούλους δὲ νομίζομεν, οἵτινες ἂν αὐτοὶ
„ πρὸς αὐτοὺς ἄριστα περὶ τῶν πραγμάτων διαλεχ-
„ θῶσιν. εἰ δὲ δεῖ συλλήβδην περὶ τῆς δυνάμεως ταύτης
„ εἰπεῖν, οὐδὲν τῶν φρονίμως πραττομένων εὑρήσομεν
„ ἀλόγως γιγνόμενον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔργων καὶ τῶν διανοη-
„ μάτων ἁπάντων ἡγεμόνα τὸν λόγον ὄντα: καὶ μάλιστα
„ χρωμένους αὐτῷ τοὺς πλεῖστον νοῦν ἔχοντας. ὥστε τοὺς τολ-
μῶντας βλασφημεῖν περὶ τῶν παιδευόντων καὶ φι-
λοσοφούντων, ὁμοίως ἄξιον μισεῖν, ὥσπερ τοὺς εἰς τὰ
† ὁσίως ἀδὶ τῶν θεῶν ἤδη ἐξαμαρτάνοντας. ἐγὼ δ' ἀποδέχομαι
μὲν

superamur. Sed cùm emergente naturæ ui consilia conferremus, &, quæ nostræ sententiæ essent, inuicem explicaremus: non ferinam solùm uitam deseruimus, sed concilijs habitis urbes etiam condidimus, & leges tulimus, & artes inuenimus: ad omnia denique propemodum solerter à nobis excogitata, suas uires contulit oratio. Hæc enim est, quæ de rebus iustis & iniustis, de turpibus & honestis leges tulit: quæ nisi constitutæ & distinctæ fuissent, nulla existere potuisset hominum consociatio. Hac & improbos arguimus, & uiros præstantes ornamus. Per hanc & stolidos erudimus, & prudentes exploramus. Nam ita dicere ut decet, rectè sentiendi maximum signum esse credimus: atq; oratio uera & legitima & æqua, honesti ac fidelis animi simulacrum est. Huius ope & controuersa disceptamus, & ignorata quærimus. Quibus enim argumentis dicendo alijs persuademus, ijs ipsis etiam in nostris deliberationibus utimur: & eloquentes dicimus eos, qui ad populum uerba facere possunt: prudentes uerò existimamus eos, qui in consilij capiendi deliberatione ipsi secum de rebus optimè disputarint. Quòd si de hac facultate in summa dicendum est: nihil, quod ratione agitur, sine oratione fieri reperiemus: sed eam & operum & cogitationum omnium ducem esse, qua prudentissimi quiq; maximè utuntur. De magistris igitur eloquentiæ, & sapientiæ studiosis, qui contumeliosè loqui audent, odio non minore digni sunt, quàm ij qui fana deorum immortalium uiolant. Ego uerò cùm Loci communes

omnes

τὴν ὑπόθεσιν ἑρμηνεύει, καὶ τὰ τοῦ λόγου κεφάλαια.

μὲν πάντας τοὺς λόγους, τοὺς καὶ κατὰ μικρὸν ἡμᾶς
ὠφελεῖν δυναμένους· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καλλίστους ἡγοῦ-
μαι, καὶ βασιλικωτάτους, καὶ μάλιστα πρέποντας ἐμοί,
τοὺς περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ τῶν πολιτειῶν παρα-
ραινοῦντας, καὶ τούτων αὐτῶν ὅσοι διδάσκουσι τούς τε δυ-
ναστεύοντας, ὡς δεῖ τῷ πλήθει χρῆσθαι, καὶ τοὺς ἰδιώ-
,, τας, ὡς χρὴ πρὸς ἄρχοντας διακεῖσθαι. καὶ γὰρ διὰ τού-
,, των ὁρῶ τὰς πόλεις εὐδαιμονεστάτας καὶ μεγίστας γι-
,, γνομένας. τὸν μὲν οὖν ἕτερον λόγον, ὡς χρὴ τυραννεῖν,
Ἰσοκράτους ἠκούσατε· τὸν δ' ἐχόμενον, ἃ δεῖ ποιεῖν
τοὺς ἀρχομένους, ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν: οὐχ ὡς ἐ-
κεῖνον ὑπερβαλούμενος, ἀλλ' ὡς προσῆκόν μοι περὶ
τούτων μάλιστα διαλεχθῆναι πρὸς ὑμᾶς. εἰ μὲν γὰρ
ἐμοῦ μὴ δηλώσαντος, ἃ βούλομαι ποιεῖν ὑμᾶς, δια-
μαρτάνοιτε τῆς ἐμῆς γνώμης, οὐκ ἂν εἰκότως ὑμῖν ὀρ-
γιζοίμην. εἰ δὲ προειπόντος ἐμοῦ μηδὲν γίγνοιτο τοι-
οῦτον, δικαίως ἂν ἤδη τοῖς μὴ πειθομένοις μεμφοί-
μην. ἡγοῦμαι δ' οὕτως ἂν μάλιστα παρακαλέσαι, καὶ
προτρέψαι πρὸς τὸ μνημονεύειν ὑμᾶς τὰ ῥηθέντα, καὶ
πειθαρχεῖν αὐτοῖς, οὐκ εἰ περὶ τὸ συμβουλεύειν μόνον
ἀπαλλαγείην: ἀλλ' χρησίμην, καὶ ταῦτ' ἀπαριθμήσας τὴν
εἰ προεπιδείξαιμι, πρῶτον μὲν τὴν πολιτείαν τὴν
παροῦσαν, ὡς ἄξιόν ἐστιν ἀγαπᾶν, οὐ μόνον διὰ τὴν ἀ-
νάγκην, οὐδ' ὅτι πάντα τὸν χρόνον μετὰ ταύτης οἰκοῦ-
μεν, ἀλλ' ὅτι καὶ βελτίστη τῶν ἄλλων πολιτειῶν ἐστίν.
ἔπειθ' ὡς ἐγὼ ταύτην ἔχω τὴν ἀρχὴν οὐ παρανόμως,
οὐδ' ἀλλοτρίαν, ἀλλ' ὁσίως, καὶ δικαίως, καὶ διὰ τοὺς
ἐξ ἀρχῆς προγόνους, καὶ διὰ τὸν πατέρα, καὶ δι' ἐμαυ-
τόν. τούτων γὰρ προαποδειχθέντων, οὐκ ἔστιν ὅς τις οὐκ
αὐτὸς αὑτοῦ καταγνώσεται τὴν μεγίστην ζημίαν, ἐὰν
μὴ

omnes orationes probo, quarũ quãtulacũq; utilitas esse potest: tùm eas esse iudico pulcherrimas, & regib. dignißimas, et mihi maximè aptas, quæ de honestis actionibus, et Reipublicæ gerẽdæ ratione præcipiunt: atq; in his ipsis illas excellere censeo, quæ & principes docẽt quõ sit tractãda multitudo: et homines priuatos, quo pacto erga principes affecti esse debeãt. Per hæc enim urbes uideo fieri & felicißimas, et amplißimas. Ac alterã qdẽ huius doctrinæ partẽ de gerẽdo impio, ex Isocrate audiuistis: eã uerò quæ restat, de ciuiũ officijs erga magistratus, ego recitare conabor: non quòd illũ supare studeã, sed quia me potißimùm decet his de reb. apud uos disserere. Nã si uos, cùm ego, quæ à uobis fieri uellẽ, non exposuissem, à mea sentẽtia aberraretis: nõ iustã irascẽdi uobis causam haberẽ. Sin rebus omnibus indicatis, tamen nihil eiusmodi fieret: iam nõ iniuria contumacibus succenserem. Arbitror aũt, uos ita maximè excitari & acui posse, tum ut recordemini, tùm ut exequamini ea quæ dicta fuerint: si nõ consulendo tantùm occupatus, certis capitibus enumeratis, discessero: sed si etiã ostendero, primùm hanc Reipublicæ formã esse magni faciendã, non eo tantùm quòd necesse sit, & quòd ea perpetuò simus usi: sed ob illud etiã, quòd hæc inter alias Respub. maximè excellat. Deinde, me nõ contra leges hoc imperiũ tenere, aut alijs ereptũ: sed sanctè et iustè, tũ propter primos maiores, tùm propter patrẽ, tùm propter meipsum. Nã si prius hæc demonstrata fuerint: nemo erit, qn ipse sese maximo dignũ supplicio fateatur: si

munis ad causam accommodatio, & capita orationis.

μὴ πειθαρχῇ τοῖς ὑπ' ἐμοῦ συμβουλευθεῖσι καὶ προσταχθεῖσι. Περὶ μὲν οὖν τῶν πολιτειῶν (ἐντεῦθεν γὰρ ὑποτιθέμενος ἠρξάμην) οἶμαι πᾶσι δοκεῖν, δεινότατον μὲν εἶναι τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς χρηστοὺς, καὶ τοὺς πονηρούς: δικαιότατον δὲ, τὸ διορθώσασθαι περὶ τούτων, καὶ μὴ τοὺς ἀνομοίους τῶν ὁμοίων τυγχάνειν, ἀλλὰ καὶ πράττειν καὶ τιμᾶσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστους. αἱ μὲν τοίνυν ὀλιγαρχίαι, καὶ δημοκρατίαι, τὰς ἰσότητας τοῖς μετέχουσι τῶν πολιτειῶν ζητοῦσι, καὶ τοῦτο εὐδοκιμεῖ παρ' αὐταῖς, ἐὰν μηδ' ἕτερος ἑτέρου δύνηται πλέον ἔχειν, ὃ τοῖς πονηροῖς συμφέρον ἐστίν. αἱ δὲ μοναρχίαι πλεῖστον μὲν νέμουσι τῷ βελτίστῳ, δεύτερον δὲ τῷ μετ' ἐκεῖνον, τρίτον δὲ καὶ τέταρτον τοῖς ἄλλοις κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. καὶ ταῦτα, εἰ μὴ πανταχοῦ καθέστηκεν, ἀλλὰ τόγε βούλημα τῆς πολιτείας τοιοῦτόν ἐστιν. καὶ μὴν εἰ δεῖ διορᾶν καὶ τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰς πράξεις: ἅπαντες ἂν τὰς τυραννίδας μᾶλλον ὁμολογήσαιεν.

„ Καίτοι τίς οὐκ ἂν εὔξαιτο τῶν εὖ φρονούντων, τοιαύτης
„ πολιτείας μετέχειν, ἐν ᾗ μὴ διαλήσει χρηστὸς ὢν μᾶλ-
„ λον, ἢ φέρεσθαι μετὰ τοῦ πλήθους, μὴ γιγνωσκόμε-
„ νος ὁποῖός τίς ἐστιν; ἀλλὰ μὴν καὶ πρᾳοτέραν τοσού-
„ τῳ, καὶ δικαιοτέραν δικαίως ἂν αὐτὴν κρίνοιμεν, ὅσῳ-
„ περ ῥᾷόν ἐστιν ἑνὸς ἀνδρὸς γνώμῃ προσέχειν τὸν νοῦν
„ μᾶλλον, ἢ πολλαῖς διανοίαις καὶ παντοδαπαῖς ζη-
„ τεῖν ἀρέσκειν. ὅτι μὲν οὖν ἡδίων ἐστὶ, καὶ πρᾳοτέρα,
„ καὶ δικαιοτέρα, διὰ πλειόνων μὲν ἄν τις ἀποδεί-

ξειεν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τούτων συνιδεῖν ῥᾴδιόν ἐστι. Περὶ δὲ τῶν λοιπῶν, ὅσον αἱ μοναρχίαι καὶ πρὸς τὸ βουλεύσασθαι, καὶ πρὸς τὸ πρᾶξαί τι τῶν δεόντων διαφέρουσιν: οὕτως ἂν κάλλιστα θεωρήσαιμεν, εἰ τὰς

τὸ α κεφ. ὅτι μοναρχία ἡ ἀρίστη τῶν πολιτειῶν, κατὰ σύγκρισιν πρὸς τὰς δημοκρατίας καὶ ὀλιγαρχίας.

μοναρχίας πλεονεκτήματα ἐν εἰρήνῃ.

meis & cõsilijs et imperatis nõ obtemperarit. Quòd igitur ad Respublicas attinet (nã de hoc initiò me dicturum esse proposui) omnes mihi assentiri arbitror: iniquissimũ esse, ut eadẽ bonis & improbis tribuantur: æquissimũ uerò, ut recta ratio ineatur, & discrimẽ seruetur, ne inæquales æqualia consequantur: sed ut ea cuiusq; et fortuna sit & dignitas, quã meretur. At uerò Oligarchiæ et Democratiæ id spectant, ut æqualitas sit inter ciusdem Reipublicæ socios: & in eo statu præclarum habetur, si nemo plus alio possit: id quod è re improborum est. Monarchiæ uerò principem locum præstantissimo cuique deferunt: secundum illi, qui à primo est proximus: tertium & quartum cæteris, eadem ratione. Quæ si non ubiq; recepta in mores sunt: ea tamen est huius imperij ratio & uoluntas. Quòd si & ingenia hominum & actiones spectemus: uniuersi Monarchias præstare cæteris fateantur. Quis uerò sanæ mentis est, qui se non optet eius potius ciuem esse Reipublicæ, in qua sua uirtus non ignoretur: quàm nulla re uulgo potiorem delitescere? Quinetiam hanc tantò & mitiorem & æquiorem iudicemus, quantò facilius est unius uiri iudicio & uoluntati satisfacere, quàm id dare operam ut multis & uarijs ingenijs placeas. Monarchiam igitur & iucundiorem esse, & leuiorem, & æquiorem, etsi pluribus ostendi posset: ex his tamen etiam facilè intelligi potest. In cæteris uerò quantò Monarchiæ sint & ad consulendum potiores, & ad res opportunè conficiendas: sic pulcherrimè cernemus, si in ma-

I. Caput de Monarchiæ præstantia, per contentionem cũ Democratijs & Oligarchijs.

Monarchię in rebus gerendis prerogatiuæ, ac primùm in pace.

τὰς μεγίστας τῶν πράξεων παρ' ἀλλήλας τιθέντες, ἐξετάζειν ἐπιχειρήσαιμεν αὐτάς. οἱ μὲν τοίνυν κατ' ἐνιαυτὸν εἰς τὰς ἀρχὰς εἰσιόντες, πρότερον ἰδιῶται γίγνονται, πρὶν αἰσθέσθαι τι τῶν τῆς πόλεως, καὶ λαβεῖν ἐμπειρίαν αὐτῶν. οἱ δ' ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπιστατοῦντες, ἢν καὶ τὴν φύσιν καταδεεστέραν ἔχωσιν: ἀλλ' οὖν ταῖς γε ἐμπειρίαις πολὺ τῶν ἄλλων προέχουσιν. ἔπειτα οἱ μὲν πολλῶν καταμελοῦσιν, εἰς ἀλλήλους ἀποβλέποντες: οἱ δ' οὐδενὸς ὀλιγωροῦσιν, εἰδότες, ὅτι δεῖ πάντα δι' αὐτῶν γίγνεσθαι. Πρὸς δὲ τούτοις, οἱ μὲν ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις, καὶ ταῖς δημοκρατίαις, διὰ τὰς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς φιλοτιμίας, λυμαίνονται τοῖς κοινοῖς: οἱ δ' ἐν ταῖς μοναρχίαις ὄντες, οὐκ ἔχοντες ὅτῳ φθονήσουσιν, περὶ ἁπάντων, ὡς οἷόν τ' ἐστὶ, τὰ βέλτιστα πράττουσιν. ἔπειτα οἱ μὲν ὑστεροῦσι τῶν πραγμάτων· τὸν μὲν γὰρ πλεῖστον χρόνον ἐπὶ τοῖς ἰδίοις διατρίβουσιν· ἐπειδὰν δ' εἰς τὰ συνέδρια συνέλθωσιν, πλεονάκις ἄν τις αὐτοὺς εὕροι διαφερομένους, ἢ κοινῇ βουλευομένους. οἱ δ' οὔτε συνεδρίων, οὔτε χρόνων αὐτοῖς ἀποδεδειγμένων: ἀλλὰ καὶ τὰς ἡμέρας καὶ τὰς νύκτας ἐπὶ ταῖς πράξεσιν ὄντες, οὐκ ἀπολείπονται τῶν καιρῶν, ἀλλ' ἕκαστον ἐν τῷ δέοντι πράττουσιν. ἔτι δ' οἱ μὲν πρὸς ἀλλήλους δυσμενῶς ἔχουσι, καὶ βούλοιντ' ἂν καὶ τοὺς πρὸ αὐτῶν ἄρχοντας, καὶ τοὺς ἐφ' ἑαυτῶν, ὡς κάκιστα διοικῆσαι τὴν πόλιν, ἵν' ὡς μεγίστην δόξαν αὐτοὶ λαμβάνωσιν· οἱ δὲ διὰ παντὸς τοῦ βίου κύριοι τῶν πραγμάτων ὄντες, εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον καὶ τὰς εὐνοίας ὁμοίως ἔχουσι. τὸ δὲ μέγιστον πάντων· τοῖς γὰρ κοινοῖς, οἱ μὲν ὡς ἰδίοις, οἱ δὲ ὡς ἀλλοτρίοις προσέχουσι τὸν νοῦν: καὶ συμβούλοις χρῶνται περὶ αὐτῶν, οἱ μὲν τῶν ἀστῶν τοῖς τολ-

μηρο-

in maxima negocia inter ſe comparata inquiramus. Nam qui ſingulis annis magiſtratus ineunt, priùs ad uitam priuatam redeunt, quàm publicorum negociorum ſcientiam aliquam conſequantur, uſuq́ rerum erudiantur. Qui uerò iiſdem rebus perpetuò præſunt, ut minùs ingeniis ualeant, longeq̀ tamen experientia cæteris antecellunt. Illi præterea, dum alii alios intuentur, multa negligunt: hi uerò, cum ſciant à ſe omnia perfici oportere, diligenter de ſingulis cogitant. Ad hæc, Democratici & Oligarchici ambitioſis inter ſe diſſenſionibus Reipublicæ nocent: Monarchæ uerò, ut qui neminem habeant cui inuideant, de rebus omnibus, quantum quidem fieri poteſt, id ſtatuunt, quod utiliſsimum eſt. Iam illi maximam temporis partem domeſticis negociis occupati, offenſionem negligentiæ ſæpe uitare non poſſunt. Deinde in conciliis ſæpiùs eos reperias inter ſeſe rixantes, quàm in commune conſulentes. Hi uerò, quia neque curias neque tempora definita habent, noctu & interdiu negociis intenti: nullas occaſiones negligunt, ſed in tempore ſingula peragunt. Ad hæc, illi inter ſeſe inimici, tùm ſuperioris, tùm ſui temporis magiſtratus urbi quàm peſsimeq̀ præfuiſſe uellent: ut ipſi quàm maximam gloriam conſequerentur. Hi uerò cùm per omnem uitam rerum potiantur: ſemper eâdẽ beneuolentia ſunt. Et, quod omnium maximum eſt, alteri Rempublicam ut ſuam, alteri ut alienã curant: alteri in conſiliũ adhibent ciues au-

 daciſsi-

μηροτάτοις, οἱ δ' ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενοι τοὺς φρονιμωτάτους: καὶ τιμῶσιν οἱ μὲν τοὺς ἐν τοῖς ὄχλοις εἰπεῖν δυναμένους, οἱ δὲ τοὺς χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν ἐπισταμένους. οὐ μόνον δ' ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις καὶ τοῖς καθ' ἡμέραν γιγνομένοις, αἱ μοναρχίαι διαφέρουσιν: ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τῷ πολέμῳ πλεονεξίας ἁπάσας περιειλήφασι. καὶ γὰρ παρασκευάσασθαι δυνάμεις, καὶ χρήσασθαι ταύταις, ὥστε καὶ λαθεῖν καὶ ὀφθῆναι, καὶ τοὺς μὲν πεῖσαι, τοὺς δὲ βιάσασθαι, παρὰ δὲ τῶν ἐκπρίασθαι, τοὺς δὲ ταῖς ἄλλαις θεραπείαις προσαγαγέσθαι: μᾶλλον αἱ τυραννίδες τῶν ἄλλων πολιτειῶν οἷαί τ' εἰσί. καὶ ταῦτα ἐκ τῶν ἔργων ἄν τις οὐχ ἧττον, ἢ τῶν λόγων πιστεύσειεν. τοῦτο μὲν γὰρ, τὴν τῶν Περσῶν δύναμιν ἅπαντες ἴσμεν τηλικαύτην τὸ μέγεθος γεγενημένην, οὐ διὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν φρόνησιν, ἀλλ' ὅτι μᾶλλον τῶν ἄλλων τὴν βασιλείαν τιμῶσι: τοῦτο δὲ Διονύσιον τὸν τύραννον, ὃς παραλαβὼν τὴν μὲν ἄλλην Σικελίαν ἀνάστατον γεγενημένην, τὴν δ' αὑτοῦ πατρίδα πολιορκουμένην, οὐ μόνον αὐτὴν τῶν παρόντων κινδύνων ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἐποίησεν. ἔτι δὲ Καρχηδονίους καὶ Λακεδαιμονίους, τοὺς ἄριστα τῶν Ἑλλήνων πολιτευομένους, οἴκοι μὲν ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευομένους. ἔχοι δ' ἄν τις ἐπιδεῖξαι καὶ τὴν πόλιν τῶν Ἀθηναίων, τὴν μάλιστα τὰς τυραννίδας μισοῦσαν: ὅταν μὲν πολλοὺς ἐκπέμψῃ στρατηγοὺς, ἀτυχοῦσαν, ὅτι δὲ δι' ἑνὸς ποιῆται τοὺς κινδύνους, κατορθοῦσαν. καίτοι, πῶς ἄν τις σαφέστερον ἐπιδείξειεν ἢ διὰ τούτων τῶν παραδειγμάτων πλείστου τὰς μοναρχίας ἀξίας οὔσας; φαίνονται γὰρ οἵ τε διὰ τέλους τυραννούμενοι, μεγίστας δυνάμεις ἔχοντες: οἵ τε καλῶς ὀλι-

τὰ τῶν μοναρχιῶν κατὰ πόλεμον πλεονεκτήματα, διὰ παραδειγμάτων πιστούμενα.

γαρχου-

dacißimos, alteri, delectu ex omnib. habito, pruden tißimos: alteri honorãt eos qui in turba dicere posſunt, alteri rebus gerendis idoneos euehũt. Neq; uerò in quotidianis tantùm, ac uelut in orbẽ redeuntibus Monarchiæ negocijs excellunt: ſed omnes etiã belli gerẽdi cõmoditates cõplectuntur. Nã & cõſcribere milites, & illis uti ſeu clàm, ſeu palàm, & alijs perſuadere, alios cogere, alios largitionibus adducere, alios alijs officijs demereri, facilius eſt Monarchijs, quàm cæteris imperijs. Atq; hæc nõ minùs rebus ipſis, quàm uerbis probantur. Nam & Perſarũ potentiam ſcimus omnes ad tantam proceßiſſe magnitudinẽ, non uirorũ illorum prudentia, ſed eximia Regum obſeruantia: & Dionyſij tyranni opes eadem ratione creuiſſe uidimus. Qui cum non reliquã modò Siciliã uaſtatã, ſed ſuã patriã etiã obſidione cinctã ſuſcepiſſet: tùm illis eam periculis liberauit, tùm Græcarũ ciuitatũ maximã effecit. Etiã Carthaginenſes, & Lacedæmonij, qui inter omnes Græcos optimè Rempub. adminiſtrãt, etſi domi paucorũ poteſtate reguntur, in bellis tamẽ regio parent imperio. Quin et ciuitatẽ Athenienſiũ, quæ Monarchijs infenſißima eſt, oſtẽdi poteſt, quãdo multos imperatores mittit, affici cladibus: cũ uerò in belli diſcriminibus unũ ſummæ rerũ præficit, bene rẽ gerere ſolere. Enimuerò quinã euidentiùs oſtẽdi poteſt, præſtantißimas eſſe Monarchias, quàm huiuſmodi exemplis? Eſt enim perſpicuũ, et eos qui perpetuò regiæ poteſtati parent, eſſe potentißimos, ac ad gerendum bellum inſtructißimos: & eos qui bonas Oli-

Monarchiæ in bellis prærogatiuæ exẽplis demonſtrã tur.

γαρχόμενοι, περὶ ἃ μάλιστα σπουδάζουσιν, οἱ μὲν ἕνα μόνον στρατηγὸν, οἱ δὲ βασιλέα τῶν στρατοπέδων κύριον καθιστάντες: οἵ τε μισοῦντες τὰς τυραννίδας, ὁπόταν πολλοὺς ἄρχοντας ἐκπέμψωσιν, οὐδὲν τῶν δεόντων πράττοντες. εἰ δὲ δεῖ τι καὶ τῶν ἀρχαίων εἰπεῖν, λέγεται καὶ τοὺς θεοὺς ὑπὸ τοῦ Διὸς βασιλεύεσθαι: περὶ ὧν, εἰ μὲν ὁ λόγος ἀληθής ἐστι, δῆλον ὅτι κἀκεῖνοι ταύτην τὴν κατάστασιν προκρίνουσιν. εἰ δὲ τὸ μὲν σαφὲς μηδεὶς οἶδεν, αὐτοὶ δὲ εἰκάζοντες οὕτω περὶ αὐτῶν ὑπειλήφαμεν: σημεῖον, ὅτι πάντες τὴν μοναρχίαν προτιμῶμεν. οὐ γὰρ ἄν ποτε αὐτῇ χρῆσθαι τοὺς θεοὺς ἔφαμεν, εἰ μὴ πολὺ τῶν ἄλλων προέχειν αὐτὴν ἐνομίζομεν. περὶ μὲν οὖν τῶν πολιτειῶν, ὅσον ἀλλήλων διαφέρουσιν, ἅπαντα μὲν οὔθ᾽ εὑρεῖν οὔτ᾽ εἰπεῖν δυνατόν ἐστιν: οὐ μὴν ἀλλὰ πρός γε τὸ παρὸν ἐξαρκούντως καὶ νῦν εἴρηται περὶ αὐτῶν. ὡς δὲ προσηκόντως ἡμεῖς τὴν ἀρχὴν ἔχομεν, πολὺ τούτου συντομώτερος, καὶ μᾶλλον ὁμολογούμενος ὁ λόγος ἐστίν. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι Τεῦκρος μὲν ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγὸς, παραλαβὼν τοὺς τῶν ἄλλων πολιτῶν προγόνους, πλεύσας δεῦρο, καὶ πόλιν αὐτοῖς ἔκτισε, καὶ τὴν χώραν διένειμε; ὁ δὲ πατὴρ Εὐαγόρας, ἀπολεσάντων ἑτέρων τὴν ἀρχὴν, πάλιν ἀνέλαβεν, ὑποστὰς τοὺς μεγίστους κινδύνους: καὶ τοσοῦτον μετέστησεν, ὥστε μηκέτι Φοίνικας Σαλαμινίων τυραννεῖν, ἀλλ᾽ ὧν περ ἦν τὴν ἀρχὴν, τούτους καὶ νῦν ἔχειν τὴν βασιλείαν; λοιπὸν οὖν ἐστιν ὧν προεθέμην, περὶ ἐμαυτοῦ διελθεῖν, ἵν᾽ ἐπίστησθε ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ὑμῶν ὁ βασιλεύων, ὃς οὐ μόνον διὰ τοὺς προγόνους, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἐμαυτὸν, δικαίως ἂν καὶ μείζονος τιμῆς ἢ τηλικαύτης ἀξιωθείην. οἶμαι γὰρ ἔγωγε πάντας ἂν ὁμολογῆσαι,

τὸ β' κεφαλ. ὅτι προσηκόντως ἔχει τὴν ἀρχὴν, ἢ περιαυτολογία ἐγκωμιαστική.

garchias habent, in rebus grauißimis & maximis, partim unũ tantùm imperatorẽ, partim regẽ exercitibus cũ imperio præficere: & eos qui Monarchias oderũt, quãdo multos duces mittunt, nihil rectè feliciterq; administrare. Quòd si quid è uetustatis memoria repetendũ est: Dij etiã regem habere Iouem dicuntur. Qui sermo si uerus est, apparet, Deos etiã hunc statũ cæteris anteferre. Sin rei ueritatẽ nemo nouit, sed ipsi coniecturis in eam opinionem adducti sumus: id argumento est, nos omnes Monarchiam præstantißimã iudicare. Nec enim tali Deos uti Republica diceremus, nisi eam longè præstare cæteris crederemus. Ac de politijs quidem, quantũ aliæ alijs antecellant, nec inueniri, nec dici possunt omnia: sed instituto nostro etiã hæc commemorasse sufficiat. Illud autem, iure nos tenere imperium: multò breuiùs & maiore omnium assensu expedietur. Quis enim ignorat, Teucrum nostri generis principem, cæterorum ciuium ascitis maioribus, huc nauigasse: & urbe condita, agrum eis distribuisse? Patrem uerò Euagoram imperium ab alijs amissum, maximis periculis aditis, recuperasse: & eò redegisse rem, ut iam non Phœnices tyrannidem in Salaminios exerceant: sed ij regnum etiam nunc, quorum ab initio fuit, teneant? Restat igitur ex his quæ proposui, ut de me ipso breuiter aliquid dicam: quo sciatis, eum esse uestrum regem, qui non propter maiores tantùm suos, sed & propter semetipsum, maiorem etiam honore tanto amplitudinem mereatur. Nam ego quidem inter omnes con-

II. Cap. Nicoclẽ iure tenere imperium, & suarum laudum commemoratio.

λογῆσαι, πλείστου τῶν ἀρετῶν ἀξίας εἶναι, τήν τε σωφροσύνην, καὶ τὴν δικαιοσύνην. οὐ γὰρ μόνον ἡμᾶς, τὸ καθ' αὑτὰς, ὠφελοῦσιν· ἀλλ', εἰ θέλοιμεν σκοπεῖν καὶ τὰς φύσεις, καὶ τὰς δυνάμεις, καὶ τὰς χρήσεις τῶν πραγμάτων, εὑρήσομεν τὰς μὲν μετεχούσας μηδαμῶς τούτων τῶν ἰδεῶν, μεγάλων κακῶν αἰτίας οὔσας: τὰς δὲ μετὰ δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης γιγνομένας, πολλὰ τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων ὠφελούσας. εἰ δὲ δή τινες τῶν προγεγενημένων ἐπὶ ταύταις ταῖς ἀρεταῖς εὐδοκίμησαν, ἡγοῦμαι κἀμοὶ προσήκειν τῆς αὐτῆς δόξης τυγχάνειν. τὴν μὲν οὖν δικαιοσύνην, ἐκεῖθεν ἂν μάλιστα κατίδοιτε. παραλαβὼν γὰρ ὅτ' εἰς τὴν ἀρχὴν καθιστάμην, τὰ μὲν βασίλεια χρημάτων κενὰ, καὶ πάντα κατηναλωμένα, τὰ δὲ πράγματα ταραχῆς μεστὰ, καὶ πολλῆς ἐπιμελείας δεόμενα, καὶ φυλακῆς καὶ δαπάνης: εἰδὼς δ' ἑτέρους, ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς, ἐκ παντὸς τρόπου τὰ σφέτερ' αὐτῶν διορθουμένους, καὶ πολλὰ παρὰ τὴν φύσιν τὴν αὑτῶν πράττειν ἀναγκαζομένους: ὅμως οὐδ' ὑφ' ἑνὸς τούτων διεφθάρην, ἀλλ' οὕτως ὁσίως καὶ καλῶς ἐπεμελήθην τῶν πραγμάτων, ὥστε μηδὲν ἐλλείπειν, ἐξ ὧν οἷόν τ' ἦν αὐξηθῆναι καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν ἐπιδοῦναι τὴν πόλιν. πρός τε τοὺς πολίτας, μετὰ τοσαύτης πρᾳότητος προσηνέχθην, ὥστε μήτε φυγὰς, μήτε θανάτους, μήτε χρημάτων ἀποβολὰς, μήτ' ἄλλην μηδεμίαν τοιαύτην συμφορὰν ἐπὶ τῆς ἐμῆς γεγενῆσθαι βασιλείας. ἀβάτου δ' ἡμῖν τῆς Ἑλλάδος οὔσης, διὰ τὸν πόλεμον τὸν γεγενημένον, καὶ πανταχοῦ συλωμένων ἡμῶν, τὰ πλεῖστα τούτων διέλυσα, τοῖς μὲν ἅπαντα ἀποτίνων, τοῖς δὲ μέρη, τῶν δ' ἀναβάλλεσθαι δεόμενος, πρὸς δὲ τοὺς ὅπως ἠδυνάμην περὶ τῶν ἐγκλημάτων διαλλαττόμενος.

ἔτι

stare arbitror, aliarum uirtutum iusticiam & temperantiam esse præstantissimas. Nec enim per se tantùm nobis prosunt: sed si & naturam, & uires, & usum negociorum spectare uelimus, quicquid nulla cum hoc genere communitate iungitur, maximorum malorum causam extitisse: quæ uerò temperantia iusticiaq́ue adhibita geruntur, ea maximè prodesse uitæ mortalium reperiemus. Quòd si qui ueterum ob has uirtutes celebrantur: æquum esse puto, eandem me quoque gloriam adipisci. Ac iusticiam quidem inde potissimùm perspicietis, quòd, ut imperio potitus sum, quamuis & regiam pecunijs uacuam, omniaq́ue sumptibus exhausta, & negocia turbarum plena, ita ut magnam diligentiam, & præsidia & impensas postularent, suscepissem: nec ignorarem, huiusmodi temporibus alios omnibus modis detrimenta rei familiaris sarcire, multaq́ue præter ingenium suum facere, necessitate coactos: nihil tamen istorum omnium me corrupit, quò minùs ita sanctè præclareq́ue curam rerum gererem, ut nihil prætermisisse uidear, quod ad incrementa & felicitatem Reipublicæ pertineret. Nam & ciues ea mansuetudine tractaui, ut nec exilia, neque cædes, neque publicationes bonorum, nec ulla denique talis calamitas, me regnante, inciderit. & cùm in Græciam nullus ob gestum bellum nobis patêret aditus, cum ubique spoliaremur, pleraque pacata reddidi: alijs omnia persoluendo, alijs partes: ab alijs moram petendo: cum alijs, ut licuit, controuersias transigendo.

Præte-

ἔτι δὲ καὶ τῶν τὴν νῆσον οἰκούντων δυσκόλως πρὸς ἡμᾶς
διακειμένων, καὶ τοῦ βασιλέως τῷ μὲν λόγῳ διηλλαγ-
μένου, τῇ δ' ἀληθείᾳ τραχέως ἔχοντος, ἀμφότερα
ταῦτα κατεπράϋνα, τῷ μὲν προθύμως ὑπηρετῶν,
πρὸς δὲ τοῦτον δίκαιον ἐμαυτὸν παρέχων. τοσούτου δὲ δέω
τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ὥσθ' ἕτεροι μὲν, ἣν καὶ μι-
κρῷ μείζω τῶν ὁμόρων δύναμιν ἔχωσιν, ἀποτέμνονται
» τῆς γῆς, καὶ πλεονεκτεῖν ζητοῦσιν· ἐγὼ δ' οὐδὲ τὴν διδο-
» μένην μοι χώραν ἠξίωσα λαβεῖν, ἀλλ' αἱροῦμαι, μετὰ
» δικαιοσύνης τὴν ἐμαυτοῦ μόνην ἔχειν μᾶλλον, ἢ μετὰ κα-
» κίας πολλαπλασίαν τῆς ὑπαρχούσης κτήσασθαι. καὶ
τί δεῖ καθ' ἕκαστον λέγοντα διατρίβειν, ἄλλως τε καὶ
συντόμως ἔχοντα δηλῶσαι περὶ ἐμαυτοῦ; φανήσομαι
γὰρ μηδένα μὲν πώποτ' ἀδικήσας, πλείους δὲ καὶ τῶν πο-
λιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ἑλλήνων εὖ πεποιηκὼς, καὶ μεί-
ζους δωρεὰς ἑκατέροις δεδωκὼς, ἢ σύμπαντες οἱ πρὸ
ἐμοῦ βασιλεύσαντες. καί τοι χρὴ τοὺς μέγα φρονοῦντας
ἐπὶ δικαιοσύνῃ, καὶ προσποιουμένους χρημάτων εἶναι
κρείττους, τοιαύτας ὑπερβολὰς ἔχειν εἰπεῖν περὶ αὐ-
τῶν. καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ σωφροσύνης ἔτι μείζω τούτων
ἔχω διελθεῖν. εἰδὼς γὰρ ἅπαντας ἀνθρώπους περὶ πλεί-
στου ποιουμένους τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν, καὶ τὰς γυναῖ-
κας, καὶ μάλιστα ὀργιζομένους τοῖς εἰς ταῦτα ἐξαμαρτά-
νουσι, καὶ τὴν ὕβριν τὴν περὶ ταῦτα μεγίστων κακῶν αἰ-
τίαν γιγνομένην, καὶ πολλοὺς ἤδη τῶν ἰδιωτῶν καὶ τῶν
δυναστευόντων διὰ ταύτην ἀπολλυμένους, οὕτως ἔφυ-
γον τὰς αἰτίας ταύτας, ὥστ' ἐξ οὗ τὴν βασιλείαν ἔλα-
βον, οὐδενὶ φανήσομαι σώματι πεπλησιακὼς, πλὴν τῆς
ἐμαυτοῦ γυναικός· οὐκ ἀγνοῶν, ὡς κἀκεῖνοι παρὰ τοῖς
πολλοῖς εὐδοκιμοῦσιν, ὅσοι περὶ μὲν τὰ τῶν πολιτῶν δίκαιοι
τυγ-

Præterea cū Insulæ huius incolæ nobis succenserent, & rex Persarū uerbo recōciliatus, reuera infensus esset: utrosq; mitigaui, hunc obsequendi alacritate, illos æquitate seruanda. Nam à rerum alienarū cupiditate tam longè absum, ut cū alij, si paulò uicinis potentiores fuerint, mox & agri partē eripiant, & multa præter ius & æquū sibi uendicēt: ego ne eam quidem regionē accipere uoluerim, quæ mihi offerebatur. Malo enim cū iusticia meū tenere solū, quàm " per iniuriā imperiū hoc nostro lōgè lateq; maius ac " quirere. Sed quorsum attinet, singulis cōmemorandis " immorari? præsertim cū paucis de me ipso rem totā possim absoluere? Nemo enim reperietur, qui à me sit unquā affectus iniuria: plures uerò, tùm ciues, tùm alij Græci, & beneficijs, & maiorib. utriq; muneribus à me sunt ornati, quàm ab ijs omnibus qui ante me regnū tenuerunt. Enimuerò decet eos qui iusticiæ studiū laudi sibi ducunt, pecuniæq; contemptū præ se ferunt, tanta posse de sese, tamq; illustria prædicare. Quin de temperantia quoq; mea, plura etiam his & maiora habeo quæ commemorem. Cum enim scirem, omnes homines charißimos habere liberos & uxores suas, grauißimeq; irasci ijs qui eos uiolassent: & contumelias ijs factas maximarum cladium præbere causam: nec plebeijs tantùm hominibus, sed etiam principibus afferre interitum: ita fugi hæc crimina, ut à suscepti regni tempore me nullum nisi uxoris meæ corpus attigisse constet. Quamuis enim non ignorarem, illos etiam uulgò celebrari, qui, modò in ciues

non

τυγχάνουσιν ὄντες, ἄλλοθεν δέ ποθεν ἑαυτοῖς ἐπο-
ρίσαντο τὰς ἡδονάς : ἀλλὰ βουλόμενος ἅμα
μὲν ἐμαυτὸν ὡς πορρωτάτω ποιῆσαι τῶν τοιούτων
ὑποψιῶν, ἅμα δὲ παράδειγμα καταστῆσαι τὸν
,, τρόπον τὸν ἐμαυτοῦ τοῖς ἄλλοις πολίταις : γιγνώσ-
,, κων, ὅτι φιλεῖ τὸ πλῆθος ἐν τούτοις τοῖς ἐπιτη-
,, δεύμασι τὸν βίον διάγειν, ἐν οἷς ἂν τοὺς ἄρχον-
,, τας τοὺς ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας. ἔπειτα καὶ
,, προσήκειν ἡγησάμην, τοσούτῳ τοὺς βασιλέας βελ-
,, τίους εἶναι τῶν ἰδιωτῶν, ὅσῳ περ καὶ τὰς τιμὰς μεί-
,, ζους αὐτῶν ἔχουσι : καὶ δεινὰ ποιεῖν, ὅσοι τοὺς μὲν
,, ἄλλους κοσμίως ζῆν ἀναγκάζουσιν, αὐτοὶ δ᾽ αὐ-
,, τοὺς μὴ σωφρονεστέρους τῶν ἀρχομένων παρέχου-
σι. πρὸς δὲ τούτοις, τῶν μὲν ἄλλων πράξεων ἑώ-
ρων ἐγκρατεῖς καὶ τοὺς πολλοὺς γιγνομένους, τῶν
,, δ᾽ ἐπιθυμιῶν τῶν περὶ τοὺς παῖδας καὶ τὰς γυ-
,, ναῖκας καὶ τοὺς βελτίστους ἡττωμένους. ἠβουλή-
θην οὖν ἐν τούτοις ἐμαυτὸν ἐπιδεῖξαι καρτερεῖν
δυνάμενον, ἐν οἷς ἔμελλον οὐ μόνον τῶν ἄλλων δι-
οίσειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπ᾽ ἀρετῇ μέγα φρονούν-
των. ἔτι δὲ καὶ τῶν τοιούτων πολλὴν κακίαν κα-
τεγίγνωσκον, ὅσοι γυναῖκας λαβόντες, καὶ κοινω-
,, νίαν ποιησάμενοι παντὸς τοῦ βίου, μὴ στέργου-
,, σιν οἷς ἔπραξαν, ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἡδοναῖς λυποῦ-
,, σι ταύτας, ὑφ᾽ ὧν αὐτοὶ μηδὲν ἀξιοῦσι λυπεῖσθαι.
καὶ περὶ μὲν ἄλλας κοινωνίας τινὰς, ἐπιεικεῖς σφᾶς
αὐτοὺς παρέχωσιν : ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς γυναῖκας
ἐξαμαρταίνωσιν : ἃς ἔδει τοσούτῳ μᾶλλον διαφυ-
λάττειν, ὅσῳ περ οἰκειότεραι καὶ μείζους οὖσαι τυγ-
χάνουσι τῶν ἄλλων. εἶτα καὶ λανθάνουσιν ἔνδον ἐν αὐ-
τοῖς

non sint iniurij, aliunde suas uoluptates explere student: tamen cùm huiusmodi suspiciones à me remotissimas, tùm mores meos ciuibus exemplo esse uolui: cùm in ijs solere studijs ætatem consumere populum scirem, quibus suos principes uidet esse deditos. Præterea decere censui, reges tanto meliores esse priuatis hominibus, quanto eis honoratiores essent: & iniquissime facere, qui alios modeste uiuere cogerent, nec se præberent ipsi modestiores ijs quibus imperarent. Deinde cæteris in rebus multos etiam e populo uidebam sibi posse moderari: sed amorum illecebris etiam summos uiros succumbere. Quare me in his etiam imperare mihi posse, ostendere uolui, quibus non uulgo tantùm præstarem, sed uiris etiam uirtutis opinione celeberrimis. Ad hæc non potui non uehementer accusare illos, qui ductis uxoribus, & inita totius uitæ societate, pactis & conuentis non starent: sed dum suis uoluptatibus indulgerent, eas offenderent, à quibus ipsi nulla re offendi se uellent: cum in alijs contractibus æquitatem colerent, solas conuentiones cum uxoribus factas uiolarent: quæ tanto sanctiùs custodiendæ erant, quanto sunt alijs interiores & maiores. Deinde nec illud isti animaduertunt, seipsos sibi factiones & dissidia in suis

τοῖς τοῖς βασιλείοις στάσεις καὶ διαφορὰς ἑαυτοῖς ἐγ-
» καταλείποντες. καίτοι χρὴ τοὺς ὀρθῶς βασιλεύοντας,
» μὴ μόνον τὰς πόλεις ἐν ὁμονοίᾳ πειρᾶσθαι διάγειν, ὧν
» ἂν ἄρχωσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἰδίους οἴκους καὶ τοὺς τόπους,
» ἐν οἷς ἂν κατοικῶσιν. ἅπαντα γὰρ ταῦτα, σωφροσύνης
ἔργα καὶ δικαιοσύνης ἐστίν. οὐ τὴν αὐτὴν δὲ γνώμην ἔχον
οὐδὲ περὶ τῆς παιδοποιίας, τοῖς πλείστοις τῶν βασι-
λέων: οὐδ' ᾠήθην δεῖν τοὺς μὲν ἐκ ταπεινοτέρας ποιή-
σασθαι τῶν παίδων, τοὺς δ' ἐκ σεμνοτέρας: οὐδὲ τοὺς
μὲν νόθους αὐτῶν, τοὺς δὲ γνησίους καταλιπεῖν: ἀλλὰ
πάντας ἔχειν τὴν αὐτὴν φύσιν, καὶ πρὸς πατρὸς καὶ
πρὸς μητρὸς ἀνενεγκεῖν, τῶν μὲν θνητῶν εἰς εὐαγό-
ραν τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν, τῶν δ' ἡμιθέων εἰς αἰακί-
δας, τῶν δὲ θεῶν εἰς δία, καὶ μηδένα τῶν ἐξ ἐμοῦ γενο-
μένων ἀποστερηθῆναι ταύτης τῆς εὐγενείας. πολλῶν δέ
με προτρεπόντων ἐμμένειν τοῖς ἐπιτηδεύμασι τούτοις:
οὐχ ἥκιστά με κἀκεῖνο παρεκάλεσεν, ὅτι τῆς μὲν ἀν-
δρείας καὶ τῆς δεινότητος καὶ τῶν ἄλλων τῶν εὐδοκι-
μούντων, ἑώρων καὶ τῶν κακῶν ἀνδρῶν πολλοὺς μετέ-
χοντας, τὴν δὲ σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην ἴδια
κτήματα τῶν καλῶν κἀγαθῶν ὄντα. κάλλιστον οὖν
ὑπέλαβον, εἴ τις δύναιτο ταύταις ταῖς ἀρεταῖς προ-
έχειν τὸν νοῦν, τῶν ἄλλων ἀφελόμενος, ὧν μηδὲν μέ-
ρος τοῖς πονηροῖς μέτεστιν, ἀλλὰ καὶ γνησιώταται καὶ
βεβαιόταται, καὶ μέγισται, καὶ μεγίστων ἐπαίνων ἄξιαι
τυγχάνουσιν οὖσαι. τούτων ἕνεκα, ταῦτα διανοηθεὶς, πε-
ριττότερον τῶν ἄλλων ἤσκησα τὴν σωφροσύνην, καὶ
τὴν δικαιοσύνην: καὶ ταύτας προειλόμην τῶν ἡδονῶν,
οὐ τὰς ἐπὶ τοῖς ἔργοις μηδεμίαν τιμὴν ἐχούσας, ἀλλὰ
τὰς ἐπὶ ταῖς δόξαις ταῖς δι' ἀνδραγαθίαν γινομένας.

χρὴ

suis regijs serere. Est autem bonorum regum officium, dare operam, non in urbibus tantùm, sed in suis etiam ædibus, atque in quibus consedere locis, concordiam uti alant. Hæc enim uniuersa temperantiæ munera, & iusticiæ sunt. Nec in procreatione liberûm regum maximæ partis consuetudinem sum imitatus: nec alios ex humiliore muliere, alios è nobiliore censui suscipiendos: nec alteros nothos, alteros legitimos relinquendos: sed curandum, ut omnes tùm paternum, tùm maternum genus, inter mortales ad Euagoram patrem meum, inter semideos ad Aeacidas, inter Deos ad Iouem optimum maximum referre possent: neque quisquam ex me genitus, hac nobilitate priuaretur. Cùm uerò multa me hortata sint, ut in hoc uitæ instituto perseuerarem: illud uel in primis mouit, quòd fortitudine & calliditate, cæterisq; laudatis rebus, etiam malos quosdam homines præditos uidebam: temperantiam uerò & iusticiam, proprias esse bonorum uirorum possessiones. Pulcherrimum igitur fore duxi, si quis eas sibi uirtutes deligeret, ac maximè coleret, quæ ut improbis nulla ex parte contingere queunt, sic integerrimæ sunt, & firmissimæ, & maximæ, & maximis laudibus dignæ. His rationibus adductus, temperantiæ iusticiæq; præ cæteris fui studiosus: easq; delegi mihi uoluptates, non quarum actiones omni splendore uirtutis carerent, sed eas quæ ex rei bene gestæ gloria capiuntur.

„ χρὴ δὲ δοκιμάζειν τὰς ἀρετὰς, οὐκ ἐν ταῖς αὐταῖς ἰ-
„ δέαις ἁπάσας, ἀλλὰ τὴν μὲν δικαιοσύνην ἐν ταῖς ἀ-
„ πορίαις, τὴν δὲ σωφροσύνην ἐν ταῖς δυναστείαις, τὴν
„ δὲ καρτερίαν ἐν ταῖς τῶν νεωτέρων ἡλικίαις. ἐγὼ τοίνυν
ἐν ἅπασι τοῖς καιροῖς τούτοις φανήσομαι πεῖραν τῆς ἐ-
μαυτοῦ φύσεως δεδωκώς. ἐνδεὴς μὲν γὰρ χρημάτων
καταλειφθεὶς, οὕτω δίκαιον ἐμαυτὸν παρέσχον, ὥστε μη-
δένα λυπῆσαι τῶν πολιτῶν. λαβὼν δ' ἐξουσίαν, ὥστε ποι-
εῖν ὅ, τι ἂν βούλωμαι, σωφρονέστερος τῶν ἰδιωτῶν ἐγενό-
μην: τούτων δ' ἀμφοτέρων ἐκράτησα, ταύτην ἔχων
τὴν ἡλικίαν, ἐν ᾗ τοὺς πλείστους ἂν εὕροιμεν μάλιστα
περὶ τὰς πράξεις ἐξαμαρτάνοντας. καὶ πάντα ταῦτα ἐν
ἑτέροις μὲν ἴσως ἂν ὤκνουν εἰπεῖν, οὐχ ὡς οὐ φιλοτιμού-
μενος ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις, ἀλλ' ὡς οὐκ ἂν πιστευ-
θεὶς ἐκ τῶν λεγομένων. ὑμεῖς δ' αὐτοί μοι μάρτυρές ἐστε
πάντων τῶν εἰρημένων. ἄξιον μὲν οὖν καὶ τοὺς φύσει κοσ-
μίους ὄντας ἐπαινεῖν καὶ θαυμάζειν, ἔτι δὲ μᾶλλον τοὺς
καὶ μετὰ λογισμοῦ τοιούτους ὄντας. οἱ μὲν γὰρ τύχῃ, καὶ μὴ
γνώμῃ σωφρονοῦντες, τυχὸν ἂν καὶ μεταπεισθεῖεν. οἱ δὲ
πρὸς τῷ πεφυκέναι, καὶ διεγνωκότες ὅτι μέγιστόν ἐστι
τῶν ἀγαθῶν ἀρετὴ, δῆλον ὅτι πάντα τὸν βίον ἐν ταύτῃ
τὸ γ' κεφαλ. περὶ τοῦ τῶν βασιλευομένων καθήκοντος. τῇ τάξει διαμενοῦσι. διὰ τοῦτο δὲ πλείους ἐποιησάμην
τοὺς λόγους καὶ περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν
προειρημένων, ἵνα μηδεμίαν ὑπολίπω πρόφασιν, ὡς
οὐ δεῖ ποιεῖν ὑμᾶς ἑκόντας, καὶ προθύμως, ἅττ' ἂν ἐγὼ
προστάξω, καὶ συμβουλεύσω. φημὶ δὴ πράττειν ἕκα-
στον ὑμῶν, ἐφ' οἷς ἐφέστηκεν, ἐπιμελῶς καὶ δικαίως.
ἐπιμέλεια. καθ' ὁπότερον γὰρ ἂν ἐλλίπητέ τι τούτων, ἀνάγκη ταύ-
τῃ κακῶς ἔχειν τὰς πράξεις. μηδενὸς οὖν ὀλιγωρεῖτε,
μηδὲ καταφρονεῖτε τῶν προστεταγμένων: ὑπολαμ-
βάνον-

Neq; uerò de omnibus uirtutibus una quadam ratione ferendum est iudicium: sed de iusticia in egestate, de modestia in potestate, de cõtinentia in iuuenili ætate. Ego uerò his temporib. omnibus, ingenij mei specimen dedi. Nam & inops pecuniæ relictus, ita æquum me præbui, ut ciuium nulli molestus fuerim: & cũ, quicquid libuisset, liceret, modestia plebeios homines superaui. Hæc uerò utraq; præstiti eã ætate, qua plerique in rebus gerendis maximè de officio solent decedere. Quæ omnia fortaßis apud alios dicere ueritus essem: non quin facta mea mihi laudi ducam, sed ne orationi meæ fides non haberetur. Vos uerò ipsi mihi testes estis eorum quæ dicta sunt omnium. Laudandi autem sunt, & digni admiratione, etiam homines natura modesti: sed multo magis ij, qui ratione quoq; sunt tales. Nam qui temperantiam fortuitò, non consultò colunt: hi, fieri potest ut aliquando à sententia deducantur. Qui uerò præter naturæ bonitatem, etiã persuasum habent, summũ bonum esse in uirtute positum: ij haud dubiè per omnem ætatem in hac statione perseuerabunt. Ideo autem & de me ipso, & de cæteris quas exposui rebus, plura uerba feci: ne ullam excusationem uobis reliquam facerem, quo minus libẽter & alacriter meis imperatis & cõsilijs duceretis obtemperandum. Iubeo igitur unumquenq; uestrûm, id quod sui officij est, & diligẽter & fideliter administrare. Nam quatenus alterutrũ horum omiseritis: eatenus actiones deteriores esse necesse erit. Nihil igitur ex mandatis negligite, aut contemnite: cogi-

III. Caput de officio ciuium erga regem.

1. Diligentia.

βαίνοντες, ὡς οὐ παρὰ ταῦτ' ἐστὶν, ἀλλ' ὡς παρ' ἕκαστον τῶν
μερῶν ἢ καλῶς ἢ κακῶς ἔξον τὸ σύμπαν. οὕτω σπουδά-
ζετε περὶ αὐτῶν, καὶ κήδεσθε μηδὲν ἧττον τῶν ἐμῶν,
ἢ τῶν ὑμετέρων αὐτῶν· καὶ μὴ νομίζετε μικρὸν ἀγαθὸν
εἶναι τὰς τιμὰς, ἃς ἔχουσιν οἱ καλῶς τῶν ἡμετέρων ἐπι-
β. ἀβλάβεια. στατοῦντες. ἀπέχεσθε τῶν ἀλλοτρίων, ἵν' ἀσφαλέστερον
τοὺς οἴκους τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν κέκτησθε. τοιούτους εἶ-
ναι χρὴ περὶ τοὺς ἄλλους ὑμᾶς, οἷόνπερ ἐμὲ περὶ ὑμᾶς
γ. εὐδοξία. ἀξιοῦτε γίνεσθαι. μὴ σπεύδετε πλουτεῖν μᾶλλον, ἢ χρη-
στοὶ δοκεῖν εἶναι· γιγνώσκοντες, ὅτι καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ
τῶν βαρβάρων οἱ μεγίστας ἐπ' ἀρετῇ δόξας ἔχοντες,
„ πλείστων ἀγαθῶν δεσπόται καθίστανται. τοὺς χρημα-
„ τισμοὺς τοὺς παρὰ τὸ δίκαιον γιγνομένους, ἡγεῖσθε μὴ
„ πλοῦτον, ἀλλὰ κίνδυνον ποιήσειν. μὴ τὸ μὲν λαβεῖν
κέρδος εἶναι νομίζετε, τὸ δ' ἀναλῶσαι ζημίαν. οὐδέ-
„ τερον γὰρ τούτων ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ἀλλ' ὁπό-
„ τερον ἂν ἐν καιρῷ καὶ μετ' ἀρετῆς γίγνηται, τοῦτ' ὠφε-
δ. προθυμία. λήσει τοὺς ποιοῦντας. μηδὲ πρὸς ἓν χαλεπῶς ἔχετε τῶν
ὑπ' ἐμοῦ προσταττομένων. ὅσοι γὰρ ἂν ὑμῶν περὶ πλεῖ-
στα τῶν ἐμῶν χρησίμους αὑτοὺς παράσχωσιν, οὗτοι πλεῖ-
ε. τὸ συνειδός. στα τοὺς οἴκους τοὺς ἑαυτῶν ὠφελήσουσιν. ὅ, τι ἂν ὑμῶν
ἕκαστος αὐτὸς αὑτῷ τύχῃ συνειδὼς, ἡγείσθω μηδὲ
ἐμὲ λήσειν· ἀλλ' ἐὰν καὶ τὸ σῶμα τοὐμὸν μὴ παρῇ, τήν
γε διάνοιαν τὴν ἐμὴν οἰέσθω τοῖς γιγνομένοις παρε-
στάναι. ταύτην γὰρ τὴν γνώμην ἔχοντες, σωφρονέστερον
ἂν βουλεύσαισθε περὶ αὐτῶν. μηδὲν ἀποκρύπτεσθε,
μήθ' ὧν κέκτησθε, μήθ' ὧν ποιεῖτε, μήθ' ὧν μέλλετε
„ πράττειν· εἰδότες, ὅτι περὶ τὰ κεκρυμμένα τῶν πραγ-
„ μάτων, ἀναγκαῖόν ἐστι πολλοὺς φόβους γίνεσθαι. μὴ τεχ-
νικῶς ζητεῖτε πολιτεύεσθαι, μηδ' ἀφανῶς, ἀλλ' οὕτως
ἁπλῶς

tantes, non in eo quidem quod uioletur, per se tantum esse momenti: sed sic intenti in ea estote, ut sentiatis, singulas partes id efficere, ut res uniuersa uel præclarè uel malè se habeat: & nihilo minus curate mea, quàm uestra: nec honores, qui ijs habentur qui rebus nostris bene præsunt, parui æstimate. Alienis abstinete, quò tutius uestras opes teneatis. Tales erga alios uos præbere debetis, qualem erga uos me esse postulatis. Ne ditari potiùs, quàm probitatis opinionem consequi properetis. Scitis enim, & apud Græcos & apud Barbaros, plurimis eos potiri bonis, qui maxima uirtutis gloria florent. Iniusta lucra ne existimate auctura esse diuitias, sed periculum allatura. Ne putetis, uos accipiendo lucrum: erogando, damnum facturos. Neutrum enim horum semper eandem uim habet: sed utrum in tēpore, ac cum uirtute factum fuerit, fecisse expediet. Nihil penitùs à me mandatum grauatim facitote. Nam quo quisq; uestrûm pluribus utilitatibus meis inseruierit, eo maiores fructus inde priuatim percipiet. Cuius rei unusquisq; uestrûm sibi conscius fuerit, eam ne me quidem clam fore existimet. Nam etsi corpus meum præsens non fuerit: at mentem meam singulis actionibus adesse putet. Hoc enim animo si fueritis, modestius agetis omnia. Nihil occultate, siue quod possidetis, siue quod facitis, siue quod facturi estis. Scitis enim, fieri non posse quin clandestini conatus magnos terrores adiunctos habeant. Ne studeatis callidè Rempublicam, aut occultè gerere: sed ita

2. Innocentia.

3. Existimatio.

4. Alacritas.

5. Conscientia.

ἁπλῶς καὶ φανερῶς, ὥστε μήδ' ἄν τις βούληται, ῥᾴδιον εἶναι ὑμᾶς διαβάλλειν. Δοκιμάζετε τὰς πράξεις, καὶ νομίζετε πονηρὰς μὲν, ἃς ἂν πράττοντες ἐμὲ βούλησθε λανθάνειν· χρηστὰς δὲ, περὶ ὧν ἂν ἐγὼ μέλλω πυ-
ϛ. φάσις. θόμενος, βελτίους ὑμᾶς νομιεῖν. μὴ κατασιωπᾶτε, ἐάν
» τινας ὁρᾶτε περὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν πονηροὺς ὄντας·
» ἀλλ' ἐξελέγχετε, καὶ νομίζετε τῆς αὐτῆς εἶναι ζημίας
ζ. εὐτυχεῖς. ἀξίους τοὺς συγκρύπτοντας τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν. εὐτυ-
» χεῖς δὲ νομίζετε μὴ τοὺς λανθάνοντας, ἐάν τι κακὸν ποιή-
» σωσιν, ἀλλὰ τοὺς μηδὲν ἐξαμαρτάνοντας. τοὺς μὲν γὰρ
» εἰκὸς τοιαῦτα παθεῖν, οἷάπερ αὐτοὶ ποιοῦσι: τοὺς δὲ χά-
η. συστάσεις. ριν ἀπολαβεῖν, ἧς ἄξιοι τυγχάνουσιν ὄντες. ἑταιρείας
μὴ ποιεῖτε, μήτε συνόδους, ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης. αἱ γὰρ τοιαῦται συστάσεις, ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πολιτείαις πλεονεκτοῦσιν, ἐν δὲ ταῖς μοναρχίαις κινδυνεύουσιν.
θ. ὑποψία. Μὴ μόνον ἀπέχεσθε τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν
ἐπιτηδευμάτων τῶν τοιούτων, ἐν οἷς ἀναγκαῖόν ἐστιν
ι. ἡσυχία. ὑποψίαν γίνεσθαι. Τὴν ἐμὴν φιλίαν ἀσφαλεστάτην καὶ βεβαιοτάτην εἶναι νομίζετε, καὶ διαφυλάττετε τὴν παροῦσαν κατάστασιν, καὶ μηδεμιᾶς ἐπιθυ-
» μεῖτε μεταβολῆς: εἰδότες, ὅτι διὰ τὰς τοιαύτας τα-
» ραχὰς, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι,
» καὶ τοὺς οἴκους τοὺς ἰδίους ἀναστάτους γίγνεσθαι. Μὴ μό-
ια. πρᾳότης. νον τὰς φύσεις αἰτίας νομίζετε τοῦ χαλεποὺς ἢ πράους εἶναι τοὺς τυράννους, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον τῶν πολιτῶν.
» πολλοὶ γὰρ ἤδη, διὰ τὴν τῶν ἀρχομένων κακίαν, τρα-
» χύτερον ἢ κατὰ τὴν ἑαυτῶν γνώμην, ἄρχειν ἠναγκά-
» σθησαν. Θαρρεῖτε μὴ διὰ τὴν ἐμὴν μᾶλλον πρᾳό-
ιβ. κοινωνία. τητα, ἢ διὰ τὴν ὑμετέραν αὐτῶν ἀρετήν. τὴν ἐμὴν γὰρ ἀσφάλειαν, ἄδειαν ἑαυτοῖς εἶναι νομίζετε. καλῶς γὰρ

τῶν

simpliciter & apertè, ut ne quis, etiamsi uelit, uos facilè calumniari queat. Probate actiones, & putate malas esse, quas ignorari à me uelletis: bonas, quibus ego auditis, uos probiores iudicabo. Ne reticeatis, si quos uideritis imperio meo nocere: sed & arguite, & existimate idem supplicium deberi occultantibus quod delinquentibus. Felices putate non eos, qui clàm habent maleficia sua: sed eos, qui nihil delinquunt. Consentaneum enim est, alteros meritas scelerum pœnas daturos: alteros factis suis præmia digna percepturos. Nullas sodalitates, nulla concilia, sine autoritate mea instituite. Nam huiusmodi conspirationes ut in alijs politijs multum ualent, ita in Monarchijs sunt periculosæ. Fugite non tantùm peccata, sed etiam eiusmodi studia, quæ sine peccati suspicione esse nequeunt. Meam amicitiam tutissimam & firmissimam esse putate: & hunc statum tuemini, neque ullam requirite mutationem: non ignari, fieri non posse quin per huiusmodi tumultus & urbes intereant, & priuatæ domus euertantur. Sæuitiam aut mansuetudinem, non tantùm ingenijs tribuite dominorum, sed moribus etiam populorum. Multi enim iam ob improbitatem ciuium asperiùs imperare, quàm uellent, sunt coacti. Freti estote non tam mea clementia, quàm uestra innocentia. Quo ego tutior fuero: eo uos securiores esse putate. Nam rebus

6. Delatio.
7. Felices.
8. Conspirationes.
9. Suspiciones.
10. Quies.
11. Clementia.
12. Societas.

τῶν περὶ ἐμὲ καθεστώτων, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ περὶ
ιγ. ὑπηρεσία ὑμᾶς αὐτοὺς ἕξει. Ταπεινοὺς μὲν εἶναι χρὴ πρὸς τὴν ἀρ-
χὴν τὴν ἐμὴν, ἐμμένοντας τοῖς ἤθεσι, καὶ διαφυλάτ-
τοντας τοὺς νόμους τοὺς βασιλικούς: λαμπροὺς δ' ἔν τε
ταῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως λειτουργίαις, καὶ τοῖς ὑπ' ἐμοῦ
ιδ. παιδεία προσταττομένοις. Προτρέπετε τοὺς νεωτέρους ἐπ' ἀρε-
τὴν, μὴ μόνον παραινοῦντες, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς πράξεις
ὑποδεικνύντες αὐτοῖς, ὁποίους εἶναι χρὴ τοὺς ἄνδρας
τοὺς ἀγαθούς. Διδάσκετε τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους
αὐτῶν βασιλεύεσθαι, καὶ περὶ τὴν παίδευσιν τῆς τοιαύ-
της ἀρετῆς ἐθίζετε αὐτοὺς ὡς μάλιστα διατρίβειν. ἐὰν
„ γὰρ ἄρχεσθαι μάθωσι, πολλῷ μᾶλλον ἄρχειν δυνή-
„ σονται: καὶ πιστοὶ μὲν ὄντες, καὶ δίκαιοι, μεθέξουσι τῶν
ἡμετέρων ἀγαθῶν: κακοὶ δὲ γιγνόμενοι, κινδυνεύσουσι
περὶ τῶν ὑπαρχόντων. Μέγιστον ἡγεῖσθε τοῖς παισὶ
καὶ βεβαιότατον πλοῦτον παραδώσειν, ἐὰν αὐτοῖς δύ-
νησθε τὴν ἡμετέραν εὔνοιαν καταλιπεῖν. ἀθλιωτάτους
ἡγεῖσθε καὶ δυστυχεστάτους, ὅσοι περὶ τοὺς πιστεύσαν-
ιε. ἀπιστία. τας ἄπιστοι γεγόνασιν. ἀνάγκη γὰρ τοὺς τοιούτους ἀθύ-
μως ἔχοντας, καὶ φοβουμένους ἅπαντας, καὶ μηδὲν μᾶλ-
λον πιστεύοντας τοῖς φίλοις, ἢ τοῖς ἐχθροῖς, τὸν ἐπίλοι-
πον χρόνον διάγειν. Ζηλοῦτε μὴ τοὺς πλεῖστα κεκτημέ-
νους, ἀλλὰ τοὺς μηδὲν κακὸν σφίσιν αὐτοῖς συνειδότας.
„ μετὰ γὰρ τοιαύτης ψυχῆς ἥδιον ἄν τις τὸν βίον δύναι-
ιϛ. ἀρετή. το διάγειν. Μὴ τὴν κακίαν δύνασθαι μὲν πλέον τῆς ἀ-
ρετῆς ὠφελεῖν νομίζετε, τὸ δ' ὄνομα δυσχερέστερον ἔχειν,
ἀλλ' οἵωνπερ ὀνομάτων ἕκαστα τῶν πραγμάτων τε-
τύχηκε, τοιαύτας ἡγεῖσθε καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν εἶ-
ιζ. μίμησις. ναι. Μὴ φθονεῖτε τοῖς παρ' ἐμοὶ πρωτεύουσιν, ἀλλ' ἁμιλ-
λᾶσθε, καὶ πειρᾶσθε, χρηστοὺς ὑμᾶς αὐτοὺς παρέχοντες,
ἐξισοῦ-

meis probè constitutis, eadem uestrarum quoq; rerum ratio futura est. Humiles uos esse decet erga meum imperium, ut & in institutis perseueretis, & leges regias obseruetis: splendidos uerò in publicis administrationibus, & meis mandatis obeundis. Adolescentes ad uirtutem excitate, non tantùm præcipiendo, sed in ipsis etiam actionibus eis demonstrando, quales præstantes uiros esse oporteat. Docete liberos uestros parêre imperio regio: & assuefacite eos, ut in huius uirtutis studio potissimùm uersentur. Nam ubi parêre didicerint, multo rectius imperabunt. Quòd si fideles fuerint, & probi, bonorum nostrorum participes erunt: sin improbi, suas opes in discrimen adducent. Maximas putate liberis & firmissimas opes uos tradituros, si eis nostram beneuolentiam relinquere possitis. Miserrimos iudicate, & infelicissimos, eos qui ijs fidem fregerunt, qui fidem eis habuerunt. Necesse enim est, tales in trepidatione, metuq; rerum omnium reliquam ætatem exigere: nec amicis magis credere quàm inimicis. Beatos existimate non opulentissimos, sed nullius sceleris sibi conscios. Nam qui hoc animo sunt, omne tempus ætatis sine molestia possunt degere. Ne putetis improbitatem plus, quàm uirtutem, prodesse, aut nomen tantùm odiosius habere: sed cuiusmodi appellationes singulis rebus inditæ sunt, talem etiam uim illarum esse ducite. Ne inuidete ijs, qui apud me principem locum tenent: sed contendite & enitimini, ut ob probitatem & uirtutem uestram

13. Ministeria.
14. Disciplina.
15. Perfidia.
16. Virtus.
17. Imitatio.

ἐξισοῦσθαι τοῖς προέχουσι. φιλεῖν οἴεσθε δεῖν, καὶ τιμᾶν, οὕς περ ἂν καὶ ὁ βασιλεύς· ἵνα καὶ παρ' ἐμοῦ τυγχάνητε τῶν αὐτῶν τούτων. οἷά περ παρόντος ἐμοῦ λέγετε, τοιαῦτα καὶ ἀπόντος φρονεῖτε. τὴν εὔνοιαν τὴν πρὸς ἡμᾶς, ἐν τοῖς ἔργοις ἐνδείκνυσθε μᾶλλον, ἢ τοῖς λόγοις. ἃ πάσχοντες ὑφ' ἑτέρων ὀργίζεσθε, ταῦτα τοῖς ἄλλοις μὴ ποιεῖτε. Περὶ ὧν αὖ ἐν τοῖς λόγοις κατηγορῆτε, μηδὲν τούτων ἐν τοῖς ἔργοις ἐπιτηδεύετε. Τοιαῦτα προσδοκᾶτε πράξειν, οἷα ἂν περὶ ἡμῶν διανοῆσθε. Μὴ μόνον ἐπαινεῖτε τοὺς ἀγαθούς, ἀλλὰ καὶ μιμεῖσθε. Τοὺς λόγους τοὺς ἐμούς, νόμους εἶναι νομίζετε· καὶ πειρᾶσθε τούτοις ἐμμένειν, εἰδότες, ὅτι τοῖς μάλιστα ποιοῦσιν ὑμῶν ἃ βούλομαι, τούτοις ἐξέσται ζῆν ὡς αὐτοὶ βούλονται. Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων· οἵους περ ἂν τοὺς ὑφ' ὑμῶν ἀρχομένους οἴεσθε δεῖν περὶ ὑμᾶς εἶναι, τοιούτους χρὴ περὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν ὑμᾶς γίνεσθαι. καὶ ταῦτ' ἐὰν ποιῆτε, τί δεῖ περὶ τῶν συμβησομένων μακρολογεῖν; ἢν γὰρ ἐγώ τε παρέχω τοιοῦτον ἐμαυτόν, οἷόν περ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ὁμοίως ὑπηρετῆται· ταχέως ὄψεσθε καὶ τὸν βίον τὸν ὑμέτερον αὐτῶν ἐπιδεδωκότα, καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν ηὐξημένην, καὶ τὴν πόλιν εὐδαίμονα γεγενημένην. ἄξιον μὲν οὖν, τηλικούτων ἀγαθῶν ἕνεκα μηδὲν ἐλλείπειν, ἀλλὰ καὶ πόνους καὶ κινδύνους ὁστινασοῦν ὑπενεγκεῖν. ὑμῖν δ' ἔξεστι μηδὲν ταλαιπωρηθεῖσιν, ἀλλὰ πιστοῖς μόνον καὶ δικαίοις οὖσιν, ἅπαντα ταῦτα διαπράξασθαι.

ιη. ἀλήθεια.

ιθ. μισοπονηρία.

κ. νόμος.

παράκλησις ἐκ τῶν ἑπομένων.

cum summis æquemini. Amandos & honerandos eos esse putate, quos rex magnificat, ut eadem hæc uobis etiam à me tribuantur. Qualia me præsente dicitis: talia etiam, cum absum, sentite. Vestram erga nos beneuolentiam factis magis, quàm uerbis declarate. Quæ uobis ab alijs fieri ægrè fertis, eadem alijs ipsi ne feceritis. Quæ uerbis accusatis, ea re ipsa uitate. Ita uobiscum actum iri credite, ut erga nos affecti fueritis. Non tantùm laudate bonos, sed etiam imitamini. Verba mea pro legibus habete: operamq́ date, ut eis obtemperetis: ac scitote, fore ut his qui maximè uoluntati meæ satisfacere studuerint, uiuere liceat ut ipsi uolunt. Caput uerò est omnium quæ diximus: Quales existimatis eos qui uobis parent, erga uos esse oportere: tales uos erga meum imperium esse debetis. Quæ si feceritis, quorsum attinet multa dicere, quid sit euenturum? Nam si & ego me deinceps ita gessero, ut superiori tempore: & mihi uos eodem modo inseruieritis: quamprimùm & uestras opes creuisse uidebitis, & meum imperium auctum, & ciuitatem felicem esse factam. Operæprecium igitur esset, tantis bonis propositis, omnia facere, nec labores ullos aut pericula recusare. Nunc uobis potestas datur, sine ullo negocio, si fidi modò & iusti fueritis, hæc omnia consequendi.

18. Candor.

19. Integritas.

20. Lex.

Adhortatio à consequentibus.

SE-

Η Β ΣΥΜΜΟΡΙΑ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚΗ.

ὙΠΟΘΕΣΙΣ ἹΕΡΩΝΥΜΟΥ Βολφίου εἰς τὸν Πανηγυρικὸν λόγον.

Οὗτός ἐστιν ὁ πολυθρύλλητος ἐκεῖνος λόγος, καὶ σχεδὸν κορυφαῖος ἐν τοῖς Ἰσοκράτους. ὃν οἱ μέν φασι δέκα, οἱ δὲ πεντεκαίδεκα ἔτεσιν ἐξειργασμένον, πλειονοτέρῳ δή που μήκει χρόνου ἤπερ οἱ ἐλέφαντες τίκτονται. ὅθεν δῆλόν που, ὅτι οἱ Ἕλληνες οὐκ εὐφυΐας μόνον, ἀλλὰ καὶ σχολῆς εὐπόρουν, κατὰ Κικέρωνα φησίν. ἡμεῖς δὲ (λέγω δὲ περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ τῶν ὁμοίων, οὐχὶ δὲ περὶ τῶν εἰς ἄκρον παιδείας ἐληλακότων) τοσούτου δεόμεθα τοῦ μιμήσασθαι, ὥστε μηδ' ἀποθαυμάζειν ἢ κατανοῆσαι ἱκανῶς τὸ τῶν λόγων ἔντεχνον οἷοί τ' εἶναι. μικτὸς δ' ἐστὶν ὁ λόγος ἐξ ἐγκωμίου καὶ συμβουλῆς. ὁρῶντι μὲν οὖν εἰς τὸ τέλος, ὅπερ Φάβιος δεῖν φησίν, ἤδη τὸ συμβουλευτικὸν ἂν εἶδος ἀνενεχθείη. Διονυσίῳ δὲ τῷ Ἁλικαρνασεῖ πειθόμενοι, ἐσχηματισμένον Ἀθηναίων συμβουλῆς προφάσει ἐγκώμιον ὑποληψόμεθα. τὴν δ' ὑπόθεσιν βέλτιον ἴσως αὐτοῦ Ἰσοκράτους, ἢ τοῖς ἐμαυτοῦ ῥήμασιν ἑρμηνεῦσαι. λέγει δ' οὖν ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως, ὑπὲρ τοῦ πανηγυρικοῦ ταῦτα· ὁ μὲν γὰρ λόγος ὁ μέλλων πρῶτος ὑμῖν ἐπιδειχθήσεσθαι, κατ' ἐκείνους ἐγράφη τοὺς χρόνους, ὅτε Λακεδαιμόνιοι μὲν ἦρχον τῶν Ἑλλήνων, ἡμεῖς δὲ ταπεινῶς ἐπράττομεν. ἔστι δὲ τοὺς μὲν Ἕλληνας παρακαλῶν ἐπὶ τὴν κατὰ τῶν βαρβάρων στρατείαν, Λακεδαιμονίοις δὲ περὶ τῆς ἡγεμονίας ἀμφισβητῶν. τοιαύτην δὲ τὴν ὑπόθεσιν ποιησάμενος, ἀποφαίνω τὴν πόλιν ἁπάντων τῶν ὑπαρχόντων τοῖς Ἕλλησιν ἀγαθῶν αἰτίαν γεγενημένην. ἀφορισάμενος δὲ τὸν λόγον τὸν περὶ τῶν τοιούτων εὐεργεσιῶν, καὶ βουλόμενος τὴν ἡγεμονίαν ἔτι σαφέστερον ἀποφαίνειν, ὡς τῆς πόλεώς ἐστιν, ἐντεῦθεν ποθὲν ἐπιχειρῶ διδάσκειν περὶ τούτων, ὡς τῇ πόλει τιμᾶσθαι προσήκει πολὺ μᾶλλον ἐκ τῶν περὶ τὸν πόλεμον κινδύνων, ἢ τῶν ἄλλων εὐεργεσιῶν. μετὰ ταῦθ' ὑποφέρει, ἐνθυμήθητε δὲ πρὸς ἡμᾶς αὐτούς, εἰ δοκῶ τοῖς λόγοις διαφθείρειν τοὺς νεωτέρους, ἀλλὰ μὴ προτρέπειν ἐπ' ἀρετήν, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς πόλεως κινδύνους; ἢ δικαίως ἂν δοῦναι δίκην ὑπὲρ τῶν εἰρημένων, ἀλλ' οὐκ ἂν χάριν νομίσασθαι παρ' ὑμῶν τὴν μεγίστην.

ὃς οὕτως

SECVNDA CLASSIS SVASIONVM.

ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFII in Panegyricam orationem.

HAec est celebrata illa oratio, & ferè princeps inter Isocrateas: quam alij decem, alij quindecim annis elaboratam esse putant: ampliore utique spacio temporis, quàm elephanti pariunt. Abundarunt nimirum Græci, ut Cicero scribit, non ingenijs tantùm, sed etiam ocio. Proinde nos (de me autem, & mei similibus loquor, non de doctissimis uiris) ab imitatione tantum absumus, ut ne admirari quidem, aut satis intelligere illorum eloquentiam possimus. Mixta est hæc oratio ex laudatione & suasione: sed ad suasionem, si finem spectes, ut Quintilianus docet, referenda erit: sin Dionysio Halicarnasseo credimus, per speciem suasionis laudes Atheniensium persequitur. Argumentum malo uerbis Isocratis ex oratione περὶ ἀντιδόσεως, quàm meis explicare, cum de Panegyrico sic ait: Nam oratio quæ prima uobis ostendetur, illis est scripta temporibus, cum Lacedæmonij Græcis imperarent, nostræ uerò opes tenues essent. Hortatur autem Græcos ad expeditionem contra Barbaros suscipiendam, & cum Lacedæmonijs de principatu cõtendit. Hoc igitur argumento ad tractandum suscepto, quicquid Græcia bonorum habeat, id nostræ urbi acceptum esse referendum ostendo. Quò autem euidentius principatum nostræ urbis esse demonstrarem, disputatione de illis beneficijs seorsim instituta, ad hunc ferè modum sum exorsus: Reipublicæ nostræ propter bellica pericula plus etiam honoris, quàm ob cætera merita deberi. Deinde rebus Atheniẽsium bello præclarè gestis, splendida oratione exornatis, ad Iudices conuersus: Cogitate, inquit, cum animis uestris, corrumperéne adolescentes uidear, an uerò ad uirtutem, & subeunda pro Rep. pericula adhortari? Aequiúsne sit ob hanc mihi orationẽ mulctam irrogari, an potius maximam à uobis gratiam referri? qui

δε οὕτως ἐγκεκωμίακε καὶ τὴν πόλιν, καὶ τοὺς προγόνους, καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις γεγενημένους, ὥστε τούς τε πρότερον γράψαντας περὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἅπαντας ἠφανικέναι τοὺς λόγους, αἰσχυνομένους ὑπὲρ τῶν εἰρημένων αὐτοῖς· τούς τε νῦν δοκοῦντας εἶναι δεινούς, μὴ τολμᾶν ἔτι λέγειν περὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ καταμέμφεσθαι τὴν δύναμιν τὴν σφετέραν αὐτῶν. καὶ μέχρι μὲν τοσούτων ἰσοκράτης, ὁ τὴν μὲν αὐτὴν ταύτην ὑπόθεσιν τὴν περὶ τοῦ πολεμεῖν τοῖς βαρβάροις, ἐν τῷ πρὸς φίλιππον ἀναλαβών, τὴν δὲ τῶν τε Ἀθηναίων καὶ τῶν Λακεδαιμονίων ἀντεξέτασιν ἐν τῷ παναθηναϊκῷ διὰ πλειόνων ἐκθέμενος, προκρινόμενος φαίνεται τὸν ἀνυπέρβλητον τουτονὶ δοκοῦντα λόγον ὑπερβάλλειν, καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ γράφεσθαι κρείττων.

ἸΣΟΚΡΑ'ΤΟΥΣ ΠΑΝΗγυρικὸς, λόγος ά.

προσοχὴ κατὰ σύγκρισιν καὶ προκατάληψιν, καὶ μεγαλόφρονα περιαυτολογίαν.



Ολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων, ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων εὐεξίας οὕτω μεγάλων δωρεῶν ἠξίωσαν, τοῖς δ' ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἰδίᾳ πονήσασι, καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς οὕτω παρασκευάσασιν, ὥς τε καὶ τοὺς ἄλλους ὠφελεῖν δύνασθαι, τούτοις οὐδὲ μίαν τιμὴν ἀπένειμαν, ὧν εἰκὸς ἦν αὐτοὺς μᾶλλον ποιήσασθαι πρόνοιαν. τῶν μὲν γὰρ ἀθλητῶν, δὶς τοσαύτην ῥώμην λαβόντων, οὐδὲν ἂν
,, πλέον γένοιτο τοῖς ἄλλοις. ἑνὸς δ' ἀνδρὸς εὖ φρονήσαν-
,, τος, ἅπαντες ἂν ἀπολαύσειαν, οἱ βουλόμενοι κοινω-
,, νεῖν τῆς ἐκείνου διανοίας. Οὐ μὴν ἐπὶ τούτοις ἀθυμήσας, εἱλόμην ῥαθυμεῖν, ἀλλ' ἱκανὸν νομίσας ἆθλον ἔσεσθαί μοι τὴν δόξαν, τὴν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου γενησομένην, ἥκω συμβουλεύσων περί τε τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ τῆς ὁμονοίας τῆς πρὸς

ἡμᾶς

qui tantis laudibus tum urbem nostram, tum maiores, tum præclara illorum temporum facinora extulerim, ut & ij qui prius idem argumentum tractarant, eorum pudore quæ dixerant, omnes suas orationes aboleuerint: & qui etiam hodie inter eloquentes habentur, hisce de rebus, diffisi ingenijs suis, nihil amplius dicere audeant. Hactenus Isocrates: qui quidem hoc idem argumentum de bello Barbaris inferendo, in oratione Philippica repetiuit: Atheniensium uerò & Lacedæmoniorum collationem in Panathenaico uberiùs explicauit: ut laudatissimam hanc orationem superare, & ipse ueluti secum uoluisse certare uideatur.

PANEGYRICVS, ORATIO PRIMA.

SAepè mirari soleo, quid in mentem ijs uenerit, qui celebritates has congregarunt, & ludos gymnicos instituerunt, ut corporum uiribus tanta præmia proponerēt: eos uerò qui Reipublicæ studio priuatos labores cepissent, & animis ita se parassent, ut alijs quoq; prodesse possent, nullo prorsus honore dignarentur: quorum eos rationem potiùs habere decuisset. Nam etsi pugilum robur conduplicaretur: nullus tamen ex eo fructus rediret ad cæteros. Vnius autem uiri prudentia fruuntur omnes, qui eius consilijs parēre uoluerunt. Neque tamen hæc mihi desperationem attulerunt, ut socordiæ me dederem: sed cum gloriam ex ipsa oratione capiendam satis mihi magnum fore præmium existimem, consilium daturus adsum, cùm de bello Barbaris inferēdo, tum de concordia inter

Attentio, per collationem, & occupationem, & magnificam sui prædicationem.

nos

ἡμᾶς αὐτοῦ: οὐκ ἀγνοῶν, ὅτι πολλοὶ τῶν προσποιη-
σαμένων εἶναι σοφιστῶν, ἐπὶ τοῦτον τὸν λόγον ὥρμη-
σαν: ἀλλ' ἅμα μὲν ἐλπίζων, τοσοῦτον αὐτῶν διοίσειν,
ὥς τε τοῖς ἄλλοις μηδὲν πώποτε δοκεῖν εἰρῆσθαι περὶ
» αὐτῶν: ἅμα δὲ προκρίνας τούτους καλλίστους εἶναι
» τῶν λόγων, οἵτινες περὶ μεγίστων τυγχάνουσιν ὄντες,
» καὶ τούς τε λέγοντας μάλιστα ἐπιδεικνύουσι, καὶ τοὺς
» ἀκούοντας πλεῖστα ὠφελοῦσιν, ὧν εἷς οὗτός ἐστιν. ἔ-
πειτα οὐδ' οἱ καιροί πω παρεληλύθασιν, ὥστ' ἤδη
» μάτην εἶναι τὸ μεμνῆσθαι περὶ αὐτῶν. τότε γὰρ χρὴ
» παύεσθαι λέγοντας, ὅταν ἢ τὰ πράγματα λάβῃ
» τέλος, καὶ μηκέτι δέῃ βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν, ἢ
» τὸν λόγον ἴδῃ τις ἔχοντα πέρας, ὥστε μηδεμίαν
» λελεῖφθαι τοῖς ἄλλοις ὑπερβολήν. ἕως δ' ἂν τὰ
μὲν ὁμοίως ὥσπερ πρότερον φέρηται, τὰ δ' εἰρημένα
φαύλως ἔχοντα τυγχάνῃ, πῶς οὐ χρὴ σκοπεῖν καὶ
φιλοσοφεῖν τοῦτον τὸν λόγον, ὃς, ἢν κατορθωθῇ, καὶ
τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῆς ταραχῆς τῆς
παρούσης, καὶ τῶν μεγίστων κακῶν ἡμᾶς ἀπαλλάξει;
πρὸς δὲ τούτοις, εἰ μὲν μηδαμῶς ἄλλως οἷόν τ' ἦν
δηλοῦν τὰς αὐτὰς πράξεις, ἀλλ' ἢ διὰ μιᾶς ἰδέας,
εἶχεν ἄν τις ὑπολαβεῖν, ὡς περίεργόν ἐστι, τὸν αὐ-
τὸν τρόπον ἐκείνοις λέγοντα, πάλιν ἐνοχλεῖν τοῖς ἀ-
» κούουσιν. ἐπειδὴ δ' οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύ-
» σιν, ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξη-
» γήσασθαι, καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς
» μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι, καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς
» διεξελθεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως
» εἰπεῖν: οὐκ ἔτι φευκτέον ταῦτ' ἐστί, περὶ ὧν ἕτεροι πρό-
» τερον εἰρήκασιν: ἀλλ' ἄμεινον ἐκείνων εἰπεῖν πειρα-

τέον.

nos ipsos constituenda. Etsi autem non ignoro, multos qui sophistarum sibi nomen arrogarunt, cupidè hoc argumentum arripuisse: tamen, cùm cæteros tanto interuallo me superaturum confido, ut illi nihil unquam dixisse de hoc negocio uideantur: tùm eas orationes pulcherrimas esse censeo, quæ & maximis de reb. agunt, & oratorum ingenia maximè demonstrant, & utilißimæ sunt audientibus: quarum de numero hæc est. Deinde harum quoque rerũ tempora nondum præterierunt, ut eas oratione renouari superuacaneum sit. Tum enim demũ dicendi finis est faciendus, cùm aut res ipsæ peractæ sunt, neque iam in deliberationem cadunt: aut cùm oratio sic elaborata est, ut ad eius excellentiam nihil ab ullo addi posse uideatur. Sed quandiu neque rerum status emendatus est, & prius habitæ orationes parũ probantur: de tali oratione exquirenda nónne meditandum, & sedulò cogitandũ est? quæ, si prosperè successerit, & intestinis bellis, & his tumultibus, malisque maximis nos liberare poßit. Præterea si alio modo ijsdem de rebus nulla ratione dicere liceret: superuacaneum iudicari posset, iterata eiusdem argumenti non dißimili tractatione, obtundere auditores. Cùm autem ea sit natura sermonis, ut res
" eædẽ uariè poßint explicari, dicendoque tum magna
" deprimi, tum exaggerari parua, tum uetera noua
" ratione dici: tum ijs quæ recens acta sunt, quædam
" uetustatis opinio conciliari queat: non utique ea
" fugienda sunt, de quibus alij prius egerunt: sed
" opera danda est, ut eos orationis bonitate superemus:

h

» τέον. αἱ μὲν γὰρ πράξεις αἱ προγεγενημέναι, κοιναὶ
» πᾶσιν ἡμῖν κατελείφθησαν. τὸ δ' ἐν καιρῷ ταύταις κα-
» ταχρήσασθαι, καὶ τὰ προσήκοντα περὶ ἑκάστης ἐνθυμη-
» θῆναι, καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαθέσθαι, τῶν εὖ φρονούν-
των ἴδιόν ἐστιν. ἡγοῦμαι δ' οὕτως ἂν μεγίστην ἐπίδοσιν
λαμβάνειν, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας, καὶ τὴν περὶ τοὺς λό-
γους φιλοσοφίαν, εἴ τις τιμῴη καὶ θαυμάζοι, μὴ τοὺς
πρώτους τῶν λόγων ἀρχομένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστα
αὐτῶν ἕκαστον ἐξεργαζομένους: μηδὲ τοὺς περὶ τούτων
ζητοῦντάς τι λέγειν, περὶ ὧν μηδεὶς πρότερον εἴρηκεν:
ἀλλὰ τοὺς οὕτως ἐπισταμένους εἰπεῖν, ὡς οὐδεὶς ἂν ἄλ-
λος δύναιτο. καίτοι τινὲς ἐπιτιμῶσι τῶν λόγων τοῖς
ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας ἔχουσι, καὶ λίαν ἀπηκριβωμένοις:
καὶ τοσοῦτον διημαρτήκασιν, ὥστε τοὺς πρὸς ὑπερβολὴν
πεπονημένους, πρὸς τοὺς ἀγῶνας τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμ-
βολαίων σκοποῦσιν: ὥσπερ ὁμοίως ἀμφοτέρους δέον
ἔχειν, ἀλλ' οὐ τοὺς μὲν ἀσφαλῶς, τοὺς δ' ἐπιδεικτικῶς:
ἢ σφᾶς μὲν διορῶντας τὰς μετριότητας, τὸν δ' ἀκρι-
βῶς ἐπιστάμενον λέγειν, ἁπλῶς οὐκ ἂν μὴ δυνάμενον
» εἰπεῖν. οὗτοι μὲν οὖν οὐ λελήθασιν, ὅτι τούτους ἐπαινοῦσιν,
» ὧν ἐγγὺς αὐτοὶ τυγχάνουσιν ὄντες. ἐμοὶ δ' οὐδὲν πρὸς
τοὺς τοιούτους ἐστὶν, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους, τοὺς οὐδὲν ἀποδε-
ξομένους εἰκῇ τῶν λεγομένων, ἀλλὰ δυσχερανοῦντας, καὶ ζη-
τήσοντας ἰδεῖν τι τοιοῦτον ἐν τοῖς ἐμοῖς λόγοις, ὃ παρὰ
τοῖς ἄλλοις οὐχ εὑρήσουσι: πρὸς οὓς ἔτι μικρὸν ὑπὲρ ἐμαυ-
τοῦ θρασυνάμενος, ἤδη περὶ τοῦ πράγματος ποιήσομαι κα
τοὺς λόγους. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ἐν τοῖς προοιμίοις ὁρῶ κα-
ταπραΰνοντας τοὺς ἀκροατὰς, καὶ προφασιζομένους ὑπὲρ
τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι, καὶ λέγοντας, τοὺς μὲν, ὡς ἐξ ὑπο-
γύου

mus: Res enim olim gestæ, ex æquo nobis omnibus sunt relictæ: eas uerò in tempore proferre, & argumentis idoneis cõfirmare, & uerbis illustrare, prudentium hominum peculiare munus est. Sic autem existimo, cùm cæteras artes, tùm eloquentiæ studiũ maximè auctum iri, si honorati atq; in admiratione sint, non ij à quibus primis sit initium dicendi profectum: sed hi, qui singulas orationum partes optimè perfecerint. neq; illi qui de rebus à nemine prius tractatis dicere instituerint: sed qui sic uerba fecerint, ut nemo alius eodem modo possit. Enimuerò sunt qui uituperent orationes, quæ uulgi captũ excedunt, & exquisitiùs elaboratæ sunt: ac tanto in errore uersantur, ut summo studio perpolitas, cum priuatorum contractuum causis conferant: quasi uerò eadem utrarumque ratio esse debeat: & non alteræ ad uictoriam, alteræ ad ostentationem sint comparatæ? Aut mediocritatem ipsi perspiciant: is uerò qui accuratè potest dicere, non simpliciter etiam dicere possit? Ac istos quidem non obscurum est, eos duntaxat laudare, à quibus ipsi propè absunt. Mihi autem cum isto hominum genere rei nihil est: eos uolo, qui nullum uerbum temerè probent; sed & morosè iudicent, & tale aliquid in meis orationibus requirant, quod apud alios non sint inuenturi: Ad eos igitur ubi me paulùm etiam iactaro, statim de re ipsa dicere aggrediar. Equidem alios in exordijs auditores sibi conciliare uideo; & excusare ea quæ dicenda sunt, uel quòd non spacij satis

γέγονεν αὐτοῖς ἡ παρασκευή, τοῦ δὲ, ὡς χαλεπόν ἐστιν ἴσους τῷ μεγέθει λόγους τῶν ἔργων ἐξευρεῖν. Ἐγὼ δ' ἢν μὴ καὶ τοῦ πράγματος ἀξίως εἴπω, καὶ τῆς δόξης τῆς ἐμαυτοῦ, καὶ τοῦ χρόνου, μὴ μόνον τοῦ περὶ τὸν λόγον ἡμῖν διατριφθέντος, ἀλλὰ καὶ σύμπαντος οὗ βεβίωκα: παρακελεύομαι μηδεμίαν μοι συγγνώμην ἔχειν, ἀλλὰ καταγελᾶν καὶ καταφρονεῖν. οὐδὲν γὰρ ὅ, τι τῶν τοιούτων οὐκ ἄξιός εἰμι πάσχειν, εἴπερ μηδὲν τῶν ἄλλων διαφέρων, οὕτω μεγάλας τὰς ὑποσχέσεις ποιοῦμαι. περὶ μὲν οὖν τῶν ἰδίων, ταῦτά μοι προειρήσθω. Περὶ δὲ τῶν κοινῶν, ὅσοι μὲν εὐθὺς ἐπελθόντες διδάσκουσιν, ὡς χρὴ διαλυσαμένους τὰς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἔχθρας, ἐπὶ τὸν βάρβαρον τραπέσθαι, καὶ διεξέρχονται τάς τε συμφορὰς τὰς ἐκ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν γεγενημένας, καὶ τὰς ὠφελείας τὰς ἐκ τῆς στρατείας τῆς ἐπ' ἐκεῖνον ἐσομένας, ἀληθῆ μὲν λέγουσιν, οὐ μὴν ἐντεῦθέν γε ποιοῦνται τὴν ἀρχὴν, ὅθεν ἂν μάλιστα συστῆσαι ταῦτα δυνηθεῖεν. τῶν γὰρ ἑλλήνων οἱ μὲν ἐφ' ἡμῖν, οἱ δ' ὑπὸ Λακεδαιμονίοις εἰσίν. αἱ γὰρ πολιτεῖαι, δι' ὧν οἰκοῦσι τὰς πόλεις, οὕτω τοὺς πλείστους αὐτῶν διειλήφασιν. ὅστις οὖν οἴεται, τοὺς ἄλλους κοινῇ τι πράξειν ἀγαθὸν, πρὶν ἂν τοὺς προεστῶτας αὐτῶν διαλλάξῃ, λίαν ἁπλῶς ἔχει, καὶ πόρρω τῶν πραγμάτων ἐστίν: ἀλλὰ δεῖ τὸν μὴ μόνον ἐπίδειξιν ποιουμένους, ἀλλὰ καὶ διαπράξασθαί τι βουλομένους, ἐκείνους τοὺς λόγους ζητεῖν, οἵτινες τὰς πόλεις ταύτας πείσουσιν ἰσομοιρῆσαι πρὸς ἀλλήλας, καὶ τάς θ' ἡγεμονίας διελέσθαι, καὶ τὰς πλεονεξίας, ἃς νῦν παρὰ τῶν ἑλλήνων ἐπιθυμοῦσιν αὐτοῖς γίγνεσθαι, ταύτας παρὰ τῶν βαρβάρων ποιήσασθαι. τὴν μὲν οὖν ἡμετέραν

μερισμὸς τοῦ λόγου, μετ' ἐπιτιμήσεως τοῖς προειποῦσι, καὶ συστάσεως τῶν ἀθηναίων.

πόλιν

datum sibi fuerit ad meditandum: uel quòd difficile sit, eam afferre orationem, quæ rerum magnitudini respondeat. Ego uerò, nisi & pro dignitate rei dixero, & sicut & existimatio mea, & tempus non modò in hac oratione scribenda consumptum, sed & totius meæ uitæ postulat: hortor, ne quisquam mihi det ueniam, sed ut me derideant & contemnant omnes. Nihil enim horum est, quod non iure mihi euenturum sit: qui nihilo præstantior alijs, adeò magnifica promittam. Ac de me quidem hæc uolui præfari. De republica uerò, qui, cùm primùm huc prodierunt, abolitis odijs & inimicitijs, belli aciem contra Barbarum dirigendam docent, & clades ex intestinis bellis acceptas commemorant, fructus item illius expeditionis: uera quidem dicunt, sed non inde ordiuntur, unde confici potissimùm illa possint. Nam ita se res habet: Græcorum alij nos colunt, alij Lacedæmonijs parent. Etenim rerum publicarum formæ, quibus in suis quique ciuitatibus utuntur, sic plerosque distinxerunt. Quisquis igitur se publicè de cæteris benè meriturum putat, priusquam eorum principes reconciliarit: is parum rectè sentit, & longè abest à rei ueritate. Qui autem non tantùm ingenij famam aucupantur, sed etiam aliquid perficere cupiunt, eas quærant rationes necesse est, quibus hæ urbes adducantur, ut & pari æquoque iure inter sese uiuant, & principatus diuidant: & quæ lucra nunc à Græcis auferre student, à Barbaris petant. Ac nostræ quidem

Diuisio orationis: & eorum qui idẽ argumentũ tractarunt, reprehẽsio, cũ cõmendatione Atheniensiũ.

πόλιν, ῥᾴδιον ἐπὶ ταῦτα προαγαγεῖν· Λακεδαιμόνιοι δὲ νῦν μὲν ἔτι δυσπειστῶς ἔχουσι. παρειλήφασι γὰρ ψευδῆ λόγον, ὡς ἐστιν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι πάτριον. ἢν δ' ἐπιδείξῃ τις αὐτοῖς ταύτην τὴν τιμὴν ἡμετέραν οὖσαν μᾶλλον ἢ ἐκείνων, τάχ' ἂν ἐάσαντες τὸ διακριβοῦσθαι περὶ τούτων, ἐπὶ τὸ συμφέρον ἔλθοιεν. ἐχρῆν μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους ἐντεῦθεν ἄρχεσθαι, καὶ μὴ πρότερον περὶ τῶν ὁμολογουμένων συμβουλεύειν, πρὶν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἡμᾶς ἀπαλλάξαι. ἐμοὶ δ' οὖν ἀμφοτέρων ἕνεκα προσήκει περὶ ταῦτα ποιήσασθαι τὴν πλείστην διατριβήν. μάλιστα μὲν, ἵνα προὔργου τι γένηται, καὶ παυσάμενοι τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς φιλονεικίας κοινῇ τοῖς βαρβάροις πολεμήσωμεν. εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν ἀδύνατον, ἵνα δηλώσω τοὺς ἐμποδὼν ὄντας τῇ τῶν ἑλλήνων εὐδαιμονίᾳ· καὶ πᾶσι γένηται φανερὸν, ὅτι καὶ πρότερον ἡ πόλις ἡμῶν δικαίως τῆς θαλάττης ἦρξε, καὶ νῦν οὐκ ἀδίκως ἀμφισβητεῖ περὶ τῆς ἡγεμονίας. τοῦτο μὲν γὰρ, εἰ δεῖ τούτους ἐφ' ἑκάστῳ τιμᾶσθαι τῶν ἔργων, τοὺς ἐμπειροτάτους ὄντας, καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντας, ἀναμφισβητήτως ἡμῖν προσήκει τὴν ἡγεμονίαν ἀπολαβεῖν, ἣν πρότερον ἐτυγχάνομεν ἔχοντες. οὐδεὶς γὰρ ἂν ἑτέραν πόλιν ἐπιδείξειε, τοσοῦτον ἐν τῷ πολέμῳ τῷ κατὰ γῆν ὑπερέχουσαν, ὅσον τὴν ἡμετέραν ἐν τοῖς κινδύνοις τοῖς κατὰ θάλατταν διαφέρουσαν. τοῦτο δὲ, εἴ τινες ταύτην μὲν μὴ νομίζωσι δικαίαν εἶναι τὴν κρίσιν, ἀλλὰ πολλὰς τὰς μεταβολὰς γίνεσθαι (τὰς γὰρ δυναστείας οὐδέποτε τοῖς αὐτοῖς παραμένειν) ἀξιοῦσι δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἔχειν ὥσπερ
„ ἄλλο τι γέρας, ἢ τοὺς πρώτους τυχόντας ταύτης τῆς τι-
„ μῆς, ἢ τοὺς πλείστων ἀγαθῶν αἰτίους τοῖς ἕλλησιν ὄντας,

ἡγοῦ-

τὸ α. μέρος τοῦ λόγου, τῇ μὲν δικαιολογικὸν, ὅτι ἡ τῆς θαλάττης ἀρχὴ τῶν ἀθηναίων δικαία· τῇ δ' ἐγκωμιαστικὸν, ἔκ τε τῆς ἐμπειρίας, καὶ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς ἀρχαιότητος, καὶ τῆς εἰς τοὺς ἕλληνας εὐεργεσιῶν.

urbi hæc facilè persuaderi poterunt: Lacedæmonij autem pertinaciores adhuc sunt, falsa nimirum persuasione imbuti, patrium sibi esse belli temporibus imperium. Si uerò demonstratum illis fuerit, hunc honorem ad nos pertinere potius quàm ad ipsos: omissa fortaßis accuratiore hisce de rebus disputatione, ad id quod expediet, conuertentur. Rectè igitur etiam alij hinc exorsi, non priùs ea quæ in confesso sunt, suadere debuissent, quàm illa diligenter explicassent, de quibus inter nos omnis est controuersia. Me uerò utraque de causa potißimùm in his immorari decet, tum ut aliquid proficiatur, omissaq́ hac inter nos concertatione, bellum communi consilio Barbaris inferatur: tùm, si hoc perfici fortè nequeat, ut eos demonstrem, qui felicitati Græcorum obstant: utque omnes perspiciant, nostram ciuitatem & antehac iurè maris imperium tenuisse, & nunc non iniuria principatum sibi uendicare. Nam siue hi propter quælibet honorandi sunt, qui maximum rerum usum, summamq́ potentiam habent: sine controuersia nobis principatus, quem antea tenuimus, est restituendus. Nemo enim ullam urbem ostendet, quæ terrestri bello tantum ualeat, quantum nostra naualibus pugnis excellit. Siue aliqui iudicium hoc iniquum dicunt esse (multas enim fieri mutationes, neque principatus unquam apud eosdem permanere) & contendunt, uel ijs qui hunc honorem primi adepti sint, uel ijs qui beneficia plurima in Græcos contulerint,

Prior orationis pars, qua docet, maris imperiũ esse Atheniensiũ: partim disceptatione constãs, partim laudatione à potentia, peritia, antiquitate, beneficentia in Græcos.

33 ἡγεῖσθαι καὶ τούτους γ' εἶναι μεθ' ἡμῶν. ὅσῳ γὰρ ἄν τις πορρωτέρω σκοπῇ περὶ τούτων ἀμφοτέρων, τοσούτῳ πλεῖον ἀπολείψομεν τοὺς ἀμφισβητοῦντας περὶ αὐτῶν. ὁμολογεῖται μὲν γὰρ τὴν πόλιν ἡμῶν ἀρχαιοτάτην εἶναι, καὶ μεγίστην, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὀνομαστοτάτην. οὕτω δὲ καλλίστης ὑποθέσεως οὔσης, ἐπὶ τοῖς ἐχομένοις τούτων, ἔτι μᾶλλον ἡμᾶς προσήκει τιμᾶσθαι. ταύτην γὰρ οἰκοῦμεν, οὐχ ἑτέρους ἐκβαλόντες, οὐδ' ἐρήμην καταλαβόντες, οὐδ' ἐκ πολλῶν ἐθνῶν μιγάδες συλλεγέντες: ἀλλ' οὕτω καλῶς καὶ γνησίως γεγόναμεν, ὥστ' ἐξ ἧσπερ ἔφυμεν, ταύτην ἔχοντες ἅπαντα τὸν χρόνον διατελοῦμεν, αὐτόχθονες ὄντες: καὶ τοῖς ὀνόμασι τοῖς αὐτοῖς οἷσπερ τοὺς οἰκειοτάτους, τὴν πόλιν ἔχοντες προσειπεῖν. μόνοις γὰρ ἡμῖν τῶν ἑλλήνων τὴν αὐτὴν τροφὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέσαι προσήκει. καί τοι χρὴ τοὺς εὐλόγως μέγα φρονοῦντας, καὶ περὶ τῆς ἡγεμονίας δικαίως ἀμφισβητοῦντας, καὶ τῶν πατρίων πολλάκις μεμνημένους, τοιαύτην τὴν ἀρχὴν τοῦ γένους ἔχοντας φαίνεσθαι. τὰ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ὑπάρξαντα, καὶ παρὰ τῆς τύχης δωρηθέντα, τηλικαῦτα ἡμῖν τὸ μέγεθός ἐστιν. ὅσων δὲ τοῖς ἄλλοις ἀγαθῶν αἴτιοι γεγόναμεν, οὕτως ἂν κάλλιστα ἐξετάσαιμεν, εἰ τόν τε χρόνον ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τὰς πράξεις τὰς τῆς πόλεως ἐφεξῆς διέλθοιμεν. εὑρήσομεν γὰρ αὐτὴν οὐ μόνον τῶν πρὸς τὸν πόλεμον κινδύνων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς, ἐν ᾗ κατοικοῦμεν, καὶ μεθ' ἧς πολιτευόμεθα, καὶ δι' ἣν ζῆν δυνάμεθα, σχεδὸν ἁπάσης αἰτίαν οὖσαν. ἀνάγκη δὲ προαιρεῖσθαι τῶν εὐεργεσιῶν, μὴ τὰς διὰ μικρότητα διαλαθούσας, καὶ κατασιωπηθείσας, ἀλλὰ τὰς διὰ τὸ μέγεθος ὑπὸ πάντων

ἀνθρώ-

illum, ut aliud præmium esse deferendũ: illos etiam nobiscũ facere arbitror. Nam quò in his utrisq; considerãdis longius processeris: eò longiore interuallo uincemus eos, qui hisce de rebus ambigũt. Constat enim nostrã urbẽ & antiquißimã esse, et maximã, & apud omnes homines celeberrimã. Etsi aũt hoc pulcherrimo fundamento nitimur: ob ea tamẽ quæ sequũtur, plus etiã honoris nobis est habẽdũ. In hac enim terra sic habitamus, ut nec alios pepulerimus, nec uacuam occupauerimus, nec ex multis gentibus permisti, sed adeò honestè liberaliterq; nati simus: (nã indigenæ sumus) ut quæ nos produxit, eã perpetuò tenuerimus, ijsdemq; nominibus, quib. coniũctißimos appellare poßimus. Solis enim nobis ex omnib. Græcis eandẽ & nutricẽ, et patriã, et matrẽ uocare datũ est Deorũ cõcessu & munere. Decet aũt eos q suæ magnanimitatis causam habẽt, et iure de principatu cõtendũt, patrijq; iuris mentionẽ sæpe faciũt, tale sui generis primordiũ proferre posse. Quæ igitur à primo nobis ortu cõtigerũt, atq; fortuna donata sunt, eorũ tãta magnitudo est. In alios aũt quã ta beneficia cõtulerimus, ita pulcherrimè inuestigabimus, si et prima tẽpora, et Reipublicæ nostræ facta ordine recẽsuerimus. Eã enim nõ tantùm reb. bello gestis excelluisse, sed et cæterarũ copiarũ, quib. fruimur, inq; Republica utimur, & uitã tuemur, ferè omniũ fuisse causam reperiemus. Ea uerò beneficia potißimùm proferre necesse est, nõ quæ ob tenuitatẽ ignorata, silentioq; tecta iacuerunt: sed quæ propter magnitudinem & olim & nunc, & ubiq; omnium

καρπῶν δόσις, καὶ ἡ ἐν Ἐλευσῖνι τελετή.

ἀνθρώπων, καὶ πάλαι καὶ νῦν πανταχοῦ καὶ λεγομένας καὶ μνημονευομένας. Πρῶτον μὲν οὖν, οὗ πρῶτον ἡ φύσις ἡμῶν ἐδεήθη, διὰ τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας ἐπορίσθη. καὶ γὰρ εἰ μυθώδης ὁ λόγος γέγονεν, ὅμως αὐτὸν καὶ νῦν ῥηθῆναι προσήκει. Δήμητρος γὰρ ἀφικνουμένης εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὅτε ἐπλανήθη, τῆς κόρης ἁρπασθείσης, καὶ πρὸς τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους εὐμενῶς διατεθείσης ἐκ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς οὐχ οἷόν τ' ἄλλοις ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκούειν, καὶ δούσης δωρεὰς διττὰς, αἵπερ μέγισται τυγχάνουσιν οὖσαι, τούς τε καρποὺς, οἳ τοῦ μὴ θηριωδῶς ζῆν ἡμᾶς αἴτιοι γεγόνασι, καὶ τὴν τελετὴν, ἧς οἱ μετέχοντες περί τε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσιν: οὕτως ἡ πόλις ἡμῶν, οὐ μόνον θεοφιλῶς, ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπως ἔσχεν, ὥστε κυρία γενομένη τοιούτων ἀγαθῶν, οὐκ ἐφθόνησε τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ὧν ἔλαβεν, ἅπασι μετέδωκε. καὶ τὰ μὲν ἔτι καὶ νῦν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν δείκνυμεν: τῶν δὲ συλλήβδην τὰς εὐεργεσίας, καὶ τὰς χρείας, καὶ τὰς ὠφελείας, τὰς δι' αὐτῶν γιγνομένας ἐδιδάξαμεν. καὶ τούτοις ἀπιστεῖν, μικρὸν ἔτι ἡμῶν προσθέντων, οὐδεὶς ἂν ἀξιώσειεν. Πρῶτον μὲν γὰρ, ἐξ ὧν ἄν τις καταφρονήσειε τῶν λεγομένων, ὡς ἀρχαίων ὄντων, ἐκ τῶν αὐτῶν τούτων εἰκότως ἂν καὶ τὰς πράξεις γεγενῆσθαι νομίσειεν. διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς εἰρηκέναι, καὶ πάντας ἀκηκοέναι: προσήκει μὴ καινὰ μὲν, πιστὰ δὲ δοκεῖν εἶναι τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν. ἔπειτα οὐ μόνον ἐνταῦθα καταφυγεῖν ἔχομεν, ὅτι τὸν λόγον καὶ τὴν φήμην ἐκ πολλοῦ παρειλήφαμεν, ἀλλὰ καὶ σημείοις μείζοσιν ἢ τούτοις ἐστὶν ἡμῖν χρήσασθαι περὶ αὐτῶν. αἱ μὲν γὰρ πλεῖσται τῶν πόλεων, ὑπο-

μνήμα

mortalium & sermonibus, & recordatione celebrantur. Ac primùm id, quo natura nostra primùm indiguit, per nostram urbem est comparatum. Etsi enim commemoratio hæc fabulosa uideri cœpit: hoc tamen tempore non est omittenda. Nam cùm Ceres, post raptam Proserpinam, erroribus acta, in regionem nostram peruenisset: nostrisq; maioribus, ob accepta beneficia, quæ non nisi initiatis audire fas est, benè cupiens, amplissima duo munera largita esset: fruges, quæ in causa fuerunt, ne more belluarum uiueremus: & arcana illa sacra, quibus initiati qui sunt, hi & de uitæ exitu, & uniuerso æuo spem habent meliorem: adeò non tantùm accepta dijs, sed & in homines benigna fuit nostra urbs, ut nemini tanta bona inuideret: sed quæ acceperat, omnibus impertiret. Et hæc quidem etiam nunc quotannis ostendimus: illarum autem beneficia omnia, utendiq; rationem, & utilitates inde capiendas, edocuimus. Quibus fidem abrogare qui uelit, si pauca modò addiderimus, erit nemo. Primùm enim, si quis ea, quæ diximus, propterea contempserit, quod antiqua sint: ob idipsum ea facta esse iurè existimauerit. Nam quòd ea & multi dixerunt, & omnes audiuerunt: non quidem noua, sed fide digna sunt habenda. Deinde non huc tantùm confugere nobis licet: quòd sermonem & famam hanc iam olim acceperimus: sed maioribus etiam quàm hæc sunt, uti possumus argumentis. Nam pleræque urbes, in ueteris

Frugum inuentio, & Eleusinia initia.

μνήματα τῆς παλαιᾶς εὐεργεσίας, ἀπαρχὰς τοῦ σίτου καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὡς ἡμᾶς ἀποπέμπουσι: ταῖς δ' ἐκλειπούσαις, πολλάκις ἡ Πυθία προσέταξεν ἀποφέρειν τὰ μέρη τῶν καρπῶν, καὶ ποιεῖν πρὸς τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν τὰ πάτρια. καίτοι περὶ τίνων χρὴ μάλιστα πιστεύειν, ἢ περὶ ὧν ὅ, τε θεὸς ἀναιρεῖ, καὶ πολλοῖς τῶν ἑλλήνων συνδοκεῖ, καὶ τά τε πάλαι ῥηθέντα τοῖς παροῦσιν ἔργοις συμμαρτυρεῖ, καὶ τὰ νῦν γιγνόμενα τοῖς ὑπ' ἐκείνων εἰρημένοις ὁμολογεῖ; χωρὶς δὲ τούτων, ἐὰν ἅπαντα ταῦτα ἐάσαντες, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς σκοπῶμεν, » εὑρήσομεν, ὅτι τὸν βίον οἱ πρῶτοι φανέντες » ἐπὶ γῆς, οὐκ εὐθὺς οὕτως ὥσπερ νῦν ἔχοντα κατέλα- » βον, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν αὐτοῖς συνεπορίσαντο. τίνας » οὖν χρὴ μᾶλλον νομίζειν, ἢ δωρεὰν παρὰ τῶν θεῶν » λαβεῖν, ἢ ζητοῦντας αὐτοὺς ἐντυχεῖν; οὐ τοὺς ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένους, καὶ πρώτους γενομένους, καὶ πρός τε τὰς τέχνας εὐφυεστάτους ὄντας, καὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν εὐσεβέστατα διακειμένους; καὶ μὴν ὅσης προσήκει τιμῆς τυγχάνειν τοὺς τηλικούτων ἀγαθῶν αἰτίους, πάρεργον διδάσκειν. οὐδεὶς γὰρ ἂν δύναιτο δωρεὰς τοσαύτης τὸ μέγεθος εὑρεῖν: ἥτις ἴση τοῖς πεπραγμένοις ἐστί. περὶ μὲν οὖν τοῦ μεγίστου τῶν εὐεργετημάτων, καὶ πρώτου γενομένου, καὶ πᾶσι κοινοτάτου, ταῦτ' ἔχομεν εἰπεῖν.

ἀποικία, νομοθεσία, καὶ αὔξησις τῆς ἑλλάδος.

Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ὁρῶσα τοὺς μὲν βαρβάρους τὴν πλείστην τῆς χώρας κατέχοντας, τοὺς δὲ ἕλληνας εἰς μικρὸν τόπον κατακεκλεισμένους, καὶ διὰ σπανιότητα τῆς γῆς ἐπιβουλεύοντάς τε σφίσιν αὐτοῖς, καὶ στρατείας ἐπ' ἀλλήλους ποιουμένους, καὶ τοὺς μὲν δι' ἔνδειαν τῶν καθ' ἡμέραν, τοὺς δὲ διὰ τὸν πόλεμον ἀπολλυμένους: οὐδὲ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα περιεῖδεν, ἀλλ'

teris beneficij memoriam, frumenti primitias quotannis ad nos mittunt. Si quæ autem id intermiserunt, ijs Pythia sæpè imperauit, ut & partes frugum offerrent, & nostræ urbi præstarent ea quæ à patribus accepissent. Quæ uerò magis credenda sunt, quàm ea quæ & oraculis iubentur, & à multis Græcorum comprobantur? Cùm & ueteres sermones ijs rebus quæ nunc fiunt, testimonium perhibeant: & ea quæ nunc fiunt, cum ueterum sermonibus consentiant? Præterea, si omißis his omnibus, prima origo spectetur: eos qui primi in terris extiterunt, uitam non sic instructam reperisse intelligetur, sed ipsos paulatim sibi necessaria comparasse. Quos nam igitur ea uerisimilius est, uel dono à dijs immortalibus accepisse, uel suo studio inuestigasse? An non eos, qui sine controuersia & antiquissimi sunt, & ad artes tractandas ingeniosißimi, & cultores deorum religiosißimi? Quantis autem honoribus digni sint, qui tanta beneficia dederunt, superuacaneum est docere. Nemo enim ullum præmium reperiet tantum, quod rebus gestis respondeat. Ac de maximo beneficio, & primo, & latißime patente, hæc dicere possumus. Iisdem quoque temporibus nostra urbs, cum Barbaros maximam terræ partem uideret obtinere, Græcos autem uelut in angustias quasdam redactos, ob agri penuriam alios alijs & insidias & bella facere, atque alios fame, alios armis perire: ne hæc quidem neglexit, sed

Coloniæ, leges, & Græciæ amplificatio.

ἀλλ᾽ ἡγεμόνας εἰς τὰς πόλεις ἐξέπεμψεν, οἳ παραλαβόντες τοὺς μάλιστα βίου δεομένους, στρατηγοὶ καταστάντες αὐτῶν, καὶ πολέμῳ κρατήσαντες τοὺς βαρβάρους, πολλὰς μὲν ἐφ᾽ ἑκατέρας τῆς ἠπείρου πόλεις ἔκτισαν, πάσας δὲ τὰς νήσους κατῴκισαν, ἀμφοτέρους δὲ καὶ τοὺς ἀκολουθήσαντας, καὶ τοὺς ὑπομείναντας ἔσωσαν. τοῖς μὲν γὰρ ἱκανὴν τὴν οἴκοι χώραν κατέλιπον, τοῖς δὲ πλείω τῆς ὑπαρχούσης ἐπόρισαν. ἅπαντα γὰρ περιεβάλοντο τὸν τόπον, ὃν νῦν τυγχάνομεν κατέχοντες. ὥστε καὶ τοῖς ὕστερον βουληθεῖσιν ἀποικίσαι τινὰς, καὶ μιμήσασθαι τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν, πολλὴν ῥᾳστώνην ἐποίησαν. οὐ γὰρ αὐτοὺς ἔδει κτωμένους χώραν διακινδυνεύειν, ἀλλ᾽ εἰς τὴν ὑφ᾽ ἡμῶν ἀφορισθεῖσαν εἰς ταύτην οἰκεῖν ἰόντας. καίτοι τίς ἂν ταύτης ἡγεμονίαν ἐπιδείξειεν ἢ πατριωτέραν, τῆς πρότερον γενομένης, πρὶν πλείστας οἰκισθῆναι τῶν ἑλληνίδων πόλεων: ἢ μᾶλλον συμφέρουσαν, τῆς τοὺς μὲν βαρβάρους ἀναστάτους ποιησάσης, τοὺς δ᾽ ἕλληνας ἐπὶ τοσαύτην εὐπορίαν προαγαγούσης; Οὐ τοίνυν ἐπειδὴ τὰ μέγιστα συνδιέπραξε, τῶν ἄλλων ὠλιγώρησεν: ἀλλ᾽ ἀρχὴν μὲν ταύτην ἐποιήσατο τῶν εὐεργεσιῶν, τροφὴν τοῖς δεομένοις εὑρεῖν, ἥνπερ χρὴ τοὺς μέλλοντας καὶ περὶ τῶν ἄλλων καλῶς διοικήσειν. ἡγουμένη δὲ τὸν βίον τὸν ἐπὶ τούτοις μόνον, οὔπω τοῦ ζῆν ἐπιθυμεῖν ἀξίως ἔχειν, οὕτως ἐπεμελήθη καὶ τῶν
„ λοιπῶν, ὥστε τῶν παρόντων τοῖς ἀνθρώποις ἀγαθῶν,
„ ὅσα μὴ παρὰ τῶν θεῶν ἔχομεν, ἀλλὰ δι᾽ ἀλλήλων ἡμῖν
„ γέγονε, μηδὲν μὲν ἄνευ τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας εἶναι, τὰ δὲ πλεῖστα διὰ ταύτην γεγενῆσθαι. παραλαβοῦσα γὰρ τοὺς ἕλληνας ἀνόμως ζῶντας, καὶ σποράδην οἰκοῦντας, καὶ τοὺς μὲν ὑπὸ δυναστῶν ὑβριζομένους, τοὺς δὲ

ſed duces in ciuitates miſit, q egentiſsimis quibuſq; aſcitis, Barbaros ductu ſuo uicerunt, & multas in utraq; cõtinente urbes condiderunt, & in omnes inſulas colonias deduxerunt. Quo facto conſeruarũt utroſq;, tam eos qui ſecuti fuerunt, quàm eos qui in patria remanſerũt. Nã alteris agros domi ſatis multos reliquerũt: alteris plures quàm habuerant, tradiderũt. Omnẽ enim locũ hunc, quẽ nunc tenemus, ſunt amplexi: & illis etiã qui pòſt aliquò colonias mittere, noſtrãq; urbem imitari uoluerunt, eius rei citra ullum negocium poteſtatẽ dederũt. Nec enim neceſſe illi habuerunt, agri occupandi cauſa acie decernere: ſed Græcis aſsignatos à nobis agros, profectione ſuſcepta facilè tenuerunt. Quis uerò eſt qui principatũ oſtendat, hoc uel antiquiorem, qui uetuſtate pleraſq; Græcas urbes ſuperet: uel utiliorẽ, qui & Barbaros ſolum uertere coegit, & Græcos ad tantas opes euexit? Neq; uerò, cùm maximis in rebus adiumẽto fuiſſet, neglexit cæteras: ſed ſua beneficia inde auſpicata eſt, ut uictũ curaret indigentibus: id quod in primis ei faciendum eſt, qui reliqua etiam rectè conſtituta eſſe uelit. Cùm autem uitam hac ſola re inſtructam, nondum eſſe dignam uiuẽdi deſiderio putaret: eam in cæteris quoq; diligentiã adhibuit, ut eorum bonorũ, quibus fruimur homines, nõ diuinitùs acceptis, ſed mutua noſtra opera cõparatis, nihil ſine urbe noſtra contigerit, plurima uerò accepta illi referantur. Nam cum Græci olim ſine legibus uiuentes, & ſparſim habitantes, alij potentiorum iniquo dominatu premerentur: alij,

quòd

δι' ἀναρχίαν ἀπολλυμένους: καὶ τούτων τῶν κακῶν αὐτοὺς ἀπήλλαξε, τῶν μὲν κυρία γενομένη, τοῖς δ' αὐτὴν παράδειγμα ποιήσασα. πρώτη γὰρ καὶ νόμους ἔθετο, καὶ πολιτείαν κατεστήσατο. δῆλον δ' ἐκεῖθεν. οἱ γὰρ ἐν ἀρχῇ περὶ τῶν φονικῶν ἐγκαλέσαντες, καὶ βουληθέντες μετὰ λόγου, καὶ μὴ μετὰ βίας διαλύσασθαι τὰ πρὸς ἀλλήλους: ἐν τοῖς νόμοις τοῖς ἡμετέροις τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο περὶ τούτων. Καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν τεχνῶν τάς τε πρὸς τὰ ἀναγκαῖα τοῦ βίου χρησίμας, καὶ τὰς πρὸς ἡδονὴν μεμηχανημένας, τὰς μὲν εὑροῦσα, τὰς δὲ δοκιμάσασα, χρῆσθαι τοῖς λοιποῖς παρέδωκε. τὴν τοίνυν ἄλλην διοίκησιν οὕτω φιλοξένως κατεσκευάσατο, καὶ πρὸς ἅπαντας οἰκείως, ὥστε καὶ τοῖς χρημάτων δεομένοις, καὶ τοῖς ἀπολαῦσαι τῶν ὑπαρχόντων ἐπιθυμοῦσιν, ἀμφοτέροις ἁρμόττειν: καὶ μήτε τοῖς εὐδαιμονοῦσι, μήτε τοῖς δυστυχοῦσιν ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀχρήστως
" ἔχειν, ἀλλ' ἑκατέροις αὐτῶν εἶναι παρ' ἡμῖν; τοῖς μὲν
" ἡδίστας διατριβὰς, τοῖς δ' ἀσφαλεστάτην καταφυγήν. ἔτι δὲ, τὴν χώραν οὐκ αὐτάρκη κεκτημένων ἑκάστων, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐλλείπουσαν, τὰ δὲ πλείω τῶν ἱκανῶν φέρουσαν: καὶ πολλῆς ἀπορίας οὔσης, τὰ μὲν ὅπου χρὴ διαθέσθαι, τὰ δ' ὁπόθεν εἰσαγαγέσθαι: καὶ ταύταις ταῖς συμφοραῖς ἐπήμυνεν. ἐμπόριον γὰρ ἐν μέσῳ τῆς Ἑλλάδος τὸν Πειραιᾶ κατεστήσατο, τοσαύτην ὑπερβολὴν ἔχον, ὥστε ἃ παρὰ τῶν ἄλλων ἓν παρ' ἑκάστων χαλεπόν ἐστι λαβεῖν, ταῦτ' ἅπαντα παρ' αὐτῆς ῥᾴδιον εἶναι πορίσασθαι. τῶν τοίνυν τὰς πανηγύρεις καταστησάντων, δικαίως ἐπαινουμένων, ὅτι τοιοῦτον ἔθος ἡμῖν παρέδοσαν, ὥστε σπεισαμένους πρὸς ἀλλήλους, καὶ τὰς ἔχθρας τὰς ἐνεστηκυίας διαλυσαμένους, συ-

τέχναι εἰς χρείαν καὶ ἡδονὴν, καὶ φιλοξενία, καὶ ἐμπόριον ὁ Πειραιεύς.

πανηγύρεις, καὶ σύνοδοι.

νελθεῖν

quòd nullos magistratus haberent, interirent: etiam his malis eos liberauit, alios in potestatem redigendo, alios exemplo suo corrigendo. Prima enim & leges tulit, & Rempublicam constituit: id quod inde perspicitur. Nam qui primi homicidij causam egerunt, & disceptatione, non ui & armis controuersiam finiri uoluerunt: nostris legibus sunt experti. Quinetiam artes tùm ad uitæ necessitatem utiles, tùm causa uoluptatis excogitatas, partim inuenit ipsa, partim probauit, atque alijs utendas tradidit. Quæ uerò ad cæterarum rerum rationes attinent, ea tam hospitaliter instruxit, & tam accommodatè uniuersis: ut utrisque, cùm pecuniæ indigentibus, tùm opibus suis frui uolentibus, conuenirent: utq; nec felicibus, nec ijs quibus domi res aduersæ essent, incommodarent: sed utrique apud nos haberent, alteri uitæ rationem iucundissimam, alteri confugium tutissimum. Præterea, cum non omnis tellus omnia ferret, sed quibusdam careret, quibusdam abundaret: neque facilè ratio iniri posset, uel quò alia exportanda, uel unde alia importanda essent: etiam hæc incommoda propulsauit. Nam in media Græcia Piræeum mercatum instituit, cuius ea excellentia est, ut eæ res, quarum singulas apud alios nancisci difficile est, ibi comparari uniuersæ facilè poßint. Cum autem meritò laudentur ij qui celebres conuentus instituerunt, quòd eum morem nobis tradiderunt, ut quasi fœdere inito, & inimicitijs reconciliatis, in unum

Artium uel utilium uel iucũdarum inuẽtio, hospitalitas, & mercatus Piræeus.

Ludorum celebritates & conuentus.

νελθεῖν εἰς ταυτὸν: μετὰ δὲ τοῦτο εὐχὰς καὶ θυσίας κοι-
νὰς ποιησαμένους, ἀναμνησθῆναι μὲν τῆς συγγενείας
τῆς πρὸς ἀλλήλους ὑπαρχούσης, εὐμενεστέρως δ' εἰς τὸν
λοιπὸν χρόνον διατεθῆναι πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ τάς τε
παλαιὰς ξενίας ἀνανεώσασθαι, καὶ καινὰς ἄλλας ποιή-
σασθαι, καὶ μήτε τοῖς ἰδιώταις, μήτε τοῖς διενεγκοῦσι τὴν
φύσιν ἀργὸν εἶναι τὴν διατριβήν: ἀλλ' ἀθροισθέντων
τῶν ἑλλήνων εἰς ἓν, γενέσθαι τοῖς μὲν ἐπιδείξασθαι τὰς
ἑαυτῶν εὐτυχίας, τοῖς δὲ θεάσασθαι τούτους πρὸς ἀλλή-
λους ἀγωνιζομένους: καὶ μήδ' ἑτέρους ἀθύμως διάγειν,
ἀλλ' ἑκατέρους ἔχειν ἐφ' οἷς φιλοτιμηθῶσιν, οἱ μὲν ὅτ'
ἂν ἴδωσι τοὺς ἀθλητὰς ἑαυτῶν ἕνεκα πονοῦντας, οἱ δ' ὅτ'
ἂν ἐνθυμηθῶσιν, ὅτι πάντες ἐπὶ τὴν σφετέραν θεω-
ρίαν ἥκουσι: τοσούτων τοίνυν ἀγαθῶν διὰ τὰς συνόδους
ἡμῖν γιγνομένων: οὐδ' ἐν τούτοις ἡ πόλις ἡμῶν ἀπελεί-
φθη. καὶ γὰρ θεάματα πλεῖστα καὶ κάλλιστα κέκτηται,
τὰ μὲν ταῖς δαπάναις ὑπερβάλλοντα, τὰ δὲ κατὰ
τὰς τέχνας εὐδοκιμοῦντα, τὰ δ' ἀμφοτέροις τούτοις
διαφέροντα. καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀφικνουμένων ὡς ἡ-
μᾶς, τοσοῦτον ἐστὶν: ὥστ', εἴ τι ἐν τῷ πλησιάζειν ἀλλήλοις
ἀγαθόν ἐστι, καὶ τοῦτο ὑπ' αὐτῆς περιειλῆφθαι. πρὸς δὲ
τούτοις καὶ φιλίας εὑρεῖν πιστοτάτας, καὶ συνουσίαις ἐν-
τυχεῖν παντοδαπαῖς, μάλιστα παρ' ἡμῖν ἐστιν. ἔτι δὲ ἀ-
γῶνας ἰδεῖν, καὶ μὴ μόνον τάχους καὶ ῥώμης, ἀλλὰ καὶ
λόγων καὶ γνώμης καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἁπάντων,
καὶ τούτων ἆθλα μέγιστα. πρὸς γὰρ οἷς αὐτὴ τίθησι,
„ καὶ τοὺς ἄλλους διδόναι συναναπείθει. τὰ γὰρ ὑφ' ἡ-
„ μῶν κριθέντα, τοσαύτην λαμβάνει δόξαν, ὥστε παρὰ
„ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαπᾶσθαι. χωρὶς δὲ τούτων, αἱ μὲν
„ ἄλλαι πανηγύρεις διὰ πολλοῦ χρόνου συλλεγεῖσαι, τα-

χέως

locum conueniremus: deinde, ut uotis & sacris communibus factis, eius cognationis, qua coniuncti sumus inter nos, recordati, amiciores in posterum essemus, utq; & uetera hospitia renouaremus, & noua constitueremus. Denique ut nec indoctis, nec excellentibus ingenijs, ignauum tempus abiret: sed in celebri conuentu Græcorum, alijs suam felicitatem ostentare, alijs hos inter se certantes spectare liceret: ac neutri uoluptate carerent, sed utrique in quo gloriarentur haberent: alteri cùm sua causa laborare pugiles uiderent, alteri cum omnes sui spectandi gratia uenisse cogitarent. Tanta igitur commoda cum ad nos è conuentibus redeant: ne in his quidem nostra urbs postremas tulit. Etenim spectacula plurima & pulcherrima possidet: alia magnitudine sumptuum excellentia, alia propter artificium celebrata, alia horum utroque præstantia. Ac multitudo eorum qui ad nos ueniunt, tanta est, ut si quid boni congressibus inest, id quoque sit ab ipsa comprehensum. Ad hæc amicitias fidelissimas reperire, & omnis generis congressibus interesse, apud nos potissimùm licet. Præterea non tantùm celeritatis & roboris, sed & eloquentiæ, & mentis ac operum cæterorum omnium certamina, & horum præmia maxima hîc cernuntur. Nam præter ea quæ ipsa urbs proponit, etiam alijs ut dent, persuadet. Nam quæ à nobis decreta fuerint, tantam habent autoritatem, ut omnibus probentur. Iam cæteræ celebritates post longum temporis spacium coactæ, celeriter

φιλοσοφία καὶ λόγοι.

χρέως διελύθησαν. ἡ δ' ἡμετέρα πόλις, ἅπαντα τὸν αἰῶνα τοῖς ἀφικνουμένοις πανήγυρίς ἐστιν. Φιλοσοφίαν τοίνυν, ἣ πάντα ταῦτα συνεξεῦρε, καὶ συγκατεσκεύασε, καὶ πρός τε τὰς πράξεις ἡμᾶς ἐπαίδευσε, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπράϋνε: καὶ τῶν συμφορῶν τάς τε δι' ἀμαθίαν, καὶ τὰς ἐξ ἀνάγκης γιγνομένας διεῖλε, καὶ τὰς μὲν φυλάξασθαι, τὰς δὲ καλῶς ἐνεγκεῖν ἐδίδαξεν ἡ πόλις ἡμῶν. καὶ λόγους ἐτίμησεν, ὧν πάντες μὲν ἐπιθυμοῦσι, τοῖς δ' ἐπισταμένοις φθονοῦσι: συνειδυῖα μὲν, ὅτι τοῦτο μόνον ἐξ ἁπάντων τῶν ζώων ἴδιον ἔφυμεν ἔχοντες: καὶ ὅτι τούτῳ πλεονεκτήσαντες, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αὐτῶν διηνέγκαμεν. ὁρῶσα δὲ περὶ μὲν τὰς ἄλλας πράξεις οὕτω ταραχώδεις οὔσας τὰς τύχας, ὥστε πολλάκις ἐν αὐταῖς καὶ τοὺς φρονίμους ἀτυχεῖν, καὶ τοὺς ἀνοήτους κατορθοῦν, τῶν δὲ λόγων τῶν καλῶς καὶ τεχνικῶς ἐχόντων, οὐ μετὸν τοῖς φαύλοις, ἀλλὰ ψυχῆς εὖ φρονούσης ἔργον ὄντας, καὶ τούς τε σοφοὺς καὶ τοὺς ἀμαθεῖς δοκοῦντας εἶναι, ταύτῃ πλεῖστον ἀλλήλων διαφέροντας: ἔτι δὲ τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἐλευθέρως τεθραμμένους, ἐκ μὲν ἀνδρείας καὶ πλούτου καὶ τῶν τοιούτων ἀγαθῶν οὐ γιγνωσκομένους, ἐκ δὲ τῶν λεγομένων μάλιστα καταφανεῖς γιγνομένους: καὶ τοῦτο σύμβολον τῆς παιδεύσεως ἡμῶν ἑκάστου πιστότατον ἀποδεδειγμένον: καὶ τοὺς τῷ λόγῳ καλῶς χρωμένους, οὐ μόνον ἐν ταῖς αὐτῶν δυναμένους, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐντίμους ὄντας: τοσοῦτον ἀπολέλοιπεν ἡ πόλις ἡμῶν περὶ τὸ φρονεῖν καὶ λέγειν τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, ὥσθ' οἱ ταύτης μαθηταὶ τῶν ἄλλων διδάσκαλοι γεγόνασι, καὶ τῶν Ἑλλήνων ὄνομα πεποίηκε μηκέτι τοῦ γένους, ἀλλὰ τῆς διανοίας δοκεῖν τεκμήριον εἶναι: καὶ μᾶλ-

leriter dissoluuntur: nostra uerò urbs per omne æuū, instar est solēnis conuētus. Philosophiæ certè quidē, cuius ope hæc omnia inuēta & constituta sunt, quæ nos & ad res gerēdas erudijt, & animos nostros mā suefecit, & calamitates tā ex inscitia ortas, quàm necessitate importatas distinxit: atq; illas cauere, has pulchrè ferre docuit: nostra urbs honorem habuit. nec minus eloquentiæ, cuius desiderio tenētur omnes, & tamen ea præditis inuidēt: haud ignara, solis nobis inter omnes animantes, hoc naturā peculiare tribuisse: quo insigni bono usi, etiā cæteris reb. omnib. illas superamus. Cum autem in alijs actionibus eas esse fortunæ perturbationes cerneret, ut sæpenumerò & prudētes uotorum impotes fierent, & stolidi successus prosperos haberēt: orationis autem præclaræ artificiosæq; facultatem & stupidis negatam, & prudentis animi munus peculiare esse: atq; etiam eos qui uel eruditi uel indocti perhibeantur, hac re inter se potissimùm differre: & ab ineunte ætate liberaliter educatos, nec ex fortitudine, nec opibus, nec alijs id genus bonis dignosci, sed ex oratione potissimùm perspici: eāq; institutionis cuiusq; nostrûm signum esse certissimum et euidentissimū: quiq; oratione præclarè utantur, eos non in suis duntaxat urbib. autoritate ualere, sed apud exteros etiam honorari. Nostra igitur urbs cæteris hominib. tum sapientia, tum eloquentia tantum antecelluit, ut eius discipuli sint aliorum præceptores: id consecuta, ut nomē Græcorum non iam nationis & gentis, sed rationis & mentis argumentū esse uideatur:

Philosophia & eloquentia.

μετάβασις αὐξητικὴ ἀπὸ τῶν πολιτικῶν ἐπὶ τὰ πολεμικά, μεθ' ἱστορίας.

,, λον Ἕλληνας καλεῖσθαι, τοὺς τῆς παιδεύσεως τῆς ἡμετέρας, ἢ τοὺς τῆς κοινῆς φύσεως μετασχόντας. ἵνα δὲ μὴ δοκῶ περὶ τὰ μέρη διατρίβειν, ὑπὲρ ὅλων τῶν πραγμάτων ὑποθέμενος ἐρεῖν: μηδ' ἐκ τούτων ἐγκωμιάζειν τὴν πόλιν, ἀπορῶν τὰ πρὸς τὸν πόλεμον αὐτὴν ἐπαινεῖν: ταῦτα μὲν εἰρήσθω μοι πρὸς τοὺς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις φιλοτιμουμένους. ἡγοῦμαι δὲ τοὺς προγόνους ἡμῶν, οὐχ ἧττον ἐκ τῶν κινδύνων τῶν πρὸς τὸν πόλεμον τιμᾶσθαι προσήκειν, ἢ τῶν ἄλλων εὐεργεσιῶν. οὐ γὰρ μικροὺς, οὐδ' ὀλίγους, οὐδ' ἀφανεῖς ἀγῶνας ὑπέμειναν, ἀλλὰ πολλοὺς καὶ δεινοὺς καὶ μεγάλους, τοὺς μὲν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν
,, χώρας, τοὺς δὲ ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ἐλευθερίας. ἅπαντα
,, γὰρ τὸν χρόνον διετέλεσαν, κοινὴν τὴν πόλιν παρέ-
,, χοντες, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ τῶν ἑλλήνων ἐπαμύνουσαν. Διὸ δὴ καὶ κατηγοροῦσί τινες ἡμῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς βουλευομένων, ὅτι τοὺς ἀσθενεστέρους εἰθίσμεθα θεραπεύειν, ὥσπερ οὐ μετὰ τῶν ἐπαινεῖν βουλομένων ἡμᾶς τοὺς λόγους ὄντας τοὺς τοιούτους. οὐ γὰρ ἀγνοοῦντες, ὅσον διαφέρουσιν αἱ μείζους τῶν συμμαχιῶν πρὸς τὴν ἀσφάλειαν, οὕτως ἐβουλευσάμεθα περὶ αὐτῶν: ἀλλὰ πολὺ τῶν ἄλλων ἀκριβέστερον εἰδότες τὰ συμβαίνοντα ἐκ τῶν τοιούτων, ὅμως ᾑρούμεθα, τοῖς ἀσθενεστέροις,
,, καὶ παρὰ τὸ συμφέρον, βοηθεῖν μᾶλλον, ἢ τοῖς κρείττοσι
,, τοῦ λυσιτελοῦντος ἕνεκα συναδικεῖν. γνοίη δ' ἄν τις καὶ τὸν τρόπον καὶ τὴν ῥώμην τῆς πόλεως, ἐκ τῶν ἱκετειῶν, ἃς ἤδη τινὲς ἡμῶν ἐποιήσαντο. τὰς μὲν οὖν ἢ νεωστὶ γεγενημένας, ἢ περὶ μικρῶν ἐλθούσας, παραλείψω. πολὺ δὲ πρὸ τῶν τρωϊκῶν (ἐκεῖθεν γὰρ δίκαιον τὰς πίστεις λαμβάνειν, τοὺς περὶ τῶν πατρίων ἀμφισβητοῦντας) ἦλθον οἵ θ' ἡρακλέους παῖδες, καὶ μικρὸν πρὸ τούτων

αἱ τῶν ἡρακλειδῶν καὶ ἀδράστου ἱκετεῖαι.

statu, nostrûm unusquisq; uel in paruis incommodis multos haberet qui uicem ipsius dolerent: istis imperantibus, domesticis oppreßi malis, aliorum alij misereri destiterimus. Neque enim cuiquam tantum ocij reliquerunt, ut alienis malis afficeretur. Nam quis eorum effugere potuit uiolentiam? quis à publicis functionibus adeò remotus fuit, quin uicinus esse calamitatibus, in quas ista nos coniecerunt ingenia, cogeretur? Nec tamen pudet eos, cum suas urbes tam crudeliter tractarint, immeritò nostram accusare. Atq; etiam & priuata & publica iudicia, apud nos facta, proferre audent: cum ipsi tribus mensibus indicta causa plures interfecerint, quàm nostra urbs totius imperij tempore in iudicium adduxit. Exilia porrò & seditiones, & legum confusiones, & Rerum publicarum mutationes, stupra præterea liberûm, & probra uxorum, & direptiones pecuniarum, quis posit enumerare? Illud certè quidem in uniuersum habeo dicere, imperij nostri seueritatem facilè uno senatusconsulto auerti: cædes autem & iniurias sub istis perpetratas, à nemine potuisse sanari. Iam ne pax ista quidem, & libertas, quæ cum in urbibus nulla sit, fœderibus inscripta habetur, amplectenda magis est, quàm noster principatus. Quis enim talem statum expetat, quo & piratæ mare tenent, & parmati urbes occupant? quo non modò pro imperij defensione cum exteris non confligitur, sed intra ipsa mœnia ciues inter sese præliantur? quo plures urbes captæ sunt, quàm

Collatio principatus administrati ab Atheniensibus & Lacedæmonijs.

πρὶν τὴν εἰρήνην ἡμᾶς ποιήσασθαι; διὰ δὲ τὴν πυκνότητα τῶν μεταβολῶν ἀθυμότερον διάγουσιν οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες, τῶν ταῖς φυγαῖς ἐζημιωμένων; οἱ μὲν γὰρ τὸ μέλλον δεδίασιν, οἱ δ' ἀεὶ κατιέναι προσδοκῶσι. τοσοῦτον δ' ἀπέχουσι τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς αὐτονομίας, ὥστ' αἱ μὲν ὑπὸ τυράννοις εἰσὶ, τὰς δ' ἁρμοσταὶ κατέχουσιν, ἔνιαι δ' ἀνάστατοι γεγόνασι, τῶν δ' οἱ βάρβαροι δεσπόται καθεστήκασιν: οὓς ἡμεῖς διαβῆναι τολμήσαντας εἰς τὴν Εὐρώπην, καὶ μεῖζον ἢ προσῆκεν αὐτοῖς, φρονήσαντας, οὕτω διέθεμεν, ὥστε μὴ μόνον παύσασθαι στρατείας ἐφ' ἡμᾶς ποιουμένους, ἀλλὰ καὶ τὴν αὑτῶν χώραν ἀνέχεσθαι πορθουμένην, καὶ διακοσίαις καὶ χιλίαις ναυσὶ περιπλέοντας, εἰς τοσαύτην ταπεινότητα κατεστήσαμεν, ὥστε μακρὸν πλοῖον ἐντὸς Φασήλιδος μὴ καθέλκειν: ἀλλ' ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ τοὺς καιροὺς περιμένειν, ἀλλὰ μὴ τῇ παρούσῃ δυνάμει πιστεύειν. καὶ ταῦθ', ὅτι διὰ τὴν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων ἀρετὴν οὕτως εἶχον, αἱ τῆς πόλεως συμφοραὶ σαφῶς ἐπέδειξαν. ἅμα γὰρ ἡμεῖς τε τῆς ἀρχῆς ἀπεστερούμεθα, καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἀρχὴ τῶν κακῶν ἐγίγνετο. μετὰ γὰρ τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ γενομένην ἀτυχίαν, ἑτέρων ἡγεμόνων καταστάντων, ἐνίκησαν μὲν οἱ βάρβαροι ναυμαχοῦντες, ἦρξαν δὲ τῆς θαλάττης, κατέχον δὲ τὰς πλείστας τῶν νήσων, ἀπέβησαν δ' εἰς τὴν Λακωνικὴν, Κύθηρα δὲ κατὰ κράτος εἷλον, ἅπασαν δὲ τὴν Πελοπόννησον κακῶς ποιοῦντες περιέπλευσαν. μάλιστα δ' ἂν τις συνίδοι τὸ μέγεθος τῆς μεταβολῆς, εἴπερ ἀναγνοίη τὰς συνθήκας, τάς τ' ἐφ' ἡμῶν γενομένας, καὶ τὰς νῦν ἀναγεγραμμένας. τότε μὲν γὰρ ἡμεῖς φαινη-

ante pacem constitutam? quo propter mutationum frequentiam, ij qui urbes tenent, rebus suis diffidunt magis quàm qui exilijs sunt mulctati? Nam illi quidem impendentia mala formidant: hi restitutionem semper expectant. A` libertate uerò & suis legibus tantum absunt, ut aliæ tyrannis pareant, aliæ à Laconicis præfectis teneantur, aliæ funditùs euersæ, aliæ à Barbaris oppressæ iaceant. Quos in Europam traijcere ausos, & animis ultrà quàm par erat elatos, ita nos compescuimus, ut non tantùm nullas contra nos expeditiones susciperent, sed suos etiam agros uastari paterentur: & eos qui mille ducentis nauibus Græciam circumnauigarant, ad eam humilitatem redegimus, ut intra Phaselidem longa naue non appellerent, sed quiescerent, & occasiones expectarent, neque potentiæ suæ confiderent. Atque hæc ob maiorum nostrorum uirtutem ita se habuisse, urbis nostræ calamitates perspicuè docuerunt. Simul enim & nobis principatus est ereptus, & calamitatum principium Græcis est exortum. Nam post cladem Hellespontiacam, alijs imperium adeptis, Barbari & nauali prælio uicerunt, & maris imperium tenuerunt, & plerasque insulas occuparunt, & excensum in Laconiam fecerunt, & Cythera ui expugnarunt, & uniuersam Peloponnesum classe circumuecti afflixerunt. Magnitudo autem mutationis illius ita maximè perspicietur, si fœdera tum ea quæ nobis imperantibus facta, tum quæ nunc in literas relata sunt, legantur. Nos enim tunc

φανησόμεθα τὴν ἀρχὴν τὴν βασιλέως ὁρίζοντες, καὶ τῶν φόρων ἐνίους τάττοντες, καὶ κωλύοντες αὐτὸν τῇ θαλάσσῃ χρῆσθαι. νῦν δὲ ἐκεῖνός ἐστιν ὁ διοικῶν τὰ τῶν ἑλλήνων, καὶ προστάττων ἃ χρὴ ποιεῖν ἑκάστους, καὶ μόνον οὐκ ἐπιστάθμους ἐν ταῖς πόλεσι καθιστάς. πλὴν γὰρ τούτου, τί τῶν ἄλλων ὑπόλοιπόν ἐστιν; οὐ καὶ τοῦ πολέμου κύριος ἐγένετο, καὶ τὴν εἰρήνην ἐπρυτάνευσε, καὶ τῶν παρόντων πραγμάτων ἐπιστάτης καθέστηκεν; οὐχ ὡς ἐκεῖνον πλέομεν, ὥσπερ πρὸς δεσπότην, ἀλλήλων κατηγορήσοντες; οὐ βασιλέα τὸν μέγαν αὐτὸν προσαγορεύομεν, ὥσπερ αἰχμάλωτοι γεγονότες; οὐκ ἐν τοῖς πολέμοις τοῖς πρὸς ἀλλήλους, ἐν ἐκείνῳ τὰς ἐλπίδας ἔχομεν τῆς σωτηρίας; ὃς ἀμφοτέρους ἡμᾶς ἡδέως ἂν ἀπολέσειεν. ὧν ἄξιον ἐνθυμηθέντας, ἀγανακτῆσαι μὲν ἐπὶ τοῖς παροῦσι, ποθῆσαι δὲ τὴν ἡγεμονίαν τὴν ἡμετέραν· μέμψασθαι δὲ Λακεδαιμονίοις, ὅτι τὴν μὲν ἀρχὴν εἰς τὸν πόλεμον κατέστησαν, ὡς ἐλευθερώσοντες τοὺς ἕλληνας. ἐπὶ τελευτῆς δ' οὕτω πολλοὺς αὐτῶν ἐκδότους τοῖς βαρβάροις ἐποίησαν, καὶ τῆς μὲν ἡμετέρας πόλεως τοὺς Ἴωνας ἀπέστησαν, ἐξ ἧς ἀπῴκησαν, καὶ δι' ἣν πολλάκις ἐσώθησαν, τοῖς δὲ βαρβάροις αὐτοὺς ἐξέδοσαν, ὧν ἀκόντων τὴν χώραν ἔχουσι, καὶ πρὸς οὓς οὐδὲ πώποτ' ἐπαύσαντο πολεμοῦντες. καὶ τότε μὲν ἠγανάκτουν, ὅθ' ἡμεῖς νομίμως ἐπάρχειν τινῶν ἠξιοῦμεν: νῦν δ' εἰς τοσαύτην δουλείαν καθεστώτων, οὐδὲν φροντίζουσιν αὐτῶν, οἷς οὐκ ἐξαρκεῖ δασμολογεῖσθαι, καὶ τὰς ἀκροπόλεις ὁρᾶν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κατεχομένας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς κοιναῖς συμφοραῖς, καὶ τοῖς σώμασι δεινότερα πάσχουσι τῶν παρ' ἡμῖν ἀργυρωνήτων. οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν οὕτως αἰκίζεται τοὺς οἰκέ-

παθοποιΐα, καὶ τῆς τῶν Λακεδαιμονίων πλεονεξίας τε καὶ ὀλιγωρίας κατηγορία.

& fines designasse imperij regis, et tributa quædam ordinasse, & maris eum usu prohibuisse, constabit. Nunc ille is est, qui Græciam gubernet, qui, quid singulis faciẽdum sit, imperet, & tantùm non præfectos in urbib. constituat. Quid enim reliqui est uno hoc excepto? Non & bellum in potestate habuit, & pacis interpres fuit: & rerum, quæ geruntur, omnium factus est moderator? Non ad eum tanquam ad dominum nauigamus, alij alios accusaturi? Non eum quasi bello capti REGEM MAGNVM appellamus? An non in bellis inter nos intestinis spem salutis in eo, qui nos utrosq; internecione deletos uellet, collocamus? Aequum igitur fuerit, his rebus consideratis, tum hunc rerum statum iniquis ferri animis: tum nostram imperandi rationem desiderari: tum Lacedæmonijs succenseri, qui cum initiò bellum suscepissent, quasi Græcos liberaturi, ad extremum tam multos eorum Barbaris dediderunt: & Iones colonos nostros, sæpeq; à nobis conseruatos, à nostra urbe abstractos, Barbaris subiecerunt: quibus inuitis & regionem suam tenent, & contra quos belligerari nunquam destiterunt. Ac tum quidem indignabantur, cum nos legitimum in quosdam imperiũ usurparemus: nunc uerò illos tanta seruitute oppressos nihil curant. Nec enim hoc mali satis est, quòd & tributa pendunt, & arces suas ab hostib. occupatas uident: sed præter publicas calamitates, suis etiam corporibus, quàm apud nos ære empta mancipia, tolerant atrociora. Nostrûm enim nemo famulos suos ita

Commiseratio, & Laconicæ auariciæ & negligentiæ insectatio.

sta-

,, οἰκέτας, ὡς ἐκεῖνοι τοὺς ἐλευθέρους κολάζουσι. μέγιστον
,, δὲ τῶν κακῶν, ὅταν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς δουλείας ἀναγ-
,, κάζωνται συστρατεύεσθαι, καὶ πολεμεῖν τοῖς ἐλευθε-
,, ροῦν ἀξιοῦσι, καὶ τοιούτους κινδύνους ὑπομένειν, ἐν οἷς
,, ἡττηθέντες μὲν παραχρῆμα διαφθαρήσονται, κατορ-
,, θώσαντες δὲ μᾶλλον εἰς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον δουλεύ-
,, σουσιν. ὧν τίνας ἄλλους αἰτίους χρὴ νομίζειν, ἢ Λακεδαι-
μονίους; οἳ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχοντες, περιορῶσι τοὺς μὲν
ἑαυτῶν συμμάχους γινομένους, οὕτω δεινὰ πάσχον-
τας: τὸν δὲ βάρβαρον, τῇ τῶν ἑλλήνων ῥώμῃ τὴν ἀρ-
χὴν τὴν αὐτοῦ κατασκευαζόμενον. καὶ πρότερον μὲν
τοὺς τυράννους ἐξέβαλλον, τῷ δὲ πλήθει τὰς βοηθείας
ἐποιοῦντο: νῦν δὲ εἰς τοσοῦτον μεταβεβλήκασιν, ὥστε ταῖς
μὲν πολιτείαις πολεμοῦσι, τὰς δὲ μοναρχίας συγκα-
θιστᾶσι, τὴν δὲ Μαντινέων πόλιν εἰρήνης ἤδη γεγενημέ-
νης ἀνάστατον ἐποίησαν, τὴν δὲ Θηβαίων Καδμείαν κα-
τέλαβον, καὶ νῦν Ὀλυνθίοις καὶ Φλιασίοις πολεμοῦ-
σιν. Ἀμύντᾳ δὲ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, καὶ Διονυσίῳ
τῷ Σικελίας τυράννῳ, καὶ τῷ βαρβάρῳ τῆς Ἀσίας
κρατοῦντι συμπράττουσιν, ὅπως μεγίστην ἀρχὴν ἕξου-
σιν. καίτοι πῶς οὐκ ἄτοπον, τοὺς προεστῶτας τῶν ἑλ-
λήνων, ἕνα μὲν ἄνδρα τοσούτων ἀνθρώπων καθιστά-
ναι δεσπότην, ὧν οὐδὲ τὸν ἀριθμὸν ἐξευρεῖν ῥᾴδιόν ἐστι·
τὰς δὲ μεγίστας τῶν πόλεων, μηδὲ αὐτὰς ἑαυτῶν ἐᾶν εἶ-
ναι κυρίας, ἀλλ᾽ ἀναγκάζειν δουλεύειν, ἢ ταῖς μεγίσταις
συμφοραῖς περιβάλλειν; ὃ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτ᾽ ἄν
τις ἴδῃ τοὺς τὴν ἡγεμονίαν ἔχειν ἀξιοῦντας, ἐπὶ μὲν
τοὺς ἕλληνας μονονουχὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν στρατευο-
μένους, πρὸς δὲ τοὺς βαρβάρους εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον
συμμαχίαν πεποιημένους. Καὶ μηδεὶς ὑπολάβῃ με
δυσκό-

flagellat, ut in homines ingenuos illi animaduertunt. Illud autem ſummum malum eſt, cum, ad hanc ipſam ſeruitutem ſtabiliendam, unà militare, & contra eos arma ferre coguntur, à quibus in libertatem aſſeruntur, eáque pericula ſubire, in quibus & ſi uincantur, ſtatim ſint perituri: & ſi uicerint, durius in poſterum ſeruituri. Quæ quibus imputanda ſunt, niſi Lacedæmonijs: qui tanta præditi potentia, non mouentur ſociorum dudum ſuorum calamitatibus, Græcorumq́ uiribus imperium ſuum firmare Barbarum patiuntur? Ac olim quidem illi & tyrannos eijciebant, & libertatem defendebant. Nunc autem uſque adeò mutati ſunt, ut cum Rebuſpubl. bella gerant, Monarchijs conſtituendis ſint adiutores. Mantinenſium certè urbem, pace iam facta, euerterunt: Cadmeam Thebanorum occuparunt: etiam Olynthios & Phliaſios bello petunt. Amyntæ autem Macedonum regi, & Dionyſio Siciliæ tyranno, & Barbaro Aſiæ dominanti nauant operam, ut illi quàm maxima imperia conſequantur. Quid uerò abſurdius eſt, quàm Græciæ præſides uni uiro tot hominum, quorum inire numerũ haud facile ſit, tradere dominatum: maximas autem urbes ne ſui quidem iuris eſſe pati, ſed uel cogere ſeruire, uel maximis afficere cladibus? Iam illud omnium acerbiſſimum eſt, eos qui principatum ſibi uendicant, tantùm non ſingulis diebus bella inferre Græcis: cum Barbaris autem æternam ſocietatem coijſſe? Neque uerò me quiſquam iratum

δυσκόλως ἔχειν, ὅτι τραχύτερον τούτων ἐμνήσθην, προειπὼν ὡς περὶ διαλλαγῶν ποιήσομαι τοὺς λόγους. οὐ γὰρ ἵνα πρὸς τοὺς ἄλλους διαβάλω τὴν πόλιν τὴν Λακεδαιμονίων, οὕτως εἴρηκα περὶ αὐτῶν: ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς ἐκείνους παύσω, καθ' ὅσον ὁ λόγος δύναται, τοιαύτην γνώμην ἔχοντας. ἔστι δ' οὐχ οἷόν τε ἀποτρέπειν τῶν ἁμαρτημάτων, οὐδ' ἑτέρων πράξεων πείθειν ἐπιθυμεῖν: ἢν μή τις ἐρρωμένως ἐπιτιμήσῃ τοῖς ἁμαρτάνουσι. χρὴ δὲ κατηγορεῖν μὲν ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας, νουθετεῖν δὲ τοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ τοιαῦτα πράττοντας. τὸν γὰρ αὐτὸν λόγον οὐχ ὁμοίως ὑπολαμβάνειν δεῖ, μὴ μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας λεγόμενον. ἐπεὶ καὶ τοῦτ' ἔχομεν αὐτοῖς ἐπιτιμᾶν, ὅτι τῇ μὲν αὑτῶν πόλει τοὺς ὁμόρους εἱλωτεύειν ἀναγκάζουσι: τῷ δὲ κοινῷ τῶν συμμάχων οὐδὲν τοιοῦτον κατασκευάζουσιν, ἐξὸν αὐτοῖς τὰ πρὸς ἡμᾶς διαλυσαμένοις, ἅπαντας τοὺς βαρβάρους περιοίκους ὅλης τῆς Ἑλλάδος καταστῆσαι. καίτοι χρὴ τοὺς φύσει, καὶ μὴ διὰ τύχην μέγα φρονοῦντας, τοιούτοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν πολὺ μᾶλλον, ἢ τοὺς νησιώτας δασμολογεῖν, οὓς ἄξιόν ἐστιν ἐλεεῖν, ὁρῶντας, τούτους μὲν διὰ σπανιότητα τῆς γῆς τὰ ὄρη γεωργεῖν ἀναγκαζομένους, τοὺς δ' ἠπειρώτας δι' ἀφθονίαν χώρας τὴν μὲν πλείστην αὐτῆς ἀργὸν περιορῶντας: ἐξ ἧς δὲ καρποῦνται, τοσοῦτον πλοῦτον κεκτημένους. Ἡγοῦμαι δ' εἴ τινες ἄλλοθέν ποθεν ἐπελθόντες, θεαταὶ γένοιντο τῶν παρόντων πραγμάτων, πολλὴν ἂν αὐτοὺς καταγνῶναι μανίαν ἀμφοτέρων ἡμῶν, οἵτινες οὕτω περὶ μικρῶν κινδυνεύομεν, ἐξὸν ἀδεῶς πολλὰ κεκτῆσθαι: καὶ τὴν ἡμετέραν αὐτῶν χώραν διαφθείρομεν, ἀμελήσαντες τοῦ τὴν Ἀσίαν καρποῦσθαι, καὶ

τὸ β. τοῦ λόγου μέρος, παροξυσμὸς ἐπὶ τὸ πολεμεῖν τῷ βαρβάρῳ, καὶ ἐπιτίμησις τῇ βλακείᾳ τῇ τῶν ἑλλήνων.

iratum putet, quòd aſperiùs horum feci mentionem: initiò præfatus, me de reconciliatione acturum eſſe. Nec enim hæc eò pertinent, ut apud alios Lacedæmoniorum urbem in odium adducam: ſed ut (quantum oratione conſequi licet) ab iſto instituto abducam. Fieri autem nequit, ut à peccando deterreas, & ad alias cogitationes impellas, niſi delinquentes acriter obiurgaris. Nam accuſare putandi ſunt, qui lædendi cauſa conuicia dicunt: admonere, qui propter audientium utilitatem idem faciunt. Nec enim de eadem oratione ſentiendum eſt idem, ſi animo non eodem dicatur. Nam illud etiam eis obÿcere poſſumus, quòd finitimos ſuæ ciuitati ſeruire cogunt: ſociorum autem Reipublicæ nihil eiuſmodi conferunt, quo fiat, ut controuerſÿs noſtris abolitis, Barbari uniuerſi totius Græciæ ſerui efficiantur. Enimuerò decet eos qui natura, & non fortuna magnis animis ſunt, huiuſmodi facinora ſuſcipere potius, quàm exactionibus uexare inſulares: quorum miſereri erat æquius, nempe quos uideant agri penuria coactos, montes excolere, cùm Aſiani ob regionis amplitudinem, maximam partem incultam negligant: ex illa autem, quam colunt, tantis affluant diuitÿs. Equidem ſi qui aliunde profecti, harum rerum ſpectatores eſſent, ab ÿs utroſque noſtrûm maximæ inſaniæ reos actum iri arbitror, qui ob res adeò minutas periculosè dimicemus, cum ſecurè tenere multa poſſemus: & noſtrum agrum ipſi populemur, Aſia, qua frui liceret, neglecta.

II. Orationis pars: Bellum regi Perſarũ eſſe inferendum: & ſtulticiæ Græcorum accuſatio.

Regi

καὶ τῶν μὲν οὐδέν ἐστι προυργιαίτερον, ἢ σκοπεῖν, ἐξ ὧν
οὐδέποτε παυσόμεθα πολεμοῦντες πρὸς ἀλλήλους, ἡ-
μεῖς δὲ τοσούτου δέομεν συγκρούειν τι τῶν ἐκείνου πραγ-
μάτων, ἢ ποιεῖν στασιάζειν, ὥστε καὶ τὰς διὰ τύχας
αὐτῷ γεγενημένας ταραχὰς διαλύειν ἐπιχειροῦμεν:
οἵτινες καὶ τοῖν στρατοπέδοιν τοῖν περὶ Κύπρον, ἐῶμεν
αὐτὸν τῷ μὲν χρῆσθαι, τὸ δὲ πολιορκεῖν, ἀμφοτέροιν
αὐτοῖν ἐκ τῆς ἑλλάδος ὄντοιν. οἵτε γὰρ ἀφεστῶτες, πρὸς
ἡμᾶς τε οἰκείως ἔχουσι, καὶ Λακεδαιμονίοις σφᾶς αὐ-
τοὺς ἐνδιδόασι: τῶν τε μετὰ Τιριβάζου στρατευομένων,
καὶ τοῦ πεζοῦ τὸ χρησιμώτατον ἐκ τῶνδε τῶν τόπων
ἤθροισται, καὶ τοῦ ναυτικοῦ τὸ πλεῖστον μέρος ἀπ' Ἰω-
νίας συμπέπλευκεν: οἳ πολὺ ἂν ἥδιον κοινῇ τὴν Ἀ-
σίαν ἐπόρθουν, ἢ πρὸς ἀλλήλους ἕνεκα μικρῶν ἐκινδύ-
νευον. ὧν ἡμεῖς οὐδεμίαν ποιούμεθα πρόνοιαν, ἀλλὰ
περὶ τῶν μὲν Κυκλάδων νήσων ἀμφισβητοῦμεν: το-
σαύτας δὲ τὸ πλῆθος πόλεις καὶ τηλικαύτας τὸ μέ-
γεθος δυνάμεις, οὕτως εἰκῇ τῷ βαρβάρῳ παραδε-
δώκαμεν. τοιγαροῦν τὰ μὲν ἔχει, τὰ δὲ μέλλει, τοῖς δ'
ἐπιβουλεύει, δικαίως ἁπάντων ἡμῶν καταπεφρονη-
κώς. διαπέπρακται γὰρ, ὃ τῶν ἐκείνου προγόνων οὐδεὶς
πώποτε. τήν τε γὰρ Ἀσίαν διωμολόγηται καὶ παρ' ἡ-
μῶν καὶ παρὰ Λακεδαιμονίων βασιλέως εἶναι: τάς τε
πόλεις τὰς ἑλληνίδας οὕτω κυρίως παρείληφεν, ὥ-
στε τὰς μὲν αὐτῶν κατασκάπτειν, ἐν δὲ ταῖς ἀκροπόλεις
ἐντειχίζειν. Καὶ ταῦτα πάντα γέγονε, διὰ τὴν ἡμετέραν
ἄνοιαν, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν ἐκείνου δύναμιν. Καί τινες
θαυμάζουσι τὸ μέγεθος τῶν βασιλέως πραγμά-
των, καί φασιν αὐτὸν εἶναι δυσπολέμητον, διεξιόντες
ὡς πολλὰς τὰς μεταβολὰς ἐν τοῖς ἕλλησι πεποίηται.
Ἐγὼ

ἀνασκευή, ὅτι οὐ δύσμαχος ὁ βασιλεύς, κατὰ μείωσιν τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων.

Regi certè Persarum nihil perinde curæ est, atque illud, quónam pacto efficiat, ut intestinis bellis inter nos conflictari nunquam desinamus. Nos uerò, tantum abest ut ullas eius res conturbemus, aut seditionem in regno illius excitemus, ut etiam fortuitò coortos tumultus sopire studeamus: qui exercituum Cypriorum, altero eum uti, alterum obsidere sinamus, cum uterque sit è Græcia collectus. Nam & qui defecerunt, amicitia nobiscum sunt coniuncti, & fidei Lacedæmoniorum se committunt: & Tiribazi milites, & præstantissimi quique peditum, ex his locis illuc uenerunt, & classis maxima pars ex Ionia secuta est: qui quidem coniunctis uiribus Asiam uastare longè mallent, quam inter sese ob res exiguas belligerari. Quorum nos nullam rationem habemus: sed dum de Cycladibus insulis rixamur, adeò temerè Barbaro tantam triremium multitudinem tradidimus, & tam ingentes exercitus. Itaque ille alia tenet, alijs imminet, alijs insidiatur, nobis omnibus iure contemptis. Id enim assecutus est, quod maiorum eius nemo unquam. Nam & nos & Lacedæmonij Asiam regis esse confessi sumus: qui quidem Græcas urbes sic in potestatem suscepit, ut alias demoliatur, in alijs arces extruat. Atque hæc omnia facta sunt nostra amentia, non eius potentia. Etsi autem quidam regiarum opum magnitudinem admirantur, & bellum cum eo fore difficilimum dictitant, atque recensent quantas inter Græcos mutationes effecerit:

Refutatio, Regē Persarū non esse inuictū, cōstans extenuatione rerum ab eo gestarum.

m ego

Ἐγὼ δ᾽ ἡγοῦμαι μὲν ταῦτα τοὺς λέγοντας οὐκ ἀποτρέπειν, ἀλλ᾽ ἐπισπεύδειν τὴν στρατιάν. εἰ γὰρ, ἡμῶν ὁμονοησάντων ἁπάντων, αὐτὸς ἐν ταραχαῖς ὢν, χαλεπὸς ἔσται προσπολεμεῖν: ἦ που σφόδρα χρὴ δεδιέναι τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὅταν τὰ μὲν τῶν βαρβάρων καταστῇ, καὶ διὰ μιᾶς γένηται γνώμης, ἡμεῖς δὲ πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ νῦν πολεμικῶς ἔχωμεν; οὐ μὴν, οὐδ᾽ εἰ συναγορεύουσι τοῖς ὑπ᾽ ἐμοῦ λεγομένοις, οὐδ᾽ ὣς ὀρθῶς περὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως γινώσκουσιν. εἰ μὲν γὰρ ἀπέφαινον αὐτὸν ἅμα ταῖν πολέοιν ἀμφοτέραιν, πρότερόν ποτε περιγεγενημένον: εἰκότως ἂν ἡμᾶς καὶ νῦν ἐκφοβεῖν ἐπεχείρουν. εἰ δὲ τοῦτο μὲν μηδέποτε γέγονεν, ἀντιπάλων δὲ ὄντων ἡμῶν καὶ Λακεδαιμονίων, προσθέμενος τοῖς ἑτέροις, ἐπικυδέστερα τὰ πράγματα τούτων ἐποίησεν: οὐδέν ἐστι τοῦτο σημεῖον τῆς ἐκεί-
„ νου ῥώμης. ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις καιροῖς, πολλάκις μικραὶ
„ δυνάμεις μεγάλας ῥοπὰς ἐποίησαν. ἐπεὶ καὶ περὶ Χίων ἔχοιμ᾽ ἂν τοῦτον τὸν λόγον εἰπεῖν, ὡς ὁποτέροις ἐκεῖνοι προσθέσθαι βουληθεῖεν, οὗτοι κατὰ θάλατταν κρείττους ἦσαν. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐκ τούτων δίκαιόν ἐστι σκοπεῖν τὴν βασιλέως δύναμιν, ἐξ ὧν μεθ᾽ ἑκατέρων γέγονεν, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ πεπολέμηκεν. καὶ πρῶτον μὲν ἀποστάσης Αἰγύπτου, τί διαπέπρακται πρὸς τοὺς ἔχοντας αὐτήν; οὐκ ἐκεῖνος μὲν ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον κατέπεμψε τοὺς εὐδοκιμωτάτους Περσῶν, Ἀκροκόμαν καὶ Τιθραύστην, καὶ Φαριάβαζον; οὗτοι δὲ τρία ἔτη μείναντες, καὶ πλείω κακὰ παθόντες ἢ ποιήσαντες, τελευτῶντες οὕτως αἰσχρῶς ἀπηλλάγησαν, ὥστε τοὺς ἀφεστῶτας μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ τῶν ὁμόρων ζητεῖν ἐπάρχειν. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπ᾽ Εὐαγό-

ραν

ego tamen istos non tam impedire, quàm accelerare expeditionem arbitror. Nam si nobis omnibus consentientibus, ipse turbis agitatus, non facilè oppugnari poterit: illud haud dubiè tempus ualde metuendum erit, cùm res Barbarorum pacatæ, concordesq́; ipsi fuerint: nos uerò, uti nunc, hostilibus inter nos animis fuerimus. Etsi autem meam illi sententiam confirmant: tamen ne sic quidem rectè illius potentiam æstimant. Nam si demonstrarent, eum antehac aliquando urbem simul utranque superasse: non iniuria nunc etiam terrere nos conarentur. Si uerò nunquam id factum est, sed dum nos & Lacedæmonij digladiamur, cum alterutris coniunctus, opes eorum florentiores reddidit: nullum hoc signum est potentiæ illius. Sæpè enim huiusmodi temporibus exiguæ uires multum momenti habuerunt. Nam & de Chijs poßim dicere, cum utris illi fecerint, eos in mari fuisse potentiores. Verùm non ex eo spectandæ regis opes sunt, quando cum alterutris se coniunxit: sed inde, cùm ipse per se bellum geßit. Ac primùm Aegyptus cum defecisset, quid contra illos effecit, qui eam tenebant? An non bellum maximæ inter Persas autoritatis uiris Acrocomæ & Tithraustæ & Pharnabazo mandauit? Hi uerò bello in tertium annum ducto, pluribus cladibus acceptis, quàm illatis, adeò turpiter discesserunt, ut qui defecerant, non iam contenti libertate, finitimos etiam inuaderent. Post hæc bello contra Euago-

ραν στρατεύσας, ὃς ἄρχει μὲν μιᾶς πόλεως τῶν ἐν Κύπρῳ, ἐν δὲ ταῖς συνθήκαις ἔκδοτός ἐστιν: οἰκῶν δὲ τὴν νῆσον, κατὰ μὲν θάλασσαν προδεδυστύχηκεν, ὑπὲρ δὲ τῆς χώρας τρισχιλίους ἔχει μόνον πελταστάς: ἀλλ' ὅμως οὕτω ταπεινῆς δυνάμεως οὐ δύναται περιγενέσθαι βασιλεὺς πολεμῶν, ἀλλ' ἤδη μὲν ἓξ ἔτη διατέτριφεν: εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι, πολὺ πλεῖον ἐλπίς ἐστιν, ἕτερον ἀποστῆναι, πρὶν ἐκεῖνον ἐκπολιορκηθῆναι. τοιαῦται βραδυτῆτες ἐν ταῖς πράξεσι ταῖς βασιλέως ἔνεισιν. Ἐν δὲ τῷ πολέμῳ τῷ περὶ Κνίδον, ἔχων μὲν τοὺς Λακεδαιμονίων συμμάχους εὔνους, διὰ τὴν χαλεπότητα τῶν πολιτειῶν, χρώμενος δὲ ταῖς ὑπηρεσίαις ταῖς παρ' ἡμῶν, στρατηγοῦντος δ' αὐτῷ Κόνωνος, ὃς ἦν ἐπιμελέστατος μὲν τῶν στρατηγῶν, πιστότατος δὲ τοῖς Ἕλλησιν, ἐμπειρότατος δὲ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον κινδύνων: τοιοῦτον λαβὼν συναγωνιστὴν, τρία μὲν ἔτη περιεῖδε τὸ ναυτικὸν τὸ περὶ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ τριήρων ἑκατὸν μόνον πολιορκούμενον, πεντεκαίδεκα δὲ μηνῶν τοὺς στρατιώτας τὸν μισθὸν ἀπεστέρησεν. ὥστε τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνῳ, πολλάκις ἂν διελύθησαν. διὰ δὲ τὸν ἐφεστῶτα κίνδυνον, καὶ τὴν συμμαχίαν τὴν περὶ Κόρινθον συστᾶσαν, μόλις ποτὲ ναυμαχοῦντες ἐνίκησαν. Καὶ ταῦτ' ἐστὶ τὰ βασιλικώτατα καὶ σεμνότατα τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων, καὶ περὶ ὧν οὐδέποτε παύονται λέγοντες, οἱ βουλόμενοι τὰ τῶν βαρβάρων μεγάλα ποιεῖν. ὥστ' οὐδεὶς ἂν ἔχοι τοῦτ' εἰπεῖν, ὡς οὐ δικαίοις χρῶμαι τοῖς παραδείγμασιν: οὐδ' ὡς ἐπὶ μικροῖς διατρίβω, τὰς μεγίστας τῶν πράξεων παραλιπών. φεύγων γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν, τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων διῆλθον: οὐκ ἀμνημονῶν οὐδ' ἐκείνων,

μετάβασις ἀπὸ τῶν μειζόνων ἐπὶ τὰ ἐλάσσω.

ram moto, unius urbis Cypriæ dominum, & in fœdere deditum: qui cum insulam incolat, & mari prius cladem acceperit, & pro suæ regionis defensione tria millia cetratorum duntaxat habeat: tamen copias adeò tenues rex bello superare nequit, sed & iam in eo sex annos contriuit: & (si coniectura futurorum è præteritis capi debet) sperandum est fore, ut alius quispiam prius deficiat, quàm hic in deditionem redigatur: adeò lente ac segniter actiones regis procedere solent. In bello autem ad Cnidum gesto, cum Lacedæmoniorum socios, ob gubernationum sæuitiam, bene cupientes haberet, nostrisq; remigijs uteretur, Conone illi ducente exercitum, omnium imperatorum & diligentißimo, & fidelißimo Græcis, & peritißimo rei militaris: quanquam talem nactus adiutorem, tamen Asianam classem tantùm à centum triremibus triennio passus est obsideri, & XV. mensium stipendio militem fraudauit. Itaque, quod ad illum quidem attinebat, sæpe dilapsi fuissent: sed propter imminens periculum, & societatem ad Corinthum constitutam, uix tandem nauali prælio uicerunt. Hæc sunt eius maximè regia splendidißimaq; facinora, quæ iactare uerbis nunquam desistunt, amplificandæ Barbaricæ potentiæ studiosi. Itaque nemo dicere potest, me non ijs exemplis uti, quib. deceat: aut paruis commemorandis immorari, maximis rebus prætermißis. Nam quò crimen hoc declinarem, clarißima eius facta recensui: non quin illa etiã meminissem,

Transitio à maiorib. ad minora.

κων, ὅτι Δερκυλλίδας μὲν χιλίους ἔχων ὁπλίτας, τῆς
Αἰολίδος ἐπῆρξε: Δράκων δ' Ἀταρνέα καταλαβὼν,
καὶ τρισχιλίους πελταστὰς συλλέξας, τὸ Μύσιον πε-
δίον ἀνάστατον ἐποίησε. Θίμβρων δ' ὀλίγῳ πλείους τού-
των διαβιβάσας, τὴν Λυδίαν πᾶσαν ἐπόρθησεν: Ἀ-
γησίλαος δὲ τῷ Κύρου στρατοπέδῳ χρώμενος, μι-
κροῦ δεῖν τῆς ἐντὸς Ἅλυος χώρας ἁπάσης ἐκράτη-
σε. καὶ οὐδὲ τὴν στρατιὰν τὴν μετὰ βασιλέως περιπο-
λοῦσαν, οὐδὲ τὴν Περσῶν ἀνδρείαν ἄξιον φοβηθῆ-
ναι. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι φανερῶς ἐπεδείχθησαν ὑπὸ τῶν
Κύρῳ συναναβάντων, οὐδὲν βελτίους ὄντες τῶν ἐπὶ
θαλάττης. τὰς μὲν γὰρ ἄλλας, μάχας ὅσας ἡττήθησαν
ἐῶ, καὶ τίθημι στασιάζειν αὐτοὺς, καὶ μὴ βούλεσθαι προ-
θύμως πρὸς τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως διακινδυ-
νεύειν· ἀλλ' ἐπειδὴ Κύρου τελευτήσαντος, συνῆλθον ἅ-
παντες οἱ τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντες, ἐν τούτοις τοῖς και-
ροῖς οὕτως αἰσχρῶς ἐπολέμησαν, ὥστε μηδένα λόγον
ὑπολείπειν τοῖς εἰθισμένοις τὴν τῶν Περσῶν ἀνδρείαν
ἐπαινεῖν. λαβόντες γὰρ ἑξακισχιλίους τῶν Ἑλλήνων, οὐκ
ἀριστίνδην μὲν ἐπιλελεγμένους, ἀλλ' οἳ διὰ φαυ-
λότητα ἐν ταῖς ἑαυτῶν πόλεσιν οὐχ οἷοί τ' ἦσαν ζῆν, ἀ-
πείρους μὲν τῆς χώρας ὄντας, ἐρήμους δὲ συμμάχων γε-
γενημένους, προδεδομένους δὲ ὑπὸ τῶν συναναβάντων,
ἀπεστερημένους δὲ τοῦ στρατηγοῦ, μεθ' οὗ συνηκολούθησαν:
τοσοῦτον ἥττους αὐτῶν ἦσαν, ὥσθ' ὁ βασιλεὺς ἀπορήσας
τοῖς παροῦσι πράγμασι, καὶ καταφρονήσας τῆς περὶ αὑτὸν
δυνάμεως, τοὺς ἄρχοντας τοὺς τῶν Ἑλλήνων ὑποσπόν-
δους συλλαβεῖν ἐτόλμησεν, ὡς εἰ τοῦτο παρανομήσειε, συν-
ταράξων τὸ στρατόπεδον, καὶ μᾶλλον εἵλετο περὶ τοὺς θε-
οὺς ἐξαμαρτεῖν, ἢ πρὸς ἐκείνους ἐκ τοῦ φανεροῦ διαγωνί-
σασθαι,

ſem, Dercyllidam mille armatis Aeolidem occupaſſe: Draconem Atarneo capto, & tribus millibus cetratorum collectis, Myſium campum uaſtaſſe: Thimbronem paulò pluribus traiectis, totam Lydiam eſſe populatum: Ageſilaum Cyri uſum exercitu, prouincijs propè omnibus, quæ intra Halym amnem ſitæ ſunt, eſſe potitum. Neque verò uel exercitus, qui regi perpetuò præſtò eſt: uel fortitudo Perſarum extimeſcenda eſt. Nam qui cum Cyro in Perſiam aſcenderunt, nihilo præſtantiores eos eſſe, quàm maris accolas, apertè oſtenderunt. Vt enim cætera prælia, quibus uicti ſunt, præteream: & eos, in diſſenſione, contra fratrem Regis ſtrenue pugnare noluiſſe, concedam: at Cyro mortuo, cum omnes qui Aſiam incolunt, conueniſſent, illis temporibus bellum adeò turpiter geſſerunt, ut nihil quod dicant, ijs reliqui fecerint, qui Perſarum fortitudinem prædicare conſueuerunt. Quum enim in ſex millia Græcorum incidiſſent, qui quidem non ex optimis delecti, ſed homines ita perditi fuerunt, ut in ſuis ciuitatibus uiuere non poſſent: ignari regionis, deſtituti à ſocijs, à comitibus proditi, duce quem ſecuti fuerant amiſſo: tanto tamen his inferiores fuerunt, ut rex animi dubius, quid agendum eſſet, ſuis copijs contemptis, principes Græcorum contra fidem datam comprehendere non dubitaret: tanquam uiolata iuriſiurandi religione conturbaturus exercitum, & in Deos impius eſſe mallet, quàm aperto Marte cum eis di-

νίσασθαι. διαμαρτόντων δὲ τῆς ἐπιβουλῆς, καὶ τῶν στρατιωτῶν συμμεινάντων, καὶ καλῶς ἐνεγκάντων τὴν συμφοράν: ἀπιοῦσιν αὐτοῖς, Τισαφέρνην καὶ τοὺς ἱππέας συνέπεμψεν, ὑφ' ὧν ἐκεῖνοι παρὰ πᾶσαν ἐπιβουλευόμενοι τὴν ὁδὸν, ὁμοίως διεπορεύθησαν, ὡσπερανεὶ προπεμπόμενοι· μάλιστα μὲν φοβούμενοι τὴν ἀοίκητον τῆς χώρας, μέγιστον δὲ τῶν ἀγαθῶν νομίζοντες εἰ τῶν πολεμίων ὡς πλείστοις ἐντύχοιεν. Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων. ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐπὶ μὲν λείαν ἐλθόντες, οὐδὲ κώμην καταλαβόντες, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν τὸν βασιλέα στρατεύσαντες: ἀσφαλέστερον κατέβησαν τῶν περὶ φιλίας αὐτῷ πρεσβευόντων. ὥστε μοι δοκοῦσιν ἐν ἅπασι τοῖς τόποις σαφῶς ἐπιδεδεῖχθαι τὴν αὐτῶν μαλακίαν. καὶ γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Ἀσίας, πολλὰς μάχας ἥττηνται: καὶ διαβάντες εἰς τὴν Εὐρώπην, δίκην ἔδοσαν. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν κακῶς ἀπώλοντο, οἱ δ' αἰσχρῶς ἐσώθησαν, καὶ τελευτῶντες ἐπ' αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις καταγέλαστοι γεγόνασι. Καὶ τούτων οὐδὲν ἀλόγως γέγονεν, ἀλλὰ πάντα εἰκότως ἀποβέβηκεν. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τοὺς οὕτω τρεφομένους καὶ πολιτευομένους, οὔτε τῆς ἄλλης ἀρετῆς μετέχειν, οὔτ' ἐν ταῖς μάχαις τρόπαιον ἵστασθαι τῶν πολεμίων. πῶς γὰρ ἂν ἐν τοῖς ἐκείνων ἐπιτηδεύμασιν ἐγγενέσθαι δύναιτ' ἂν ἢ στρατηγὸς δεινὸς, ἢ στρατιώτης ἀγαθός; ὧν τὸ μὲν πλεῖστόν ἐστιν ὄχλος ἄτακτος, καὶ κινδύνων ἄπειρος, πρὸς μὲν τὸν πόλεμον ἐκλελυμένος, πρὸς δὲ τὴν δουλείαν ἄμεινον τῶν παρ' ἡμῖν οἰκετῶν πεπαιδευμένος. οἱ δ' ἐν ταῖς μεγίσταις δόξαις ὄντες αὐτῶν, ὁμαλῶς μὲν οὐδὲ κοινῶς οὐδὲ πολιτικῶς οὐδὲ πώποτ' ἐβίωσαν: ἅπαντα δὲ τὸν χρόνον διάγουσιν, εἰς μὲν τοὺς ὑβρί-

ὡς καταφρονήτους ἀποδείκνυσι τοὺς Πέρσας ἐκ τῆς ἀγωγῆς.

ζοντες.

micare. Cùm aũt hæ insidiæ non processissent, conatusq́; is fuisset irritus, & milites ea calamitate non cõsternati, unà mansissent, in eos abeũtes Tissaphernem cum equitib. immisit: à quibus in toto itinere insidijs appetiti, perinde perrexerũt, ac si officij causa deducerẽtur, nihil ita metuentes ut loca deserta: idq́; summũ bonũ existimãtes, si in hostes quàm confertissimos incidissent. Illud autem caput est eorum quæ diximus, quòd cùm neq; prædas abegissent, neque uillam occupassent, sed infestis armis ipsum regem petijssent: minore cum periculo descenderunt, quàm qui expetendæ Persarũ amicitiæ causa legationes obierũt. Itaq; mihi uidentur ubiq; terrarum perspicuè molliciem suam demonstrasse. Nam & in maritimis Asiæ locis multis prælijs uicti sunt: & in Europam transgressi, pœnas dederunt (alij enim eorum malè perierunt, alij turpiter euaserunt) deniq; ad ipsam regiam se deridendos præbuerunt. Neque horum quicquam temerè factum est, sed omnia iurè meritoq́; euenerunt. Nec enim fieri potest, ut qui sic educãtur, et ad hunc modũ res suas administrãt, uel ulla uirtute prædití sint, uel deuictis hostibus triumphent. Quo enim pacto inter eos, his moribus, uel egregius imperator, uel miles strenuus possit existere? quorum pars maxima est turba incõposita, & militiæ rudis: ut bello gerendo dissoluta, sic ad seruitutem famulis nostris melius erudita. Celeberrimi autem & honoratissimi quiq; eorum, nunquam æquabiliter aut populariter ciuilitérue uixerunt: sed omnẽ ætatem ita exegerũt, ut alijs insul

In contemptum adducit Persas, eorum institutione criminanda.

ζοντες, τοῖς δὲ δουλεύοντες, ὡσανεὶ ἄνθρωποι μάλιστα
τὰς φύσεις διεφθαρμένοι: καὶ τὰ μὲν σώματα διὰ
τοὺς πλούτους τρυφῶντες, τὰς δὲ ψυχὰς διὰ τὰς μο-
ναρχίας ταπεινὰς καὶ περιδεεῖς ἔχοντες: ἐξεταζόμενοι δὲ
πρὸς αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις, καὶ προκυλινδούμενοι, καὶ
πάντα τρόπον μικρὸν φρονεῖν μελετῶντες, θνητὸν μὲν
ἄνδρα προσκυνοῦντες, καὶ δαίμονα προσαγορεύοντες,
τῶν δὲ θεῶν μᾶλλον ἢ τῶν ἀνθρώπων καταφρονοῦντες.
τοιγαροῦν οἱ καταβαίνοντες αὐτῶν ἐπὶ θάλατταν, οὓς
καλοῦσι σατράπας, οὐ καταισχύνουσι τὴν ἐκείνων παί-
» δευσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἤθεσι τοῖς αὐτοῖς διαμένουσι: πρὸς
» μὲν τοὺς φίλους ἀπίστως, πρὸς δ' ἐχθροὺς ἀνάνδρως ἔ-
» χοντες, καὶ τὰ μὲν ταπεινῶς, τὰ δ' ὑπερηφάνως ζῶν-
» τες: τῶν μὲν συμμάχων καταφρονοῦντες, τοὺς δὲ πολε-
» μίους θεραπεύοντες. τὴν μέν γε μετ' Ἀγησιλάου στρα-
τιὰν, ὀκτὼ μῆνας ταῖς ἑαυτῶν δαπάναις διέθρεψαν:
τοὺς δὲ ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεύσαντας, ἑτέρου τοσού-
του χρόνου τὸν μισθὸν ἀπεστέρησαν· καὶ τοῖς μὲν Κι-
σθήνην καταλαβοῦσιν, ἑκατὸν τάλαντα διένειμαν:
τοὺς δὲ μεθ' ἑαυτῶν εἰς Κύπρον στρατευσαμένους, μᾶλ-
λον ἢ τοὺς αἰχμαλώτους ὕβριζον. ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν,
καὶ μὴ καθ' ἕκαστον, ἀλλ' ὡς ἐπὶ πολὺ, τίς ἢ τῶν πο-
λεμησάντων αὐτοῖς οὐκ εὐδαιμονήσας ἀπῆλθεν; ἢ
τῶν ὑπ' ἐκείνοις γενομένων οὐκ αἰκισθεὶς τὸν βίον ἐτε-
λεύτησεν; οὐ Κόνωνα μὲν, ὃς ὑπὲρ τῆς Ἀσίας στρα-
τηγήσας, τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχὴν κατέλυσεν, ἐπὶ
θανάτῳ συλλαβεῖν ἐτόλμησαν; Θεμιστοκλέα δ', ὃς
ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος αὐτοὺς κατεναυμάχησε, καὶ
τῶν μεγίστων δωρεῶν ἠξίωσαν; καίτοι πῶς χρὴ τὴν τού-
των φιλίαν ἀγαπᾶν, οἳ τοὺς μὲν εὐεργέτας τιμωροῦν-
τοὺς

ὡς μῖσος καθιστάναι πειρᾶται τοὺς βαρβάρους.

tarent, alijs inseruirent, quippe homines corruptissimis ingenijs. Ac corpora illi quidem propter diuitias exornant: animis autem propter Monarchiam humilibus & consternatis præditi, trepidant: ut qui ad ipsam regiam præstolentur, & procumbant, & omnibus modis abiecto esse animo meditentur: cum quidem hominem mortalem adorent, & Deum appellent, Deos autem magis quàm homines contemnant. Proinde isti qui ad mare descendunt, quos Satrapas uocant, non dedecori sunt Persicæ disciplinæ, sed eadem tenent instituta: amicis fidem non seruantes, contra inimicos effœminati: partim abiectè, partim superbè uiuentes: cum socios despiciant, hostes colunt. Agesilai certè quidem exercitũ suis sumptibus octo menses aluerunt: qui uerò pro eis in acie steterant, eos bis totidem mensiũ stipendio fraudarunt. Ac ijs quidem qui Cisthenen occuparant, centum talenta sunt largiti: eos autem qui cum ipsis in Cypro militarant, contumeliosius quàm captiuos tractarunt. Et ut in pauca rem conferam, neq; singula consecter, sed in genere dicam: quis aut bellum cum eis gessit, quin locupletatus recesserit? aut in eorum potestatem cecidit, quin per cruciatum interierit? Nónne Cononem, qui, cum pro Asia duceret exercitũ, Lacedæmonijs imperium eripuerat, comprehensum interficere sunt ausi? Themistoclem uerò, qui pro Græciæ defensione prælio nauali eos uicerat, ingentibus præmijs affecerunt? Quis igitur illorum amicitiam expetendã ducat, qui & benè meritos supplicijs cohercent, & hosti-

Odiũ concitare Barbaris conatur.

τοὺς δὲ κακῶς ποιοῦντας οὕτως ἐπιφανῶς κολακεύουσι; περὶ τίνας δ' ἡμῶν οὐκ ἐξαμαρτάνουσι; ποῖον δὲ χρόνον διαλελοίπασιν οὐκ ἐπιβουλεύοντες τοῖς ἕλλησι; τί δ' οὐκ ἐχθρὸν αὐτοῖς ἐστι τῶν παρ' ἡμῖν; οἳ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἕδη, καὶ τοὺς νεὼς συλᾶν ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ καὶ κατακαίειν ἐτόλμησαν; διὸ καὶ τοὺς Ἴωνας ἄξιον ἐπαινεῖν, ὅτι τῶν ἐμπρησθέντων ἱερῶν ἐπηράσαντο, εἴ τινες οἰκοδομήσειαν, ἢ πάλιν εἰς τὰ ἀρχαῖα καταστῆσαι βουληθεῖεν, οὐκ ἀποροῦντες, ὅθεν ἐπισκευάσωσιν, ἀλλ' ἵνα ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγιγνομένοις ᾖ τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας, καὶ μηδεὶς πιστεύῃ τοῖς τοιαῦτα εἰς τὰ τῶν θεῶν ἕδη ἐξα-
» μαρτεῖν τολμήσασιν: ἀλλὰ καὶ φυλάττωνται, καὶ δε-
» δίωσιν, ὁρῶντες, αὐτοὺς οὐ μόνον τοῖς σώμασιν ἡμῶν,
» ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀναθήμασι πολεμήσαντας. ἔχω δὲ καὶ περὶ τῶν πολιτῶν, τῶν ἡμετέρων, πολλὰ τοιαῦτα διελθεῖν. καὶ γὰρ οὗτοι πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους, ὅσοις πεπολεμήκασιν, ἅμα διαλλάττονται, καὶ τῆς ἔχθρας τῆς προγεγενημένης ἐπιλανθάνονται: τοῖς δ' ἠπειρώταις, οὐδ' ὅταν εὖ πάσχωσι, χάριν ἴσασιν· οὕτως ἀείμνηστον πρὸς αὐτοὺς τὴν ὀργὴν ἔχουσιν. καὶ πολλῶν μὲν οἱ πατέρες ἡμῶν μηδισμοῦ θάνατον κατέγνωσαν, ἐν δὲ τοῖς συλλόγοις ἔτι καὶ νῦν ἀρὰς ποιοῦνται, πρὶν ἄλλό τι χρηματίζειν, εἴ τις ἐπικηρυκεύεται Πέρσαις τῶν πολιτῶν. Εὐμολπίδαι δὲ, καὶ κήρυκες ἐν τῇ τελετῇ τῶν μυστηρίων διὰ τὸ τούτων μῖσος, καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ τοῖς ἀνδροφόνοις, προαγορεύουσιν. οὕτω δὲ φύσει πολεμικῶς πρὸς αὐτοὺς ἔχομεν, ὥστε καὶ τῶν μύθων ἥδιστα συνδιατρίβομεν τοῖς τρωϊκοῖς καὶ περσικοῖς, δι' ὧν ἔστι πυνθάνεσθαι

τὰς

& hostibus tam insigniter adulantur? Quos uerò nostrûm non uiolant? quo tempore insidiari Græcis destiterũt? Quid rerum omniũ habemus, in quod isti non animo sint hostili? qui & simulachra Deorum immortalium, & templa spoliare priore bello, & comburere non dubitarunt? Quare laudandi sunt Iones, quòd diris eos execrationibus deuouerunt, qui templa cremata instaurarent, aut in ijsdem fundamentis exædificarent: non quòd deesset unde ea reficerent, sed ut monimẽta posteris essent Barbarorũ impietatis: & nemo fidem ijs haberet, qui ad eũ modum in templa Deorum immortaliũ grassari non dubitassent: sed eos & cauerent & formidarent omnes, quos non tantùm corporibus nostris cernerẽt, sed etiã religioni bellũ intulisse. Possum & de ciuibus nostris multa huius generis referre. Nam cum cæteris, contra quos bella gesserunt, simulac in gratiam reditum est, inimicitiarum ueterum obliuiscuntur: Asianis autem ne pro acceptis quidem beneficijs gratiam habent. Adeò immortalem in eos iram gerunt. Nam & patres nostri multos capitis damnarũt, quòd Medis studere uiderẽtur: & in concilijs etiã hodie, antequam publicè quicquam aliud decernatur, si quis ciuium, Persarum pacem aut amicitiam expetat, eum deuotionibus obstringunt. Eumolpidæ autẽ & præcones in festo Initiorũ, cæteris quoq; Barbaris, horum odio, tanquã homicidis sacra interdicunt. Natura porrò sic eos odimus, ut nullis fabulis perinde gaudeamus, ac Troianis & Persicis, è quibus clades

eorum

τὰς ἐκείνων συμφοράς. Εὕροι δ' ἂν τις, ἐκ μὲν τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους ὕμνους πεποιημένους, ἐκ δὲ τοῦ πρὸς Ἕλληνας θρήνους ἡμῖν γεγενημένους· καὶ τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἑορταῖς ᾀδομένους, τῶν δ' ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ἡμᾶς μεμνημένους. οἶμαι δὲ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν μείζω λαβεῖν δόξαν, ὅτι καλῶς τοὺς πολεμήσαντας τοῖς βαρβάροις ἐνεκωμίασε· καὶ διὰ τοῦτο βουληθῆναι τοὺς προγόνους ἡμῶν ἔντιμον αὐτοῦ ποιῆσαι τὴν τέχνην, ἔν τε τοῖς τῆς μουσικῆς ἄθλοις, καὶ τῇ παιδεύσει τῶν νεωτέρων· ἵνα πολλάκις ἀκούοντες τῶν ἐπῶν, ἐκμανθάνωμεν τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς αὐτοὺς ὑπάρχουσαν· καὶ ζηλοῦντες τὰς ἀρετὰς τῶν στρατευσαμένων ἐπὶ Τροίαν, τῶν αὐτῶν ἔργων ἐκείνοις ἐπιθυμῶμεν. ὥστε μοι δοκεῖ πολλὰ λίαν εἶναι τὰ παρακελευόμενα πολεμεῖν αὐτοῖς, μάλιστα δ' ὁ παρὼν καιρὸς, ὃν οὐκ ἀφετέον, οὐ σαφέστερον οὐδέν. καὶ γὰρ αἰσχρὸν, παρόντι μὲν μὴ χρῆσθαι, παρελθόντος δ' αὐτοῦ μεμνῆσθαι. τί γὰρ ἂν καὶ βουληθείημεν ἡμῖν προσγενέσθαι, μέλλοντες βασιλεῖ πολεμεῖν, ἔξω τῶν νῦν ὑπαρχόντων; οὐκ Αἴγυπτος μὲν αὐτοῦ καὶ Κύπρος ἀφέστηκε; Φοινίκη δὲ καὶ Συρία διὰ τὸν πόλεμον ἀνάστατοι γεγόνασι; Τύρος δὲ, ἐφ' ᾗ μέγα ἐφρόνησεν, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐκείνου κατείληπται; τῶν δ' ἐν Κιλικίᾳ πόλεων, τὰς μὲν πλείστας οἱ μεθ' ἡμῶν ὄντες ἔχουσι, τὰς δ' οὐ χαλεπόν ἐστι κτήσασθαι; Λυκίας δ' οὐδ' εἷς πώποτε Περσῶν ἐκράτησεν. Ἑκατόμνως δ' ὁ Καρίας ἐπίσταθμος, τῇ μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκεν· ὁμολογήσει δ', ὅταν ἡμεῖς βουληθῶμεν. ἀπὸ δὲ Κνίδου μέχρι Σινώπης, Ἕλληνες τὴν Ἀσίαν παροικοῦσιν, οὓς οὐ δεῖ πείθειν, ἀλλὰ μὴ

ἐκ τοῦ καιροῦ, συνίστησι τὸ ἀδύνατον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐπισπεύδει τὴν στρατιάν.

eorum cognoscere liceat. Illud etiam reperias, de bellis Barbaricis hymnos, de Græcis nænias extitisse nobis: ac illos quidem in festis cani, harum autem in calamitatibus nos meminisse. Atque etiam Homeri poesin propterea in maiore esse precio arbitror, quòd eos qui Barbaros oppugnarunt, præclaris laudibus extulit: nostrosq́; maiores artem eius propterea honoratam esse uoluisse, tum in certaminibus Musicis, tum in educatione puerorum: ut sæpe carmina illa audientes, inimicitias, quæ nobis cum Barbaris intercederent, edisceremus: & uirtutem nostrorum qui ad Troiam militarunt admirantes, eorundem facinorum gloriam adamaremus. Itaque mihi quidem nimis esse multa uidentur, quæ nos incitent ad bellum eis inferendum, in primis autem occasio: quæ tam præclara cum sit, non est amittenda. Etenim turpe fuerit, ea dum adest non uti, elapsam desiderare. Quid enim Regi bellum illaturi optabimus amplius, quàm ea quæ nunc suppetunt? Non Aegyptus & Cyprus ab eo defecerunt? non Phœnicia & Syria bello uastatæ sunt? non Tyrus, quæ animos illi fecit, ab hostibus eius occupata est? non Ciliciæ ciuitates plerasque hi tenent qui nobiscum faciunt, reliquæ facile subigentur? Lycia uerò Persarum nemo unquam potitus est. Iam Hecatomnus Cariæ præses reuerà iam olim defecit: sed id præ se feret, ubi nos uoluerimus. A Cnido Sinopen usque Græci Asiam accolunt: quibus non persuadendum, sed obstan-

Regis Persici imbecillitatē probat conditione temporum exponēdas & expeditionē accelerare studet.

μὴ κωλύειν πολεμεῖν. καὶ τοιούτων ὁρμητηρίων ὑπαρ-
ξάντων, καὶ τοσούτου πολέμου τὴν Ἀσίαν περιστάντος:
τί δεῖ τὰ συμβησόμενα λίαν ἀκριβῶς προαγορεύειν;
ὅπου γὰρ μικρῶν μερῶν ἥττους εἰσί: πῶς ἂν διατεθεῖεν,
εἰ πᾶσιν ἡμῖν πολεμεῖν ἀναγκασθεῖεν; ἔχει δ' οὕτως.
ἐὰν μὲν ὁ βάρβαρος ἐρρωμενεστέρως κατάσχῃ τὰς
πόλεις τὰς ἐπὶ θαλάττῃ, φρουρὰς μείζους ἐν αὐταῖς ἢ
νῦν ἐγκαταστήσας: τάχ' ἂν καὶ τῶν νήσων, αἳ εἰσι περὶ
τὴν ἤπειρον, οἷον Ῥόδος καὶ Σάμος καὶ Χίος, ἐπὶ τὰς
ἐκείνου τύχας ἀποκλίναιεν. ἢν δ' ἡμεῖς αὐτὰς πρό-
τεροι καταλάβωμεν, εἰκὸς τοὺς τὴν Λυδίαν καὶ Φρυγί-
αν, καὶ τὴν ἄλλην τὴν ὑπερκειμένην χώραν οἰκοῦντας,
ἐπὶ τοῖς ἐντεῦθεν ὁρμωμένοις εἶναι. διὸ δεῖ σπεύδειν,
καὶ μηδεμίαν ποιεῖσθαι διατριβήν: ἵνα μὴ πάθωμεν,
ὅπερ οἱ πατέρες ἡμῶν. ἐκεῖνοι γὰρ ὑστερήσαντες τῶν βαρβά-
ρων, καὶ προέμενοί τινας τῶν συμμάχων, ἠναγκάσθη-
σαν ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς κινδυνεύειν: ἐξὸν αὐτοῖς προ-
τέροις διαβᾶσιν εἰς τὴν ἤπειρον μετὰ πάσης τῆς τῶν
ἑλλήνων δυνάμεως, ἐν μέρει τῶν ἐθνῶν ἕκαστον χει-
» ρώσασθαι. δέδεικται γάρ, ὅταν τις πολεμῇ πρὸς ἀν-
» θρώπους ἐκ πολλῶν συλλεγομένους τόπων, ὅτι δεῖ
» μὴ περιμένειν, ἕως ἂν ἀθροισθῶσιν, ἀλλ' ἔτι διεσπαρ-
» μένοις αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν προεξαμαρ-
τόντες, ἅπαντα ταῦτα ἐπηνωρθώσαντο, καταστάντες
εἰς τοὺς μεγίστους ἀγῶνας. ἡμεῖς δ', ἂν σωφρονῶμεν,
ἐξ ἀρχῆς φυλαξόμεθα, καὶ πειρασόμεθα φθῆναι περὶ
τὴν Λυδίαν καὶ περὶ τὴν Ἰωνίαν στρατόπεδον ἐγκαταστή-
σαντες: εἰδότες ὅτι καὶ βασιλεὺς οὐχ ἑκόντων ἄρχει τῶν ἠπει-
ρωτῶν, ἀλλὰ μείζω δύναμιν περὶ αὐτὸν ἑκάστων αὐτῶν
ποιησάμενος: ἧς ἡμεῖς ὁπόταν κρείττω διαβιβάσω-
μεν,

obstandum non est, ut bellum gerant. Cùm igitur tantas opportunitates habeamus, tantumq́ bellum Asiã circũdaturũ sit: quorsum attinet euẽtura quæ sint, prædicere accuratius? Qui enim à paruis partibus uincuntur, quomodo totius Græciæ uires susti nebunt? Res autem ita se habet. Si quidẽ Barbarus maritimas ciuitates firmaret, maiorib. quàm nunc præsidijs impositis: fortaßis etiam Insulæ Asiæ uicinæ, ut Rhodus, & Chios, & Samus, ad illius fortunas inclinarent. Si uerò nos priores eas occupauerimus: etiam Lydos & Phryges, & cæteros qui supra illos incolunt, in eorum potestate fore probabile est, qui hinc bellum mouerint. Quare festinandum est, & nulla mora interponenda, ne idem quod nostris patribus, nobis accidat: qui, cùm Barbaris segniores, quosdam è socijs deseruissent, pauci cum multis pugnare sunt coacti: cùm, si priores in Asiam traiecissent, totius Græciæ uiribus, singulas gentes per uices subigere licuisset. Nam cùm bello petendi sunt homines, qui multis è locis colliguntur: res ipsa declarat, non expectandum esse dum conuenerint, sed dispersos adhuc esse inuadendos. Illi igitur cùm in hoc principiò peccassent, omnia hæc correxêre, periculosißimis prælijs commißis. Nos autem, si sapimus, statim initiò cauebimus: operámque dabimus, ut exercitu circa Lydiam & Ioniam collocato, anteuertamus. Scimus enim etiam Regem Asianis imperare non uolentibus: sed quia semper maiores copias secũ habet, quàm singuli illorum. Quib. si nos robustiorem exercitũ traieceri-

μεν, ἣν βουληθέντες ῥαδίως ἂν ποιήσαιμεν, ἀσφα-
λῶς ἅπασαν τὴν Ἀσίαν καρπωσόμεθα. πολὺ δὲ κάλ-
λιον ἐκείνῳ περὶ τῆς βασιλείας πολεμεῖν, ἢ πρὸς ἡ-
μᾶς αὐτοὺς περὶ τῆς ἡγεμονίας ἀμφισβητεῖν. ἄξιον δὲ
ἐπὶ τῆς νῦν ἡλικίας ποιήσασθαι τὴν στρατιάν, ἵν' οἱ
τῶν συμφορῶν κοινωνήσαντες, οὗτοι καὶ τῶν ἀγαθῶν
ἀπολαύσωσιν, καὶ μὴ πάντα τὸν χρόνον δυστυχοῦντες
„ διαγάγωσιν. ἱκανὸς γὰρ ὁ παρεληλυθὼς χρόνος, ἐν
„ ᾧ τί τῶν δεινῶν οὐ γέγονε; πολλῶν γὰρ κακῶν τῇ φύ-
„ σει τῶν ἀνθρώπων ὑπαρχόντων, αὐτοὶ πλείω τῶν
„ ἀναγκαίων προσεξευρήκαμεν, πολέμους καὶ στά-
„ σεις ἡμῖν αὐτοῖς ἐμποιήσαντες· ὥστε τοὺς μὲν ἐν ταῖς αὑ-
τῶν ἀνόμως ἀπόλλυσθαι· τοὺς δ' ἐπὶ ξένης μετὰ παί-
δων καὶ γυναικῶν ἀλᾶσθαι, πολλοὺς δὲ δι' ἔνδειαν
τῶν καθ' ἡμέραν ἐπικουρεῖν ἀναγκαζομένους, ὑπὲρ
τῶν ἐχθρῶν, τοῖς φίλοις μαχομένους, ἀποθνήσκειν·
ὑπὲρ ὧν οὐδεὶς πώποτ' ἠγανάκτησεν. ἀλλ' ἐπὶ ταῖς
συμφοραῖς, ταῖς ὑπὸ τῶν ποιητῶν συγκειμέναις,
δακρύειν ἀξιοῦσιν: ἀληθινὰ δὲ πάθη πολλὰ καὶ
„ δεινὰ γιγνόμενα διὰ τὸν πόλεμον ἐφορῶντες, τοσού-
„ του δέουσιν ἐλεεῖν, ὥστε καὶ μᾶλλον χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς
„ ἀλλήλων κακοῖς, ἢ τοῖς ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς. ἴσως
δ' ἂν καὶ τῆς ἐμῆς εὐηθείας πολλοὶ καταγελάσειαν,
εἰ δυστυχίαν ἀνδρῶν ἐν τοιούτοις καιροῖς ὀδυροίμην,
ἐν οἷς Ἰταλία μὲν ἀνάστατος γέγονε, Σικελία δὲ
καταδεδούλωται, τοσαῦται δὲ πόλεις τοῖς βαρβά-
ροις ἐκδέδονται, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη τῶν ἑλλήνων ἐν
τοῖς μεγίστοις κινδύνοις ἐστί. θαυμάζω δὲ τῶν δυνα-
στευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν, εἰ προσήκειν αὐτοῖς ἡγοῦν-
ται μέγα φρονεῖν, μηδὲν πώποτε ὑπὲρ τηλικού-
των

Παθοποιΐα, καὶ ἐπιτίμησις τῇ ἀμελείᾳ τῶν δυναστευόντων.

mus (id quod, uelimus modò, facilè fiet) securè uniuersa Asia fruemur. Multo autem præclarius est, cum illo de regno pugnare, quàm inter nosmetipsos contendere de principatu. Aequum & illud est, expeditionem hac suscipi ætate, ut qui calamitatum socij fuerunt, ijdem rerum secundarum etiam fructum capiant, neq; omnem ætatem in miserijs exigant. Satis enim longum fuit superius tempus, quo quæ acerbitates non acciderunt? Cum enim natura humana per se multis malis obnoxia sit: nos ipsi plura etiam necessarijs excogitauimus, bellis & seditionibus inter nos excitatis. Vnde alij in suis urbibus per iniuriam occiduntur: alij peregrè cum uxoribus & liberis oberrant: multi apud hostes stipendia facere inopia coacti, dum contra amicos pugnant, pro inimicis mortem oppetunt. Hæc nemini unquam indignationem mouerunt. Calamitates quidem à Poetis confictæ, lachrymas eis excutiunt: sed uera mala multa & peracerba, quæ bellum peperit, intuentes, adeò misericordia non commouentur, ut alij aliorum malis plus gaudeant, quàm suis bonis. Fortaßis autem simplicitatem meam deridebunt multi, qui calamitates hominum his temporibus deplorem, quibus & Italia deuastata est, & Sicilia seruitute oppressa, & tot urbes concessæ Barbaris, cæteræque Græciæ partes in maximis periculis uersantur. Ego uero miror, quomodo principes ciuitatum sibi superbiendum censeant, si nihil unquam tan-

Commiserationé mouet, ac principum ignauiam reprehendit.

των πραγμάτων μήτε εἰπεῖν, μήτε ἐνθυμηθῆναι δυνηθέντες. ἐχρῆν γὰρ αὐτούς, εἴπερ ἦσαν ἄξιοι τῆς παρούσης δόξης, ἁπάντων ἀφεμένους τῶν ἄλλων. περὶ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους εἰσηγεῖσθαι καὶ συμβουλεύειν. τυχὸν μὲν γὰρ, ἄν τι διεπέραναν. εἰ δὲ καὶ προαπεῖπον, ἀλλ' οὖν τούς γε λόγους ὥσπερ χρησμοὺς εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον κατέλιπον. νῦν
,, δὲ, οἱ μὲν ἐν ταῖς μεγίσταις δόξαις ὄντες, ἐπὶ μικροῖς
,, σπουδάζουσιν: ἡμῖν δὲ τοῖς τῶν πολιτικῶν ἐξεστηκόσιν
,, περὶ τηλικούτων πραγμάτων συμβουλεύειν κατα-
,, λελοίπασιν. οὐ μὴν ἀλλ' ὅσῳ μικροψυχότεροι τυγ-
,, χάνουσιν ὄντες οἱ προεστῶτες ἡμῶν, τοσούτῳ τοὺς ἄλ-
,, λους ἐρρωμενεστέρως δεῖ σκοπεῖν, ὅπως ἀπαλλαγη-
,, σώμεθα τῆς παρούσης ἔχθρας. Νῦν μὲν γὰρ μάτην ποιούμεθα τὰς περὶ τῆς εἰρήνης συνθήκας. οὐ γὰρ διαλυόμεθα τοὺς πολέμους, ἀλλ' ἀναβαλλόμεθα, καὶ περιμένομεν τοὺς καιροὺς, ἐν οἷς ἀνήκεστόν τι κακὸν, ἀλλήλους ἐργάσασθαι δυνησώμεθα. Δεῖ δὲ ταύτας τὰς ἐπιβολὰς ἐκποδὼν ποιησαμένους, ἐκείνοις τοῖς ἔργοις ἐπιχειρεῖν, ἐξ ὧν τάς τε πόλεις ἀσφαλέστερον οἰκήσομεν, καὶ πιστότερον διακεισόμεθα πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. ἔστι δ' ἁπλοῦς καὶ ῥᾴδιος ὁ λόγος ὁ περὶ τούτων. οὔτε γὰρ εἰρήνην οἷόν τέ ἐστι βεβαίαν ἀγαγεῖν, ἐὰν μὴ κοινῇ τοῖς βαρβάροις πολεμήσωμεν: οὔθ' ὁμονοῆσαι τοὺς Ἕλληνας, πρὶν ἂν καὶ τὰς φιλίας ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ τοὺς κινδύνους πρὸς τοὺς αὐτοὺς ποιη-
ἐκ τῶν ἐκβη- σώμεθα. τούτων δὲ γεγονότων, καὶ τῆς ἀπορίας τῆς περὶ
σομένων. τὸν βίον ἡμῶν ἀφαιρεθείσης, ἣ καὶ τὰς ἑταιρείας δια-
,, λύει, καὶ τὰς συγγενείας εἰς ἔχθραν προάγει, καὶ πάν-
,, τας ἀνθρώπους εἰς πολέμους καὶ στάσεις καθίστησιν: οὐκ ἔστιν

ὅπως

tis de rebus neque dicere neque cogitare potuerunt. Decuerat eos, si, qua florent autoritate, ea digni essent, relictis rebus omnibus, consilij de bello Barbaris inferendo se duces autoresque profiteri. Fortassis enim aliquid profecissent. Et ut prius diem suum obirent: at orationes suas posteris tanquam oracula relinquerent. Nunc isti, quorum summa est autoritas, minuta quædam tractant: nobis autem, qui negocia Reipublicæ non attingimus, rerum tantarum deliberationem reliquerunt. Enimuerò quanto pusilliores animi sunt principum nostrorum, tanto accuratius alijs prouidendum est, qua ratione has inimicitias deponamus. Nam nunc quidem frustrà pactiones de pace fiunt. Nec enim bella componimus, sed differimus: & illud tempus expectamus, quo alios alij pessundare possimus. Sunt autem, repudiatis prorsus huiusmodi insidijs, ea suscipienda, per quæ & nostras urbes securius teneamus, & maiore beneuolentia coniungamur. Quibus de rebus simplex & facilis est oratio. Nec enim firma pace fruemur, nisi communiter bellum Barbaris intulerimus: neque Græci consentient, priusquam & amicitias propter eosdem, & bella contra eosdem parauerimus. His autem perfectis, & egestate propulsata, quæ & societates dirimit, & iura necessitudinũ inimicitijs impetit, & omnes homines bellis ac seditionibus inuoluit: fieri non

ὅπως οὐχ ὁμονοήσομεν, καὶ τὰς εὐνοίας ἀληθινὰς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἕξομεν. ὧν ἕνεκα περὶ παντὸς ποιητέον, ὅπως ὡς τάχιστα τὸν ἐνθένδε πόλεμον εἰς τὴν ἤπειρον διοριοῦμεν, ὡς μόνον δ' ἂν τοῦτ' ἀγαθὸν ἀπολαύσαιμεν ἐκ τῶν κινδύνων τῶν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, εἰ ταῖς ἐμπειρίαις ταῖς ἐκ τούτων γεγενημέναις πρὸς τὸν βάρβαρον καταχρήσασθαι δόξειεν ἡμῖν. ἀλλὰ γὰρ ἴσως διὰ τὰς συνθήκας ἄξιον ἐπισχεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐπειχθῆναι, καὶ θᾶττον ποιήσασθαι τὴν στρατιάν; δι' ἃς αἱ μὲν ἠλευθερωμέναι τῶν πόλεων, βασιλεῖ χάριν ἴσασιν, ὡς δι' ἐκεῖνον τυχοῦσαι τῆς αὐτονομίας ταύτης: αἱ δ' ἐκδεδομέναι τοῖς βαρβάροις, μάλιστα μὲν Λακεδαιμονίοις ἐγκαλοῦσιν, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μετέχουσι τῆς εἰρήνης, ὡς ὑπὸ τούτων δουλεύειν ἠναγκασμέναι. καίτοι πῶς οὐ χρὴ διαλύειν ταύτας τὰς ὁμολογίας, ἐξ ὧν τοιαύτη δόξα γέγονεν, ὥσθ' ὁ μὲν βάρβαρος κήδεται τῆς ἑλλάδος, καὶ φύλαξ τῆς εἰρήνης ἐστίν: ἡμῶν δὲ τινές εἰσιν οἱ λυμαινόμενοι καὶ κακῶς ποιοῦντες αὐτήν; ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον, ὅτι τῶν γεγραμμένων ἐν ταῖς ὁμολογίαις τὰ χείριστα τυγχάνομεν διαφυλάττοντες. ἃ μὲν γὰρ αὐτονόμους ἀφίησι τάς τε νήσους καὶ τὰς πόλεις, τὰς ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, πάλαι λέλυται, καὶ μάτην ἐν ταῖς στήλαις ἐστίν. ἃ δ' αἰσχύνην φέρει ἡμῖν, καὶ πολλοὺς τῶν συμμάχων ἐκδέδωκε: ταῦτα δὲ κατὰ χώραν μένει, καὶ πάντ' αὐτὰ κύρια ποιοῦμεν: ἃ χρὴ ἀναιρεῖν, καὶ μηδεμίαν ἐᾶν ἡμέραν, νομίζοντας προστάγματα καὶ μὴ συνθήκας εἶναι. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι συνθῆκαι μὲν εἰσὶν, αἵτινες ἂν ἴσως καὶ κοινῶς ἐν ἀμφοτέροις ἔχωσι; προστάγματα δὲ, τὰ τοὺς ἑτέρους ἐλαττοῦντα

ἀνασκευὴ, ὅτι τὰς συνθήκας οὐ φυλακτέον, αἰσχράς τε οὔσας, καὶ παραβεβασμένας, καὶ πλεονεκτικὰς, μετὰ διασυρμοῦ τῶν πρεσβευσάντων τὴν εἰρήνην.

παρὰ

poterit, quin & in concordiam redigamur, & uera omnes beneuolentia coniungamur. Quibus de causis, occupati hac una re esse debemus, ut primo quoq; tempore bello hinc in Asiã translato, hoc saltem boni ex intestinis bellis consequamur, ut rei militaris peritia hic parta, contra Barbaros nobis abutendum esse uideatur. At propter fœdus fortasse cũctandum est, & non festinandum, neq; temerè bellum suscipiendum? Quid ni uerò? propter quod fœdus & ciuitates in libertatem assertæ regi gratiam habent, tanquam eo beneficio ab illo affectæ, & deditæ Barbaris, potissimùm quidem Lacedæmonios accusant: sed tamen cæteros etiam, qui pacis conditiones acceperunt, tanquam seruire propter illos coactæ, Illúdne fœdus ratum est habendum, quod talis opinio consecuta est, Barbarum & Græciæ gerere curam, & pacis esse custodem: nostrûm uerò quosdam extitisse, qui eam uexarent, & infestarent? Iam illud maximè ridiculum est, quòd in conditionibus eas religiosissimè seruamus, quæ deterrimæ sunt. Nam quæ tum insulis, tum urbibus Europæis libertatem restituunt, iam olim abrogatæ sunt, & frustra pilis inscriptæ. Quæ uerò & nobis dedecori sunt, & multos è socijs Barbaro dediderunt: eæ demum immotæ manent: illa omnia comprobamus, quæ tollenda sunt, nec unum diem toleranda, cum putanda sint iussa, non pactiones. Quis enim nescit, eas esse pactiones, cum par & æquum ius utrisque tribuitur: iussa uerò, cùm alteri præter ius & æquum deteriore

Cõfutatio: Fœdus non obstare bello, quod & turpe sit, & uiolatũ, & iniquum: & reprehẽsio pacis interpretum.

præclarißima belli facinora edita, præscribere studerem. Quare de his quidem, pluribus uerbis opus esse non puto. Quod autem ad reliqua attinet: exemplo satis esse tibi arbitror, & patrem tuum, & eum qui regnum uobis peperit, & uestri generis autorem. qui, si huic uoluntas, illis facultas dicendi data esset: eadem hauddubiè quæ ego, tibi consulerent. Cuius rei coniecturam ex rebus illorum gestis capio. Nam & pater tuus ciuitatibus his omnibus, quarum amicitiam expetendam tibi censeo, amicus fuit: & is qui regnum constituit, & altiores quàm sui ciues spiritus habuit, regnandi cupiditate incitatus, non eadem quæ alij, in honorũ talium appetitione, consilia secutus est. Nam illi quidem excitatis in suis urbibus seditionibus, & cædibus, & tumultibus, eum honorem arripuerunt. Is uerò Græcorum ditionem uniuersam reliquit, et regnum Macedonicum occupare studuit. Norat enim, nec Græcos ferre monarchiam consueuisse: & cæteros sine hac imperij forma non posse uitã suam gubernare. Quod cum sapienter animaduertisset, etiã regnum ab alijs longè diuersum extitit. Nam solus Græcorum peregrinæ gẽtis imperiũ adeptus, solus etiam pericula quæ monarchijs imminent, effugit. Nam qui inter Græcos tale aliquid confecerunt, eos non ipsos tantùm perijsse, sed & genus eorum funditùs extirpatum esse inueniemus. Ille autem, & ipse feliciter æuum egit: et imperium quod tenuerat, suis per manus tradidit. De Hercule uerò, alij quidem fortitudinem eius diuinis laudibus

Exẽplis maiorum, uoluntatẽ Philippi excitare studet: & in laudes Herculis digreditur.

πες αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἄθλους ἀπαριθμοῦντες διατελοῦσι.
περὶ δὲ τῶν ἄλλων τῶν τῇ ψυχῇ προσόντων ἀγαθῶν, οὐδεὶς
οὔτε τῶν ποιητῶν, οὔτε τῶν λογοποιῶν οὐδὲ μίαν φανήσεται
μνείαν πεποιημένος. Ἐγὼ δὲ ὁρῶ μὲν τόπον ἴδιον καὶ παν
τάπασιν ἀδιέργαστον, οὐ μικρὸν, οὐδὲ κενὸν, ἀλλὰ πολλῶν
μὲν ἐπαίνων καὶ καλῶν πράξεων γέμοντα, ποθοῦντα δὲ
τοῦ ἀξίως ἂν δυνηθέντα διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν: ἐφ' ὃν
εἰ μὲν νεώτερος ὢν ἐπέστην, ῥᾳδίως ἂν ἐπέδειξα τὸν πρό
„ γονον ὑμῶν καὶ τῇ φρονήσει καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ καὶ τῇ δικαιο
„ σύνῃ, πλέον διενεγκόντα πάντων τῶν προγεγενημένων,
„ ἢ τῇ ῥώμῃ τῇ τοῦ σώματος. νῦν δ' ἐπελθὼν ἐπ' αὐτὸν,
καὶ καθορῶν τὸ πλῆθος τῶν ἐνόντων εἰπεῖν: τήν τε δύνα
μιν τὴν παροῦσάν μοι κατεμεμψάμην, καὶ τὸν λόγον
ᾐσθόμην διπλάσιον ἂν γενόμενον τοῦ νῦν ἀναγινωσκο
μένου. τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἀφέξομαι πάντων διὰ τὰς αἰ
τίας ταύτας: μίαν δὲ πρᾶξιν ἐξ αὐτῶν ἔλαβον, ἥπερ ἦν
προσήκουσα μὲν καὶ πρέπουσα τοῖς εἰρημένοις, τὸν δὲ καιρὸν
ἔχουσα μάλιστα σύμμετρον τοῖς νῦν λεγομένοις. ἐκεῖνος
γὰρ ὁρῶν τὴν ἑλλάδα, πολέμων καὶ στάσεων καὶ τῶν ἄλλων
κακῶν μεστὴν οὖσαν: παύσας ταῦτα, καὶ διαλλάξας τὰς
πόλεις πρὸς ἀλλήλας, ὑπέδειξε τοῖς ἐπιγινομένοις, μεθ'
ὧν χρὴ καὶ πρὸς οὓς δεῖ τοὺς πολέμους ἐκφέρειν. μὴ γὰρ
ῥαθυμήσας, ποιησάμενος δὲ στρατείαν ἐπὶ Τροίαν, ἥπερ
εἶχε μεγίστην τότε δύναμιν τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν· τοσοῦ-
τον διήνεγκε τῇ στρατηγίᾳ τῶν πρὸς τὴν αὐτὴν ταύτην
ὕστερον πολεμησάντων, ὅσον οἱ μὲν μετὰ τῆς τῶν ἑλλήνων δυ-
νάμεως, ἐν ἔτεσι δέκα μόλις αὐτὴν ἐξεπολιόρκησαν:
ὁ δ' ἐν ἡμέραις ἐλάττοσιν, ἢ τοσαύταις, καὶ μετ' ὀλίγων
στρατεύσας, ῥᾳδίως αὐτὴν κατὰ κράτος εἷλεν. καὶ μετὰ
ταῦτα τοὺς βασιλέας τῶν ἐθνῶν, τῶν ἐφ' ἑκατέρας τῆς ἠπεί-
ρου τὴν

celebrare, & certamina enumerare non desistunt: aliorum uerò quæ animo insunt bonorũ, nemo uel poetarũ uel scriptorum mentionem fecisse reperietur. Ego uerò locũ peculiarẽ uideo, & inelaboratũ, non paruum, neq; sterilẽ, sed multis laudib. & honestis actionib. refertũ: eius generis tamen, qui uirum desideret nõ parua eloquẽtia præditũ. In quem si iunior incidissem, uestræ familiæ autorẽ & prudẽtia, & literis, & iusticia, plus antecelluisse superiorum tẽporum hominib. omnibus, quàm robore corporis, facilè demonstrassem. Nunc ubi ad illum accessi, & quàm multa dicendo explicanda insint, uidi: cùm ingenij facultatem, quæ hoc tempore mihi est, imparem esse argumenti grauitati intelligo, tum orationem duplo fore longiorem animaduerto. Cæteris igitur omnibus, his de causis præteritis, unam inde actionem delegi, quæ quidẽ cognata & conueniens his est quæ dicta sunt: et neq; breuior neq; prolixior, quàm ea quæ dicẽda restant, postulent. Nam is cùm uidisset Græciam feruere bellis & seditionibus, sopitis illis malis, & pace inter urbes facta, demõstrauit posteris, quib. socijs ascitis, contra quos bella gerenda essent. Nec enim ocio & languori se dedidit: sed expeditione aduersus Troiam suscepta, quæ tũ in Asia potentissima erat: tanto dux præstãtior fuit ijs qui pòst eandẽ oppugnarunt, ut quam illi totius Græciæ uiribus contractis, uix anno decimo expugnarunt, hic paucioribus diebus quàm illi annis, quum paucos omnino milites haberet, facilè per uim ceperit: & deinde reges gentium in utraq; Asiæ

ρου τὴν παραλίαν κατοικούντων, ἅπαντας ἀπέκτεινεν· οὓς οὐδέποτ' ἂν διέφθειρεν, εἰ μὴ καὶ τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἐκράτησε. ταῦτα δὲ πράξας, τὰς στήλας τὰς ἡρακλέους καλουμένας ἐποιήσατο, τρόπαιον μὲν τῶν βαρβάρων, μνημεῖον δὲ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ καὶ τῶν κινδύνων, ὅρους δὲ τῆς τῶν ἑλλήνων χώρας. τούτου δ' ἕνεκά σοι περὶ τούτων διῆλθον, ἵνα γνῷς, ὅτι σε τυγχάνω τῷ λόγῳ παρακαλῶν ἐπὶ τοιαύτας πράξεις, ἃς ἐπὶ τῶν ἔργων οἱ πρόγονοί σου φαίνονται κάλλιστα προκρίναντες. ἅπαντας μὲν οὖν χρὴ τοὺς νοῦν ἔχοντας, τὸ κράτιστον ὑποστησαμένους πειρᾶσθαι γίγνεσθαι τοιούτους, μάλιστα δὲ σοὶ προσήκει. τῷ γὰρ μηδὲν ἀλλοτρίοις χρῆσθαι παραδείγμασιν, ἀλλ' οἰκεῖον ὑπάρχειν· πῶς οὐκ εἰκὸς ὑπὸ τούτου σε παροξύνεσθαι, καὶ φιλονικεῖν, ὅπως τῷ προγόνῳ σαυτὸν ὅμοιον παρασκευάσῃς; λέγω δ' οὐχ ὡς δυνησόμενον ἁπάσας σε μιμήσασθαι τὰς ἡρακλέους πράξεις (οὐδὲ γὰρ τῶν θεῶν ἔνιοι δυνηθεῖεν ἄν) ἀλλὰ κατά γε τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καὶ τὴν φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν εὔνοιαν ἣν εἶχεν εἰς τοὺς ἕλληνας, δύναιο ἂν ὁμοιωθῆναι τοῖς ἐκείνου βουλεύμασιν. ἔστι δέ σοι πεισθέντι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, τυχεῖν δόξης, οἵας ἂν αὐτὸς βουληθείης. ῥᾷον γάρ ἐστιν ἐκ τῶν παρόντων κτήσασθαί σε τὴν καλλίστην, ἤπερ ἐξ ὧν παρέλαβες, ἐπὶ τὴν ὑπάρχουσαν προελθεῖν. σκέψαι δ', ὅτι σε τυγχάνω παρακαλῶν, ἐξ ὧν ποιήσῃ τὰς στρατείας οὐ μετὰ τῶν βαρβάρων, ἐφ' οὓς οὐ δίκαιόν ἐστιν· ἀλλὰ μετὰ τῶν ἑλλήνων ἐπὶ τούτους, πρὸς οὓς προσήκει τοὺς ἀφ' ἡρακλέους γεγονότας πολεμεῖν. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ διὰ παντός σε τοῦ λόγου πειρῶμαι προτρέπειν ἐπὶ τὰς εὐεργεσίας τῶν ἑλλήνων, καὶ πρᾳότητας, καὶ φιλανθρωπίας. ὁρῶ γὰρ τὰς μὲν χα-

Ἐφαρμογὴ τοῦ διηγήματος ἐπὶ τὴν προτροπὴν, καὶ ἐπάνοδος τοῦ περὶ τῆς εἰς τοὺς ἕλληνας εὐνοίας τόπου.

λεπότη-

ora accolentes, uniuersos occiderit: quos nunquam perempturus fuit, nisi et copias illorum uicisset. His rebus gestis, colũnas illas quas Herculeas uocãt, constituit: ut & trophæum Barbarorũ essent, & monumentũ uirtutis suæ ac præliorũ, & ditionis Græcorũ limites. Hæc ea de causa tibi cõmemoraui, ut non alias res suadere tibi orationem meam intelligeres, quàm quas maiores tui factis ipsis declararunt, se cæteris omnib. summa cum laude anteposuisse. Itaq; cùm reliquos omnes decet, in optimũ exemplar intuẽtes, conari id exprimere: tũ uerò te uel in primis. Nam cùm exemplis tibi non alienis utẽdum sit, sed domesticum in promptu habeas: annon illud te excitabit, ut summa contentione par esse Herculi, tui generis conditori, studeas? Neq; uerò te omnia Herculis facta imitari posse dico (nam id uel Deorum quidam nequirent) sed si tantùm mores eius facilimos, & humanitatem & beneuolentiam in Græcos secutus fueris, ad consiliorũ illius similitudinem accesseris. Quòd si mihi parueris, eam gloriam, quam ipse uoles, adipiscêris. Facilius enim est, isto rerum tuarum statu parare pulcherrimam, quàm ijs rebus quæ initiò tibi contigerunt, eam qua nunc frueris, consequi. Illud considera, me non, ut cum Barbaris contra eos ducas exercitum, quos oppugnari nefas est, hortari: sed ut cum Græcis aduersus eos bellum suscipias, quos ab Herculis posteris oppugnari decet. Neq; uerò mireris, cur te per totam orationem ad demerendos Græcos, & ad mansuetudinem & humanitatem adhorter. Nam difficiles mores molestos

Accommodatio narrationis ad exhortationem, cũ distinctione: & commoratio in loco de beneuolentia Græcorũ.

" λεπότητας λυπηρὰς οὔσας καὶ τοῖς ἔχουσι, καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι: τὰς δὲ πρᳵότητας οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εὐδοκιμούσας, ἀλλὰ καὶ τῶν θεῶν τοὺς μὲν τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν αἰτίους ὄντας, ὀλυμπίους προσαγορευομένους: τοὺς δ᾽ ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς καὶ ταῖς τιμωρίαις τεταγμένους, δυσχερεστέρας τὰς ἐπωνυμίας ἔχοντας: καὶ τῶν μὲν καὶ τοὺς ἰδιώτας, καὶ τὰς πόλεις καὶ νεὼς καὶ βωμοὺς ἱδρυμένους· τοὺς δ᾽ οὔτ᾽ ἐν ταῖς εὐχαῖς οὔτ᾽ ἐν ταῖς θυσίαις τιμωμένους, ἀλλ᾽ ἀποπομπὰς αὐτῶν ἡμᾶς ποιουμένους. ὧν ἐνθυμούμενον ἐθίζειν σεαυτὸν χρὴ, καὶ μελετᾶν, ὅπως ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν τοιαύτην ἅπαντες περὶ σοῦ τὴν γνώμην ἕξουσι. χρὴ δὲ τοὺς μείζονος δόξης τῶν ἄλλων ἐπιθυμοῦντας, περιβαλέσθαι μὲν τῇ διανοίᾳ τὰς πράξεις δυνατὰς μὲν, εὐχῇ δ᾽ ὁμοίας: ἐξεργάζεσθαι δὲ ζητεῖν αὐτὰς, ὅπως ἂν οἱ καιροὶ παραδιδῶσιν. ἐκ πολλῶν δ᾽ ἂν καταμαθήσειας, ὅτι δεῖ τοῦτον τὸν τρόπον πράττειν, μάλιστα δ᾽ ἐκ τῶν Ἰάσονι συμβάντων. ἐκεῖνος γὰρ οὐδὲν τοιοῦτον οἷον σὺ κατεργασάμενος, μεγίστης δόξης ἔτυχεν, οὐκ ἐξ ὧν ἔπραξεν, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἔφησεν. ἐποιεῖτο γὰρ τοὺς λόγους ὡς εἰς τὴν ἤπειρον διαβησόμενος, καὶ βασιλεῖ πολεμήσων. ὅπου δ᾽ Ἰάσων λόγῳ μόνον χρησάμενος, οὕτως αὐτὸν ηὔξησεν: ποίαν τινὰ χρὴ προσδοκᾶν περὶ σοῦ γνώμην αὐτοὺς ἕξειν, ἢν ἔργῳ ταῦτα πράξῃς, καὶ μάλιστα μὲν πειραθῇς, ὅλην τὴν βασιλείαν ἑλεῖν: εἰ δὲ μὴ, χώραν ὅτι πλείστην ἀφορίσασθαι, καὶ διαλαβεῖν τὴν Ἀσίαν, ἣν λέγουσί τινες ἀπὸ Κιλικίας μέχρι Σινώπης. πρὸς δὲ τούτοις κτίσαι πόλεις ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, καὶ κατοικίσαι τοὺς νῦν πλανωμένους δι᾽ ἔνδειαν τῶν καθ᾽ ἡμέραν, καὶ λυμαινομένους, οἷς ἂν ἐντύχωσιν. οὓς εἰ μὴ παύσωμεν ἀθροιζομένους, βίον ἱκανὸν αὐτοῖς εἰσπορί-

lestos esse uideo, tum ijs penes quos sunt, tum his qui eorũ cõsuetudine utuntur: mãsuetudinem uerò non in animantib. solùm, & hominibus, & cæteris reb. omnibus, sed in dijs quoq; celebrari. Nam qui nobis benefaciunt, cœlites dicuntur: qui uerò calamitatibus et pœnis præsunt, atrociora etiã nomina habẽt. Ac illi quidẽ & priuatim et publicè tẽplis arisq; honorantur: hos aũt neq; precibus, neq; sacrificijs coli, sed nobis esse detestabiles constat. Hæc igitur cõsiderans, assuefacere te, ac meditari debes, ut mortales omnes magis etiã quàm nunc, talẽ de te concipiant opinionem. Qui autem eximiam gloriam expetũt, eos animo cõplecti decet res nõ quidẽ eas quæ fieri nequeant, sed quæ uoti similes sint: & ita in illis studiosè elaborare, ut rerũ tulerint occasiones. Multis aũt è reb. cognosces ita esse faciẽdum, sed in primis ex Iasonis euentis. Qui cũ nihil tale, quale tu, præstitisset: maximã gloriã non ex ijs quæ gesßit, sed ex ijs quæ dixit, est adeptus. Ita.n. uerba faciebat, ut qui in Asiã transiturus, & regi Persarũ bellũ facturus esset. Si igitur Iason uerbis tantùm ita res suas auxit: quã de te opinionem fore censes, si re ipsa ista perfeceris, conatusq; fueris maximè quidẽ uniuer-

sum regnũ capere: sin minùs, plurimas inde prouincias auellere, nouosq; limites Asiæ cõstituere? quam quidã aiũt à Cilicia ad Sinopẽ usq; pertinere. Præterea condẽdæ urbes erunt in loco illo: atq; in eas collocãdi qui nũc ob rerũ necessariarũ penuriam oberrãt, & obuia quæq; infestãt: quib. nisi obstiterimus, ne in posterũ congregentur, uictu illis affatim suppeditato:

πορίσαντες: λήσουσιν ἡμᾶς τοσοῦτοι γενόμενοι τὸ πλῆθος, ὥστε μηδὲν ἧττον αὐτοὺς εἶναι φοβεροὺς τοῖς ἕλλησιν, ἢ τοῖς βαρβάροις. ὧν οὐδεμίαν ποιούμεθα πρόνοιαν, ἀλλ' ἀγνοοῦμεν κοινὸν φόβον καὶ κίνδυνον ἅπασιν ἡμῖν „ αὐξανόμενον. ἔστιν οὖν ἀνδρὸς μέγα φρονοῦντος, καὶ φι„λέλληνος, καὶ πορρωτέρω τῶν ἄλλων τῇ διανοίᾳ καθο„ρῶντος, ἀποχρησάμενον τοῖς τοιούτοις πρὸς τοὺς βαρ„βάρους, καὶ χώραν ἀποτεμνόμενον τοσαύτην, ὅσην ὀλί„γῳ πρότερον εἰρήκαμεν, ἀπαλλάξαι τε τοὺς ξενιτευο„μένους τῶν κακῶν, ὧν αὐτοί τ' ἔχουσι, καὶ τοῖς ἄλλοις πα„ρέχουσι, καὶ πόλεις ἐξ αὐτῶν συστῆσαι, καὶ ταύταις ἐχυρῶσαι „ τὴν ἑλλάδα, καὶ προβαλέσθαι πρὸ ἁπάντων ἡμῶν. ταῦτα γὰρ πράξας, οὐ μόνον ἐκείνους εὐδαίμονας ποιήσεις, ἀλλὰ καὶ πάντας ἡμᾶς εἰς ἀσφάλειαν καταστήσεις. ἢν δ' οὖν τούτων διαμάρτῃς, ἀλλ' ἐκεῖνό γε ῥᾳδίως ποιήσεις, τὰς πόλεις τὰς τὴν Ἀσίαν κατοικούσας ἐλευθερώσεις. ὅ, τι δ' ἂν τούτων πρᾶξαι δυνηθῇς, ἢ καὶ μόνον ἐπιχειρήσῃς, οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ μᾶλλον τῶν ἄλλων εὐδοκιμήσεις. καὶ δικαίως, ἤνπερ ἐπὶ ταῦτα αὐτός τε ὁρμήσῃς, καὶ τοὺς ἕλληνας προτρέψῃς. ἐπεὶ νῦν γε τίς οὐκ ἂν εἰκότως τὰ συμβεβηκότα θαυμάσειε, καὶ καταφρονήσειεν ἡμῶν; ὅπου παρὰ μὲν τοῖς βαρβάροις, οὓς ὑπειλήφαμεν μαλακοὺς εἶναι, καὶ πολέμων ἀπείρους, καὶ διεφθαρμένους ὑπὸ τῆς τρυφῆς, ἄνδρες γεγόνασιν, οἳ τῆς ἑλλάδος ἠξίωσαν ἄρχειν. τῶν δ' ἑλλήνων οὐδεὶς τοσοῦτο πεφρόνηκεν, ὥστ' ἐπιχειρῆσαι τῆς Ἀσίας ἡμᾶς ποιῆσαι κυρίους; ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτῶν ἀπολελειμμένοι τυγχάνομεν, ὥστ' ἐκεῖνοι μὲν οὐκ ὤκνησαν οὐδὲ προϋπάρξαι τῆς ἔχθρας τῆς πρὸς τοὺς ἕλληνας: ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ ὧν κακῶς ἐπάθομεν, ἀμύνασθαι τολμῶμεν αὐτούς. ἀλλ' ὁμολογούντων ἐκείνων

ἐκ παραδείγματος τῶν βαρβάρων, καὶ συγκρίσεως τῶν πολέμων, προτρεπτικοὶ λόγοι.

κείνων

peditato: paulatim tanta eorum futura est multitudo, ut nihilo minus Græcis quàm Barbaris sint metuendi. At nos nihil illos curamus: neque animaduertimus, nos communem metum & periculum nobis omnibus alere. Est igitur uiri magnanimi, & Græcorum studiosi, & longè præ cæteris in posterum prospicientis, ut abusus talibus hominibus aduersus Barbaros, tantum terræ illis adimat, quantum paulo antè diximus: & mercenarios milites malis liberet, tum ijs quæ ipsi ferunt, tum quæ alijs inferunt: & ciuitates ex eis constituat, quæ Græciam muniant, & quasi uallum pro nobis omnibus obijciantur. Nam eo pacto non illos solùm felices, sed nos etiam omnes securos reddes. Vt au- 4.
tem hæc tibi non contingant: at illud facilè consequêris, ut urbes Asiaticas in libertatem uindices. Quodcunque autem horum perfeceris, aut tantùm conatus fueris, alijs utique gloria & laudibus antecelles: ídque optimo iure, ut qui & ipse talia aggrediaris, & Græcos ad eadem cohorteris. Nam quæ hactenus quidem facta sunt, quis non iurè miretur, nósque despiciat? Cum apud Barbaros, quos molles putabamus, & bellicæ rei imperitos, luxúque perditos, uiri nati sint, qui se Græciæ dignos imperio censuerunt: Græcorum neminem ea esse animi magnitudine, ut uel conetur nos Asiæ dominos facere: sed usque adeò ab eis uinci nos, ut cum illi non dubitarint nos ultrò lacessere inimicitijs, ne de uindicanda quidem iniuria cogitemus? Cum in omnibus illi

Ab exẽplo Barbarorũ, & comparatione bellorum incitamenta.

κείνων ἐν ἅπασι τοῖς πολέμοις μήτε στρατιώτας ἔχειν, μήτε στρατηγοὺς, μηδὲ ἄλλο μηδὲν τῶν εἰς τοὺς κινδύνους χρησίμων, ἀλλὰ ταῦτα πάντα παρ᾽ ἡμῶν μεταπεμπομένων: εἰς τοῦτο ἥκομεν ἐπιθυμίας τοῦ κακῶς ἡμᾶς αὐτοὺς ποιεῖν, ὥστ᾽ ἐξὸν ἡμῖν τἀκείνων ἀδεῶς ἔχειν, πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς περὶ μικρῶν πολεμοῦμεν· καὶ τοὺς ἀφισταμένους τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλέως συγκα-
» ταστρεφόμεθα, καὶ λελήθαμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐνίοτε με-
» τὰ τῶν πατρικῶν ἐχθρῶν τοὺς τῆς αὐτῆς συγγενείας
» μετέχοντας ἀπολλύναι ζητοῦντες. Διὸ καὶ σοὶ νομίζω συμφέρειν οὕτως ἀνάνδρως διακειμένων τῶν ἄλλων, προστῆναι τοῦ πολέμου πρὸς ἐκεῖνον· προσήκει δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις τοῖς ἀφ᾽ Ἡρακλέους πεφυκόσι, καὶ τοῖς ἐν πολιτείᾳ καὶ νόμοις ἐνδεδεμένοις, ἐκείνην τὴν πόλιν στέργειν, ἐν ᾗ τυγχάνουσι κατοικοῦντες· σὲ δ᾽ ὥσπερ ἀφέτον γεγενημένον, ἅπασαν τὴν Ἑλλάδα πατρίδα νομίζειν, ὥσπερ ὁ γεννήσας ὑμᾶς: καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ αὐτῆς ὁμοίως, ὡς περὶ ὧν μάλιστα σπουδάζεις. ἴσως δ᾽ ἂν τινες ἐπιτιμήσαιέν μοι τολμήσειαν, τῶν οὐδὲν ἄλλο δυναμένων ἢ τοῦτο ποιεῖν, ὅτι σε προειλόμην παρακαλεῖν ἐπί τε τὴν στρατείαν τὴν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, καὶ τὴν ἐπιμέλειαν τὴν τῶν Ἑλλήνων παραλιπὼν τὴν ἐμαυτοῦ πόλιν. ἐγὼ δ᾽ εἰ μὲν πρὸς ἄλλους τινὰς πρότερον ἐπιχείρουν διαλέγεσθαι περὶ τούτων, ἢ πρὸς τὴν πατρίδα τὴν τρὶς τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερώσασαν, δὶς μὲν ἀπὸ τῶν βαρβάρων, ἅπαξ δ᾽ ἀπὸ τῆς Λακεδαιμονίων ἀρχῆς, ὡμολόγουν ἂν πλημμελεῖν. νῦν δ᾽ ἐκείνην φανήσομαι πρῶτον ἐπὶ ταῦτα προτρέπων, ὡς ἠδυνάμην μετὰ πλείστης σπουδῆς. αἰσθανόμενος δ᾽ ἔλαττον αὐτὴν φροντίζουσαν τῶν ὑπ᾽ ἐμοῦ λεγομένων, ἢ τῶν

προκατάληψις, ὅτι Φίλιππον εἰκότως παρακαλεῖ, τοὺς Ἀθηναίους παραλιπών.

illi bellis ostendant, se neque milites habere, neque duces, neque quicquam aliud bellis gerendis aptum, & ea omnia à nobis accersant: in eam uenimus cupiditatem, malefactis inter nos certandi; ut quamuis illorum opibus securè frui liceret; ipsi de minutis quibusdam rebus belligeremur: & ijs qui à regis imperio defecerunt, sub iugum reducendis nauemus operam: neque sentiamus, nos patrijs hostibus nonnunquam præstò esse ad gentiles & populares nostros auertendos. Quare tibi conducere puto, in tanta aliorum ignauia, ut te ducem belli Barbarici profitearis. Nam alios quidem ab Hercule ortos, qui Reipublicæ legumque uinculis quasi astricti tenentur, ea urbe, in qua habitant, contentos esse decet. Te autem tanquam emancipatum, totam Græciam patria charitate complecti, ut is fecit qui uos genuit: & non minora illius causa pericula adire, quàm propter ea quæ antiquissima tibi sunt. Erunt fortasse, qui me reprehendere ausint: ijque potissimùm, qui hoc unum didicerunt, quòd, cùm te & ad oppugnandos Barbaros, & ad tuendos Græcos, uoluerim adhortari, de mea urbe nihil dixerim. Ego uerò, si cum ullis alijs prius instituissem his de rebus agere, quàm cum patria, quæ ter Græciæ libertatem restituit, bis profligatis Barbaris, semel iugo Lacedæmoniorum excusso: faterer me deliquisse. Nũc me illam primùm ad hæc adhortatum esse, maximo quo potuerim studio, constat. Quam cum minus ea quæ à me diceretur, curare uiderem,

Occupatione, rectè se præterijsse Athenienses, & Philippum hortari ostendit.

ἢ τῶν ἐπὶ τοῦ βήματος μαινομένων· ἐκείνην μὲν εἴασα, τῆς δὲ πραγματείας οὐκ ἀπέστην. διὸ δικαίως ἄν με πάντες ἐπαινοῖεν, ὅτι τῇ δυνάμει ταύτῃ χρώμενος, ἣν ἔχων τυγχάνω, διατετέλεκα πάντα τὸν χρόνον πολεμῶν μὲν τοῖς βαρβάροις, κατηγορῶν δὲ τῶν μὴ τὴν αὐτήν μοι γνώμην ἐχόντων· προτρέπειν δ' ἐπιχειρῶν, οὓς ἂν ἐλπίζω μάλιστα δυνήσεσθαι τοὺς μὲν Ἕλληνας ἀγαθόν τι ποιῆσαι, τοὺς δὲ βαρβάρους ἀφελέσθαι τὴν ὑπάρχουσαν εὐδαιμονίαν. διόπερ καὶ νῦν πρὸς σὲ ποιοῦμαι τοὺς λόγους, οὐκ ἀγνοῶν ὅτι τοῖς μὲν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις πολλοὶ φθονήσουσι, τοῖς δ' αὐτοῖς τούτοις ὑπὸ σοῦ πραττομένοις ἅπαντες συνησθήσονται. τῶν μὲν γὰρ εἰρημένων οὐδεὶς κεκοινώνηκε. τῶν δὲ ὠφελειῶν τῶν κατεργασθησομένων, οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ οἴεται μεθέξειν. Σκέψαι δ' ὡς αἰσχρὸν περιορᾶν τὴν Ἀσίαν ἄμεινον πράττουσαν τῆς Εὐρώπης, καὶ τοὺς βαρβάρους εὐπορωτέρους ὄντας τῶν ἑλλήνων. ἔτι δὲ τοὺς μὲν ἀπὸ Κύρου τὴν ἀρχὴν ἔχοντας, ὃν ἡ μήτηρ εἰς ὁδὸν ἐξέβαλε, βασιλεῖς μεγάλους προσαγορευομένους· τοὺς δ' ἀφ' Ἡρακλέους πεφυκότας, ὃν ὁ γεννήσας διὰ τὴν ἀρετὴν εἰς θεοὺς ἀνήγαγε, ταπεινοτέροις ὀνόμασιν ἢ 'κείνους προσαγορευομένους. ὧν οὐδὲν ἐατέον οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ μεταναστατέον καὶ ἀναστρεπτέον ἅπαντα ταῦτ' ἐστίν. εὖ δ' ἴσθι, μηδὲν ἄν με τούτων ἐπιχειρήσαντα πείθειν σε, εἰ δυναστείαν μόνον, καὶ πλοῦτον ἑώρων ἐξ αὐτῶν γενησόμενον. ἡγοῦμαι γὰρ τά γε τοιαῦτα καὶ νῦν σοι πλείω τῶν ἱκανῶν ὑπάρχειν,

πάλιν κατὰ προδιόρθωσιν τῷ ἐνδόξῳ ἐνδιατρίβει.

„ καὶ πολλὴν ἀπληστίαν ἔχειν, ὅστις προαιρεῖται κινδυνεύειν, ὥστ' ἢ ταῦτα λαβεῖν, ἢ στερηθῆναι τῆς ψυχῆς. ἀλλὰ γὰρ οὐ πρὸς τὰς τούτων κτήσεις ἀποβλέψας ποιοῦμαι τοὺς λόγους, ἀλλ' οἰόμενος ἐκ τούτων μεγίστην σοι

quàm eorũ uerba qui pro suggestu insaniunt: illam quidem missam feci, à meo autem instituto non recessi. Quare iurè laudarer ab omnibus, quòd ijs copijs, quas habeo, nunquam destiti bellum cum Barbaris gerere: & partim eos accusaui, qui non ita, ut ego, sentirent: partim eos quos uidebam & Græcis posse benefacere, & Barbaris suas opes eripere, sedulò sum hortatus. Qua de causa nunc etiam apud te uerba facio, non ignarus, fore multos qui meæ orationi inuideant: ijs autem quæ à te agentur, congratulaturos esse omnes. Nam in eorum quidẽ quæ dicta sunt, nemo societatem uenit: utilitatũ uerò quæ inde parabuntur, nemo est quin se quoq; fructum percepturũ esse putet. Cogita porrò, quàm turpe sit cõmittere, ut Asia floreat, afflicta Europa: & Barbari sint opulentiores Græcis: & ij qui ad Cyrũ genus referũt, quem mater in uiam abiecit, amplissimum imperiũ habeant, ac reges magni appellentur: Herculis autem posteri, quem pater ob uirtutem inter deos retulit, humilioribus nominibus salutentur. Atqui horum nihil ita relinquendum est, sed hæc omnia commouenda & inuertenda sunt. Omnino autem statuere debes, me nihil huiusmodi tibi suasurum fuisse, si imperium duntaxat, & diuitias inde uidissem parandas. Arbitror enim te iam antea omnibus copijs harum rerum circumfluere: eumq; prorsus inexplebilem esse, qui subire periculum non recuset, quò aut ijs potiatur, aut uita priuetur. Ego uerò non ita hæc dico, ut possessiones eorum spectem: sed quòd ex his te putem maximum

Rursus per correctionem ad gloriosum deuoluitur.

σοι καὶ καλλίστην γενήσεσθαι δόξαν. ἐνθυμοῦ δ' ὅτι τὸ
,, μὲν σῶμα θνητὸν ἅπαντες ἔχομεν: κατὰ δὲ τὴν εὐ-
,, δοξίαν καὶ τοὺς ἐπαίνους, καὶ τὴν φήμην τὴν τῷ χρό-
,, νῳ συμπαρακολουθοῦσαν, ἀθανασίας μεταλαμβά-
,, νομεν, ἧς ἄξιον ὀρεγομένους, καθ' ὅσον οἷοί τ' ἐσμέν, ὁ-
,, τιοῦν πάσχειν. ἴδοις δ' ἂν καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοὺς ἐπιεικε-
στάτους, ὑπὲρ ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἂν τὸ ζῆν ἀντικαταλ-
λαξαμένους: ὑπὲρ δὲ τοῦ τυχεῖν καλῆς δόξης, ἀπο-
,, θνήσκειν ἐν τοῖς πολέμοις ἐθέλοντας· ὅλως δὲ, τοὺς μὲν
,, τιμῆς ἐπιθυμοῦντας ἀεὶ μείζονος ἧς ἔχουσιν, ὑπὸ
,, πάντων ἐπαινουμένους· τοὺς δὲ πρὸς ἄλλο τι τῶν αἰσχρῶς
,, φιλουμένων τοῖς πολλοῖς, ὁλοσχερῶς διακειμένους, ἀ-
,, κρατεστέρους, καὶ φαυλοτέρους εἶναι δοκοῦντας. τὸ δὲ μέ-
γιστον τῶν εἰρημένων, ὅτι συμβαίνει τοῦ μὲν πλούτου καὶ
τῶν δυναστειῶν πολλάκις τοὺς ἐχθροὺς κυρίους γίγνε-
σθαι. τῆς δ' εὐνοίας τῆς παρὰ τῶν πολιτῶν, καὶ τῶν
ἄλλων τῶν προειρημένων, μηδένας ἄλλους καταλεί-
πεσθαι κληρονόμους, πλὴν τοὺς ἐξ ἡμῶν γεγονότας. ὥστ'
ἠσχυνόμην ἄν, εἰ μὴ τούτων ἕνεκα συνεβούλευόν σοι καὶ
τὴν στρατείαν ποιεῖσθαι ταύτην, καὶ πολεμεῖν καὶ κιν-
δυνεύειν. οὕτω δ' ἄριστα βουλεύσει περὶ τούτων, ἂν ὑπο-
λάβῃς μὴ μόνον τὸν λόγον σε τοῦτον παρακαλεῖν, ἀλ-
λὰ καὶ τοὺς προγόνους, καὶ τὴν τῶν πατέρων ἀνδρεί-
αν, καὶ τοὺς ὀνομαστοτάτους γενομένους, καὶ δόξαντας
ἡμιθέους εἶναι διὰ τὴν στρατείαν τὴν ἐπ' ἐκείνους: μά-
λιστα δὲ πάντων τὸν καιρόν, ἐν ᾧ σὺ μὲν τυγχάνεις το-
σαύτην δύναμιν κεκτημένος, ὅσην οὐδεὶς τῶν τὴν Εὐ-
ρώπην οἰκησάντων. πρὸς ὃν δὲ πολεμήσεις, οὕτως ἐστὶ
σφόδρα μεμισημένος, καὶ καταπεφρονημένος ὑφ'
ἁπάντων, ὡς οὐδεὶς πώποτε τῶν βασιλευσάντων.

clarißimumq́ triumphum consecuturum. Cogites uelim, mortale corpus omnes nos habere: sed gloria, laudibus, famæ perpetuitate fieri compotes immortalitatis: cuius cupiditate omnes uires exerendæ, nulli labores, nulla pericula recusanda sunt. Nã priuatorum hominum aliquos cernas, & eos quidem optimos: qui cum uitæ charitatem nulla re alia permutatam uelint, adipiscendi honesti nominis gratia in bellis occumbere non dubitent. Deniq; eos qui semper tenentur augendæ gloriæ studio, laudari ab omnibus: qui autem aliquid cæterarum rerum, quæ à uulgo hominum stultè amantur, nimis arctè complectuntur, hos & incontinentiores & nequiores haberi. Et quod maximum est, opum atque imperiorum sæpe accidere ut hostes potiantur, sed beneuolentiæ ciuium, & cæterorum quæ diximus, non alios hæredes relinqui, quàm liberos è nobis procreatos. Quare nisi propter hæc tibi cõsuluissem, militiam hanc suscipiendam esse, & bellum gerendum, & dimicandum, erubescerem. Sic autem his de rebus rectißimè statues, si cogitabis, non solùm hanc orationem esse, quæ te hortetur: sed accedere maiores quoque tuos, & atauorum fortitudinem, & eos etiam qui celeberrimi facti sunt, & semidei habiti, ob expeditionem contra Barbaros susceptam. In primis autem excitare te debet occasio, cum & tu tantis opibus & copijs polleas, quantis eorum nemo qui in Europa habitarunt: & is contra quem bellum geres, in tanto sit odio & contemptu omnium, in quanto nemo regum unquam fuit.

 Vehe-

Μετ' ἐπιλόγου παράκλησις ἐπὶ τὴν σκέψιν, καὶ ἀνασκευή, ὅτι οὐκ ἄμαχος ἡ τοῦ βασιλέως δύναμις: ἐγκωμιαστικὴ Φιλίππου, καὶ προτρέπουσα ἐπὶ φιλανθρωπίαν διὰ ἐναντίων παραδειγμάτων.

περὶ πολλοῦ δ' ἂν ἐποιησάμην οἷόν τ' εἶναι ὅπως ἂν συνερανίσαιμι τοὺς λόγους πάντας, τοὺς ὑπ' ἐμοῦ περὶ τούτων εἰρημένους. μᾶλλον γὰρ ἂν ἀξιόχρεως ἔδοξεν οὕτως ἡ πραγματεία εἶναι τῆς ὑποθέσεως. οὐ μὴν ἀλλὰ σέ γε χρὴ σκοπεῖν, ἐξ ἁπάντων τὰ συντείνοντα καὶ προτρέποντα πρὸς τὸν πόλεμον τοῦτον. οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι πολλοὶ τῶν ἑλλήνων τὴν βασιλέως δύναμιν ἄμαχον εἶναι νομίζουσιν, ὧν ἄξιον θαυμάζειν, εἰ τὴν ὑπ' ἀνθρώπου βαρβάρου καὶ κακῶς τεθραμμένου κατασταθεῖσαν, καὶ συναχθεῖσαν ἐπὶ δουλείᾳ, ταύτην ὑπ' ἀνδρὸς ἕλληνος, καὶ περὶ τοὺς πολέμους πολλὴν ἐμπειρίαν ἔχοντος, μὴ νομίζουσιν ἂν ἐπ' ἐλευθερίᾳ διαλυθῆναι, καὶ ταῦτα εἰδότες, ὅτι συστῆσαι μὲν ἐστὶν ἅπαντα χαλεπόν,

„ διαλῦσαι δὲ ῥᾴδιον. ἐνθυμοῦ δ', ὅτι μάλιστα τούτους τιμῶσιν ἅπαντες, καὶ θαυμάζουσιν, οἵτινες ἀμφότερα ἂν δύνωνται καὶ πολιτεύεσθαι καὶ στρατηγεῖν. ὅταν οὖν ὁρᾷς τοὺς ἐν μιᾷ πόλει τοιαύτην ἔχοντας τὴν φύσιν, εὐδοκιμοῦντας: ποίους τινὰς χρὴ προσδοκᾶν τοὺς ἐπαίνους ἔσεσθαι, τοὺς περὶ σοῦ ῥηθησομένους, ὅταν φαίνῃ ταῖς μὲν εὐεργεσίαις ἐν ἅπασι τοῖς ἕλλησι πεπολιτευμένος, ταῖς δὲ στρατηγίαις τοὺς βαρβάρους καλεστραμμένος; Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι ταῦτα πέρας ἕξειν. οὐδένα γὰρ ἄλλον ποτὲ δυνήσεσθαι μείζω πρᾶξαι τούτων. οὔτε γὰρ ἐν τοῖς ἕλλησι γενήσεται τηλικοῦτον ἔργον, ὅσον ἐστὶ τὸ πάντας ἡμᾶς ἐκ τοσούτων πολέμων ἐπὶ τὴν ὁμόνοιαν προαγαγεῖν: οὔτ' ἐν τοῖς βαρβάροις εἰκός ἐστι συστῆναι τηλικαύτην δύναμιν, ἣν τὴν νῦν ὑπάρχουσαν καταλύσῃς. ὥστε τῶν μὲν ἐπιγιγνομένων, οὐδ' ἂν τις τῶν ἄλλων διενέγκῃ τὴν φύσιν, οὐδὲν ἕξει ποιῆσαι τοιοῦτο. ἀλλὰ μὴν τῶν προγεγενημένων ἔχομεν ὑπερβάλλειν,

Vehemẽter autẽ uelim me posse colligere, ac uno ueluti fasce cõplecti ea quæ de his reb. dixi omnia. Magis enim sic huius argumenti tractatio nomine aliquo digna uideretur. Verùm te quoq; decet considerare ex omnibus, ea quæ huc pertinent, & ad bellũ hoc adhortãtur. Neq; uerò ignoro, Græcorũ multos in ea opinione esse, ut regẽ Persarũ inexpugnabilẽ putẽt: quos sanè mirari æquũ est, si id imperiũ, quod est ab homine Barbaro et malè instituto constitutũ, & ad seruitutẽ congregatũ, à uiro Græco, et bellicis in reb. multum exercitato, non putãt, spe recuperandæ libertatis proposita, dissolutũ iri? Præsertim cum sciant, cõstituere omnia quàm sit difficile, quàm facile uerò dissoluere. Cogita porrò, in quanta admiratione sint apud omnes, quãto honore afficiãtur, qui utrũq; possunt, et domi Rempub. gerere, & foris bello tueri. Quòd si eos qui in una urbe tali sunt ingenio præditi, maximè celebrari uides: cuiusmodi fore laudes censendum est, quæ de te prædicabũtur, si & beneficijs inter omnes Græcos te gessisse Rempublicam, & te imperatore Barbaros expugnatos esse uiderint? Equidem nihil accedere posse credo, neq; ullo tempore maiora posse ab ullo geri. Neq; enim in Græcia ullum tantum facinus editum est, quãtum fuerit, nos omnes è tãtis bellis perduxisse ad concordiam: neq; uerisimile est, unquam in posterum inter Barbaros tantam potentiam constitutum iri, si eam quæ nunc est dissiparis. Quare nemo posterorum, etiamsi excellẽti præter cæteros natura sit, quicquam tale facere poterit. Nam ueterum res gestas supera-

Epilogi uice Philippi consideratio: & refutatio, Persarum regem nõ esse inuictum: laudandi Philippi occasionem præbens, & per exempla contraria ad humanitatem adhortans.

λεῖν τὰς πράξεις τὰς ἤδη διὰ σοῦ κατειργασμένας, οὐκ
αἰσχρῶς, ἀλλ' ἀληθινῶς. ὅστις ἔθνη τοσαῦτα τυγχά-
νοις κατεστραμμένος, ὅσας οὐδεὶς πώποτε τῶν ἄλλων
Ἑλλήνων πόλεις εἷλε· πῶς οὐκ ἂν πρὸς ἕκαστον αὐτῶν
ἀντιπαραβαλὼν, ῥᾳδίως ἂν ἐπέδειξα μείζω σε κἀ-
κείνων διαπεπραγμένον; ἀλλὰ γὰρ εἱλόμην ἀποσχέ-
σθαι τῆς τοιαύτης ἰδέας δι' ἀμφότερα, διά τε τοὺς οὐκ
εὐκαίρως αὐτῇ χρωμένους, καὶ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τα-
πεινοτέρους ποιεῖν τῶν νῦν ὄντων, τοὺς ἡμιθέους εἶναι νομι-
ζομένους. ἐνθυμοῦ δ', ἵνα τι καὶ τῶν ἀρχαίων εἴπωμεν,
ὅτι τὸν Ταντάλου πλοῦτον, καὶ τὴν Πέλοπος ἀρχὴν, καὶ
τὴν Εὐρυσθέως δύναμιν, οὐδεὶς ἂν οὔτε λόγων εὑρε-
τὴς, οὔτε ποιητὴς ἐπαινέσειεν. ἀλλά γε μετὰ τὴν Ἡρα-
κλέους ὑπερβολὴν, καὶ τὴν Θησέως ἀρετὴν, καὶ τοὺς
ἐπὶ Τροίαν στρατευσαμένους, καὶ τοὺς ἐκείνοις ὁμοίους
γενομένους, ἅπαντες ἂν εὐλογήσειαν. καὶ τοὺς ὀνομαστοτά-
τους καὶ ἀρίστους αὐτῶν ἴσμεν, ἐν μικροῖς πολιχνίοις καὶ
νησυδρίοις τὰς ἀρχὰς κατασχόντας, ἀλλ' ὅμως ἰσόθεον
„ καὶ πᾶσιν ὀνομαστὴν τὴν αὐτῶν δόξαν κατέλιπον. ἅπαν-
„ τες γὰρ φιλοῦσιν οὐ τοὺς σφίσιν αὐτοῖς μεγίστην δυνα-
„ στείαν κεκτημένους, ἀλλὰ τοὺς τοῖς Ἕλλησι πλείστων ἀγα-
„ θῶν αἰτίους γεγενημένους. οὐ μόνον δ' ἐπὶ τούτων αὐτοὺς
ὄψει τὴν γνώμην ταύτην ἔχοντας, ἀλλ' ἐπὶ πάντων
ὁμοίως. ἐπεὶ καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν,
οὔθ' ὅτι τῆς θαλάσσης ἦρξεν, οὔθ' ὅτι τοσοῦτο πλῆθος τῶν
χρημάτων εἰσπράξασα τοὺς συμμάχους, εἰς τὴν ἀκρό-
πολιν ἀνήνεγκεν. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὅτι πολλῶν πόλεων ἐ-
ξουσίαν ἔλαβε, τὰς μὲν ἀναστάτους ποιῆσαι, τὰς δ' αὐξῆ-
σαι, τὰς δ' ὅπως ἠβουλήθη διοικῆσαι. ταῦτα γὰρ ἅπαντα
παρῆν αὐτῇ πράττειν. ἀλλ' ἐκ τούτων μὲν πολλαὶ κα-
τηγορίαι

re possumus his ipsis, quæ iam à te gesta sunt non turpiter, sed uerè. Nam cùm tot gentes subegeris, quot urbes nemo Græcorum cepit, nónne si te cum singulis eorum conferrem, facilè demonstrarem, te maiora quàm illos designasse? Verùm hac orationis forma duabus de causis abstinere statui: tum quia plerique parum tempestiuè ea utuntur: tum quia per me nolo, his qui nunc uiuunt, eos qui semidei usurpantur, minores existimari. Cogita etiam, ut & uetera proferamus, Tantali opes, & Pelopis imperium, & Eurysthei potentiam, à nemine laudari, uel oratore, uel poeta: sed post Herculis excellentiam, Theseíque uirtutem, tum eos qui ad Troiam militarunt, tum qui similes illis extiterunt, ab omnibus celebrari. Ac maximè quidem insignes illorum & præstantißimos quosque scimus paruis oppidulis & insulis imperasse: tamen propè diuinam & latißimè patentem sui nominis gloriam reliquerunt. Omnes enim amant, non eos qui sibi maxima imperia pepererunt, sed qui plurima in Græcos beneficia contulerunt: neque erga hos tantùm eo animo sunt, sed æquè in omnes. Nam & nostram Rempublicam nemo eo nomine laudauerit, uel quòd maris imperium tenuit: uel quòd tantam pecuniam, exactam à socijs, in arcem retulit. Ac ne ob illud quidem, quòd in eius potestate fuit, è multis urbibus alias euertere, alias amplificare, alias suo gubernare arbitratu (hæc enim ei licuerunt omnia) uerùm ob hæc in cri-

τηγορίαι κατ' αὐτῆς γεγόνασιν. ἐκ δὲ τῆς ἐν μαραθῶνι μάχης, καὶ Σαλαμῖνι ναυμαχίας, καὶ μάλιστα ὅτι τὴν αὑτῶν ἐξέλιπον ὑπὲρ τῆς τῶν ἑλλήνων σωτηρίας, ἅπαντες αὐτὴν ἐγκωμιάζουσιν. τὴν δ' αὐτὴν γνώμην καὶ περὶ Λακεδαιμονίων ἔχουσι. καὶ γὰρ ἐκείνων ἄγανται μᾶλλον τὴν ἧτταν τὴν ἐν Θερμοπύλαις, ἢ τὰς ἄλλας νίκας· καὶ τὸ τρόπαιον τὸ μὲν κατ' ἐκείνων ὑπὸ τῶν βαρβάρων σταθὲν, ἀγαπῶσι καὶ θεωροῦσι· τὰ δ' ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατὰ τῶν ἄλλων, οὐκ ἐπαινοῦσιν, ἀλλ' ἀηδῶς ὁρῶσιν. ἡγοῦνται γὰρ τὸ μὲν ἀρετῆς εἶναι σημεῖον, τὰ δὲ πλεονεξίας. ταῦτ' οὖν ἐξετάσας πάντα, καὶ διελθὼν πρὸς αὑτὸν, ἢν μέν τι τῶν εἰρημένων εἴη μαλακώτερον καὶ καταδεέστερον, ἀποβλέπειν εἰς τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν δεῖ, ᾗ δικαίως ἂν ἅπαντες συγγνώμην ἔχοιεν. ἢν δ' ὅμοια τοῖς πρότερον διαδεδομένοις, νομίζειν αὐτὰ χρὴ μὴ τὸ γῆρας τοὐμὸν εὑρεῖν, ἀλλὰ τὸ δαιμόνιον ὑποβαλεῖν, οὐκ ἐμοῦ φροντίζον, ἀλλὰ τῆς ἑλλάδος κηδόμενον, καὶ βουλόμενον ταύτην τε τῶν κακῶν ἀπαλλάξαι τῶν παρόντων, καὶ σοὶ δόξαν
» πολὺ μείζω περιθεῖναι τῆς νῦν ὑπαρχούσης. οἶμαι δέ
» σε οὐκ ἀγνοεῖν, ὃν τρόπον οἱ θεοὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων διοι-
» κοῦσιν. οὐ γὰρ αὐτόχειρες, οὔτε μετὰ τῶν ἀγαθῶν, οὔτε τῶν κα-
» κῶν γίνονται τῶν συνιόντων αὐτοῖς· ἀλλ' ἑκάστοις τοιαύ-
» την ἔννοιαν ἐμποιοῦσιν, ὥστε δι' ἀλλήλων ἡμῖν ἑκάτερα
» παραγίνεσθαι τούτων. οἷον ἴσως καὶ νῦν τοὺς μὲν λόγους ἡμῖν ἀπένειμαν, ἐπὶ δὲ τὰς πράξεις σὲ τάττουσι, νομίζοντες τούτων μέν σε κάλλιστ' ἂν ἐπιστατῆσαι· τὸν δὲ λόγον τὸν ἐμὸν, ἥκιστ' ἂν ὀχληρὸν γενέσθαι τοῖς ἀκούουσιν. ἡγοῦμαι δὲ καὶ τὰ πεπραγμένα πρότερον οὐκ ἄν ποτέ σοι γενέσθαι τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, εἰ μή τις θεῶν

συγγνωστὸς εἶναι ἀξιοῖ διὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ θαυμαστῶς ἐκθειάζει τήν τε ἰδίαν συμβουλὴν, καὶ τὰς Φιλίππου πράξεις.

αὐτὰ

mẽ ſæpe uenit. Sed cùm ob Marathoniã pugnam, et naualẽ ad Salaminẽ præliũ: tum eo potiſsimũ, ꝙ pro ſalute Græciæ ſuã urbẽ noſtri ciues reliquerũt, uniuerſi eã celebrant. Neq; aliter etiã de Lacedæmonijs ſentiũt. Nã et illorũ cladẽ in Thermopylis acceptam magis admirantur, q̃ alias eorum uictorias: ac trophæũ cõtra illos à Barbaris erectũ amãt & ſpectãt. Lacedæmoniorũ aũt trophæa, cõtra alios collocata, nõ laudãt, inuitiq; uidẽt. Nam illud quidẽ uirtuti, hæc auariciæ tribuuntur. Hæc igitur omnia perpendẽda, et ſeorſum tibi excutiẽda ſunt: et, ſi quid mollius, aut minus accuratè dictũ fuerit, ætatis meæ rationẽ habebis, cui meritò ueniã dabunt omnes. Sin ijs ſimilia, quæ ſuperiorib. tẽporib. à me edita ſunt, uidebuntur: exiſtimandũ erit, ea nõ ſenectuti meæ accepta referẽda, ſed dei alicuius beneuolentiæ, qui non de me ſit ſolicitus, ſed Græciæ ſalutem cura ſua cõplectatur: quiq; ſtudeat cùm urgentib. eam malis liberare, tũ tibi reſeruare gloriã, ea quã nunc habes lõgè maiorẽ. Arbitror aũt te nõ ignorare, quo pacto dij res humanas adminiſtrẽt. Nõ enim ipſi corã uel pſperis uel aduerſis in rebus, hominib. ſe conſpiciendos præbẽt, aut cõtrectãdos manibus: ſed eã mentẽ dant ſingulis, ut uel cladib. ultrò citroq; ſe afficiãt, uel cõmunes utilitates in mediũ afferãt, mutatione officiorũ. Ad hũc modũ fieri poteſt, ut nobis orationem tribuerint, te uerò gerẽdis reb. præfecerint: exiſtimantes, & te pulcherrimè iſta obiturum, & orationẽ meam audientibus minimè grauem & moleſtam futuram. Ac ne ſuperiorũ quidem temporum res geſtas tãtas fuiſſe futuras exiſtimo, niſi deorum

Aetati ſuæ ueniã petit, & ſuũ conſilium ac res Philippi geſtas mirificè ad diuinam autoritatẽ transfert.

αὐτὰ συγκατορθώσειν· οὐχ ἵνα τοῖς βαρβάροις μόνον τοῖς ἐπὶ τῆς Εὐρώπης κατοικοῦσι πολεμῶν διατελῇς, ἀλλ' ὅπως ἐν τούτοις γυμνασθεὶς, καὶ λαβὼν ἐμπειρίαν, καὶ γνωσθεὶς οἷος εἶ, τούτων ἐπιθυμήσῃς, ὧν τυγχάνω συμβεβουλευκώς.
» αἰσχρὸν οὖν ἐστι καλῶς τῆς τύ-
» χης ἡγουμένης ἀπολειφθῆναι, καὶ μὴ παρασχεῖν αὐ-
» τὸν ᾗ βούλεταί σε προαγαγεῖν. νομίζω δὲ χρῆναί σε πάντας μὲν τιμᾶν τοὺς περὶ τῶν σοὶ πεπραγμένων ἀγαθόν τι λέγοντας· κάλλιστα μέντοι νομίζειν ἐγκωμιάζειν ἐκείνους, τοὺς μειζόνων ἔργων καὶ τηλικούτων τὴν σὴν φύσιν ἀξιοῦντας, καὶ μὴ μόνον τοὺς ἐν τῷ παρόντι κεχαρισμένως διειλεγμένους, ἀλλ' οἵτινες τοὺς ἐπιγιγνομένους οὕτω ποιήσουσι τὰς σὰς πράξεις θαυμάζειν, ὡς οὐδενὸς ἄλλου τῶν προγεγενημένων. Πολλὰ δὲ βουλόμενος τοιαῦτα λέγειν, οὐ δύναμαι· τὴν δ' αἰτίαν δι' ἣν, πλεονάκις τοῦ δέοντος εἴρηκα. λοιπὸν οὖν ἐστὶ τὰ προειρημένα συναγαγεῖν, ἵν' ὡς ἐν ἐλαχίστοις φῇς κατίδοις τὸ κεφάλαιον τῶν συμβεβουλευμένων. φημὶ γὰρ χρῆναί σε τοὺς μὲν Ἕλληνας εὐεργετεῖν, Μακεδόνων δὲ βασιλεύειν, τῶν δὲ βαρβάρων ὡς πλείστων ἄρχειν. ἢν γὰρ ταῦτα πράττῃς, ἅπαντές σοι χάριν ἕξουσιν· οἱ μὲν Ἕλληνες, ὑπὲρ ὧν ἂν εὖ πάσχωσι· Μακεδόνες δ' ἂν βασιλικῶς, ἀλλὰ μὴ τυραννικῶς αὐτῶν ἐπιστατῇς· τὸ δὲ τῶν ἄλλων γένος, ἂν διὰ σὲ βαρβαρικῆς δεσποτείας ἀπαλλαγέντες, ἑλληνικῆς ἐπιμελείας τύχωσι. ταῦθ' ὅπως μὲν γέγραπται τοῖς καιροῖς καὶ ταῖς ἀκριβείαις, παρ' ὑμῶν τῶν ἀκουόντων πυνθάνεσθαι δίκαιόν ἐστιν. ὅτι μέντοι βελτίω τούτων, καὶ μᾶλλον ἁρμόττοντα τοῖς ὑπάρχουσιν οὐδεὶς ἄν σοι συμβουλεύσειεν, σαφῶς εἰδέναι νομίζω.

ἐπίλογος διὰ βραχείας ἀναμνήσεως, καὶ μερισμὸς τῶν ἐκβησομένων, καὶ σύστασις τῶν εἰρημένων.

ΥΠΟ'

aliquē propitiū & adiutorē habuisses: nō profectò, ut Barbaros Europæos bellis ꝑpetuis infestares: sed ut illis quasi uelitationib. exercitatus, partaq; peritia, & nobilitata uirtute tua, hæc quæ ego nunc tibi suadeo expeteres, ad eaq; capessenda animū extolleres. Turpe igitur fuerit, fortunā rectè præeuntē nō alacriter sequi, neq; ultrò ad maiora uocāti obtēperare. Aequū aūt esse cēseo, ut cùm omnib. ijs honorē habeas, q res à te gestas prædicāt: tū eorū uerißimis te celebrari laudib. existimes, qui naturā tuā maiorib. negocijs parē esse cēsent, tātisq; reb. animo et sententia sua te præficiūt, quātas ego nunc exposui. Neq; enim hi soli magnifaciēdi sunt, q aurib. in præsentia blādiūtur: sed qui efficiēt, ut apud posteros in tāta sis admiratione, in quāta nemo unquam fuit. In hāc sententiā plura quidē cupio differere: sed quā ob causam id facere nequeā, plus satis est dictū. Restat igitur, ut in summā omnia cogam, ut q̄ paucißimis perspicias totius cōsilij caput. Aio igitur, & Græcos beneficijs tibi adiungēdos esse, & imperiū in Macedones exercēdū, et Barbaris q̄ plurimis imperandū. Quæ si feceris, omnes tibi gratiam habebunt, Græci ob accepta beneficia, Macedones ob regiā & non tyrannicā sui gubernationē: reliquæ nationes, quòd Barbarico dominatu liberatæ, Græcorū dexteritati ac fidei salutē suam cōmēdatā uiderint. Hæc quàm temporibus aptè, quáue diligentia scripta sint, è uobis, qui audieritis, cognoscendum erit. Sed meliora tibi suasurū esse neminem, satis mihi scire uideor.

Epilogus breui enumeratione cōstans, cū distributione euētuū, & commendatione orationis.

A R-

ὙΠΟ'ΘΕΣΙΣ ΤΟΥ͂ γ′ λόγου.

Μετὰ τὰ λευκτρικὰ κατέτρεχον τὴν Λακεδαίμονα Θηβαῖοι, καὶ πολλάκις αὐτὴν ἐκάκωσαν, ὥστε καὶ τὰς λακεδαιμονίων γυναῖκας ἀπαντῆσαι λακεδαιμονίοις συνεχῶς φεύγουσι, καὶ εἰπεῖν, μὴ καὶ δεύτερον ὑμᾶς ἔχομεν ἐν τῇ γαστρὶ δέξασθαι; καὶ ὅτι συστραφέντες ἐν μαντινείᾳ ἐνίκησαν, τῶν ἀθηναίων ἱππέων καλῶς παραταξαμένων. μετὰ τὰ ἐν μαντινείᾳ οὖν ἔπεμψαν λακεδαιμόνιοι πρὸς θηβαίους, αἰτοῦντες αὐτοὺς τὴν εἰρήνην. οἱ δὲ ὑπέσχοντο αὐτοῖς ἡσυχάσειν, εἰ μεσσήνην ἀνοικίσωσι, καὶ αὐτόνομον ἐάσωσι. τῶν οὖν ἄλλων συμβουλευόντων λακεδαιμονίοις, ἀνοικίσαι: ἀρχίδαμος ὁ νεώτερος συμβουλεύει λακεδαιμονίοις, μὴ ἀνοικίσαι. κατάγεται δὲ οὕτως ὁ μικρὸς ἀρχίδαμος, ζευξίδαμος, ὁ ἀρχίδαμος, ὁ ἄγις, ὁ ἀγησίλαος, ὁ ἀρχίδαμος. καὶ οἱ μὲν λέγουσιν, ὅτι πέμψας ἀρχίδαμος ἐν ἀθήναις, τὸν λόγον παρὰ ἰσοκράτους ἐδέξατο. ἄλλοι δὲ φασὶ, γυμνασίαν εἶναι τὸν λόγον ἰσοκράτους, τίνας ἂν εἴποι λόγους ἀρχίδαμος, συμβουλεύων λακεδαιμονίοις. καὶ ἡ μὲν ὑπόθεσις αὕτη. στάσις δὲ τοῦ λόγου, πραγματική. κεφάλαιον δὲ, τὸ ξύμφερον.

ἙΤΈΡΑ ὙΠΟ'ΘΕΣΙΣ ἈΡΧΙΔΆΜΟΥ, ἐκ τῶν Διονυσίου τοῦ ἁλικαρνασέως.

Τίς δ' ἂν μᾶλλον πείσειε καὶ πόλιν καὶ ἄνδρας τοῦ ῥήτορος; πολλαχοῦ μὲν καὶ ἄλλη, μάλιστα δὲ ἐν τῷ πρὸς λακεδαιμονίους γραφέντι λόγῳ; ὃς ἐπιγράφεται μὲν ἀρχίδαμος, ὑπόθεσιν δὲ περιείληφε τὴν περὶ τοῦ μὴ προέσθαι μεσσήνην βοιωτοῖς, μηδὲ ποιεῖν τὸ προσταττόμενον ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. ἐτύγχανε γὰρ δὴ τοῖς λακεδαιμονίοις, ἥτε περὶ λεῦκτρα μάχη, καὶ πολλαὶ μετ' ἐκείνην ἕτεραι, καὶ τὰ μὲν θηβαίων πράγματα ἤνθει τε, καὶ εἰς μέγεθος ἀρχῆς προεληλύθει· τὰ δὲ τῆς σπάρτης ταπεινὰ, καὶ ἀνάξια τῆς ἀρχαίας ἡγεμονίας ἐγεγόνει. τεθνηκυῖα γοῦν ἵνα τύχῃ τῆς εἰρήνης ἡ πόλις, ἐβουλεύετο εἰ χρὴ μεσσήνην ἀποστῆναι, ταύτην ἐπιθέντων αὐτῇ βοιωτῶν τὴν ἀνάγκην. ὁρῶν οὖν αὐτὴν ἀνάξια πράττειν μέλλουσαν τῶν προγόνων, τόνδε τὸν λόγον συνετάξατο ἀρχιδάμῳ, νέῳ μὲν ὄντι, καὶ οὔπω βασιλεύοντι, ἐλπίδας δὲ πολλὰς ἔχοντι ταύτης τεύξεσθαι τῆς τιμῆς, ἐν ᾧ διεξέρχεται πρῶτον μὲν, ὡς δικαίως ἐκτήσαντο μεσσήνην λακεδαιμόνιοι, παραδόντων τ' αὐτὴν τῶν κρεσφόντου παίδων, ἱκέ-

ARGVMENTVM ARchidami.

POst pugnam Leuctricam, Thebani Lacedæmonem incursabant,& multis cladib.afficiebant:adeò,ut Lacedęmonijs subinde fugientibus, uxores tandē occurrētes, dicerent: Nunquid denuò uos in uteros recipere possumus? Itaq; in hostem cōuersi, ad Mantineam uicerunt,ab equitatu Atheniensium strenuè adiuti. Post res ad Mantineam gestas, per legatos à Thebanis pacē petiere : qui se illam daturos ea conditione promiserunt, si Messenam instaurarēt, & liberam esse paterentur. Quod cum alij non recusandū censerent:Archidamus iunior aduersatur. Hoc autem minoris Archidami genus est: Zeuxidamus, Archidamus, Agis, Agesilaus,è quo natus est hic Archidamus. Sunt qui dicant,Archidamū Athenis hanc orationē ab Isocrate accersiuisse. alij sentiūt, scriptā esse ab Isocrate,exercēdi ingenij gratia : ut ostēderet,quidnā ab Archidamo in senatu Lacedæmoniorū dicendum uideretur. Et argumētum quidem orationis hoc est. Pertinet autem ad genus deliberatiuum,& loco utilitatis præcipuè nititur.

ALIVD ARGVMENTVM IN ARchidamum,è *Dionysio Halicarnasseo.*

Quis uel Rempub. uel homines priuatos facilius in suam adducat sententiā, hoc oratore? cùm multis alijs in locis, tum in Laconica oratione, quæ Archidamus inscripta, illud argumentum continet: neq; Messenam Bœotijs tradendam, neq; hostium imperata esse facienda. Nam aduerso Marte pugnarant Lacedæmonij & ad Leuctra, & deinde in multis alijs prælijs: ac Thebanorum quidem opes florebant, & ad imperij magnitudinem processerant : Spartanorum autem res afflictæ erant, & longè à dignitate ueteris principatus degenerarant. Tandem igitur Spartani, ut pacem impetrarent, deliberabant, essētne agro Messenio cedendum? nam hæc eis necessitas à Bœotijs imponebatur. Quum igitur uideret Isocrates, eos indigna suis maioribus esse facturos: Archidamo, qui quidem adolescens, necdum regno potitus erat, sed magnam tamen spem habebat eius honoris adipiscendi, hanc orationem composuit: in quā commemorat primùm, iurè tenere Messenam Lacedæmonios, tum à Cresphontæ liberis,

regno

ἔτι δ' ἐξ ἐπίσου ἐκ τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦ θεοῦ προστάξαντος δέξασθαι, καὶ τιμωρεῖν τοῖς ἀδικουμένοις. πρὸς δὲ τούτοις, ἐπικυρώσαντος μὲν τὴν κτῆσιν τοῦ πολέμου, κάτοχον δὲ καὶ βέβαιον πεποιηκότος τοῦ χρόνου. διδάσκει δ' ὡς οὐ μεσσηνίοις, τοῖς οὐκ ἔτ' οὖσιν, ἀλλὰ δούλοις καὶ εἵλωσιν ὁρμητήριον καὶ καταφυγὴν παρέξουσι τὴν πόλιν. διεξέρχεταί τε τοὺς κινδύνους τῶν προγόνων, οὓς ὑπέμειναν ἕνεκα τῆς ἡγεμονίας, καὶ τῆς δόξης ὑπομιμνήσκει τῆς παρὰ τοῖς ἕλλησιν ὑπαρχούσης περὶ αὐτῶν. παραινεῖ δὲ, μὴ συγκαταπίπτειν ταῖς τύχαις, μηδ' ἀπογιγνώσκειν τὰς μεταβολὰς, ἐνθυμουμένους, ὅτι πολλοὶ μὲν ἤδη μείζω δύναμιν ἔχοντες ἢ θηβαῖοι, ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων ἐκρατήθησαν. πολλοὶ δ' εἰς πολιορκίαν κατακλεισθέντες, καὶ δεινότερα ἢ λακεδαιμόνιοι πάσχοντες, διέφθειραν τοὺς ἐπιστρατεύσαντας. καὶ παράδειγμα ποιεῖται τὴν ἀθηναίων πόλιν, ἥτις ἐκ πολλῆς εὐδαιμονίας ἀνάστατος γενομένη, τοὺς ἐσχάτους ὑπέστη κινδύνους, ἵνα μὴ τοῖς βαρβάροις ποιῇ τὸ προσταττόμενον. παρακελεύεται δὲ καὶ καρτερεῖν ἐπὶ τοῖς παροῦσι, καὶ θαρρεῖν περὶ τῶν μελλόντων. ἐπισταμένους, ὅτι τὰς τοιαύτας συμφορὰς αἱ πόλεις ἐπανορθοῦνται πολιτείᾳ χρηστῇ, καὶ πολέμων ἐμπειρίαις, ἐν οἷς προεῖχεν ἡ σπάρτη τῶν ἄλλων πόλεων. οἴεται δὲ δεῖν οὐ τοὺς κακῶς πράττοντας, μὴ εἰρήνης ἐπιθυμεῖν, οἷς ἐκ τῆς καινουργίας εὐθὺ τὸ κρεῖττον μεταβάλλειν τὰ πράγματα ἐλπὶς, ἀλλὰ τοὺς εὐτυχοῦντας· ἐν γὰρ τῷ κινδύνῳ τὴν τῶν παρόντων ἀγαθῶν εἶναι φυλακήν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρὸς τούτοις διεξελθὼν, ὅσα καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐπιφανεστάτοις αὐτῶν ἐπράχθη κατὰ τοὺς πολέμους λαμπρὰ ἔργα, καὶ ὅσης αἰσχύνης ἄξια δράσουσι, καὶ ὡς διαβληθήσονται παρὰ τοῖς ἕλλησιν, ἐπιλογισάμενος, καὶ ὅτι πανταχόθεν αὐτοῖς ἐπικουρία τις ἔσται τὸν ἀγῶνα ποιουμένοις, καὶ παρὰ θεῶν, καὶ παρὰ συμμάχων, καὶ παρὰ πάντων ἀνθρώπων, οἷς ἐπίφθονος ἡ θηβαίων δύναμις αὐξομένη, καὶ τὴν κατέχουσαν ἀκοσμίαν καὶ ταραχὴν τὰς πόλεις ἐπιτροπευόντων τῆς ἑλλάδος βοιωτῶν, ἐπιδειξάμενος: τελευτῶν, εἰ καὶ μηδὲν τούτων μέλλοι γίνεσθαι, μηδ' ὑπολείποιτό τις ἄλλη σωτηρίας ἐλπὶς: ἐκλιπεῖν κελεύει τὴν πόλιν, διδάσκων αὐτοὺς ὡς χρὴ παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας, καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον εἴς τε σικελίαν ἐκπέμψαι, καὶ ἰταλίαν, καὶ τ' ἄλλα χωρία τὰ φίλια. αὐτοὺς δὲ καταλαβομένους τόπων, ὅστις ἂν ὀχυρότατος ᾖ, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἐπιτηδειότατος, ἄγειν καὶ φέρειν τοὺς πολεμίους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. οὐδεμίαν γὰρ ἀξιώσειν δύναμιν ὁμόσε χωρεῖν, ἀνδράσι κρατίστοις μὲν τὰ πολέμια τῶν ἑλλήνων, ἀπονενοημένως δὲ πρὸς τὸ ζῆν διακειμένοις, δικαίαν δ' ὀργὴν καὶ πρόφασιν

εὐπρε-

regno pulsis,traditam: tum Delphico oraculo confirmatam, quo iussi fuerint & urbem accipere, & affectis iniuria opitulari:tum bello constabilita possessione,& temporis diuturnitate corroborata.Docet etiam,nō Messenijs,qui nulli iam essent,sed seruis & mancipijs,quos Helotas uocant,id oppidū, portum & confugium udituros. Enumerat & pericula,quæ maiores eorum imperij causa adierint:& qua sint apud Græcos existimatione,commonefacit:hortaturq;,ne fracti rebus aduersis,animos abijciāt:sed potius spe fortunę melioris cōfirmati, ut cogitent, multos Thebanis potentiores,ab imbecillioribus esse uictos: multos cinctos obsidionibus, & grauioribus malis, quàm Spartanos, conflictantes, eos à quibus oppugnarentur, deleuisse. Adducit exemplum ciuitatis Atheniensium:quæ cum maximè floreret,euersa,extrema quæque perpessa fuerit,ne audiens esset dicto Barbarorum.Monet,ut præsentia perferant,& de futuris bene sperent: cum tales calamitates à ciuitatibus emendari sciant prudenti constitutione Reipub.& peritia rei militaris,quibus Sparta reliquas urbes superabat.Cēset,ijs potius,cū quibus bene agatur,quàm ipsis,rebus suis aduersis,pacem expetendā:cūm noua molienti tibus spes fortunæ melioris proposita sit. Nam si discrimen subeant, partas opes ab eis posse conseruari. Præterea multis alijs præclaris operibus commemoratis, quæ clarissimi ciues publicè priuatimque in bellis ediderint, colligit, quantum dedecus suscepturi, & in quantum apud Græcos crimen sint uenturi. Sin arma ceperint, asserit eis ab omni parte auxilia præstō esse futura,à dijs immortalibus, à socijs,ab uniuersis hominibus, qui Thebanæ potentiæ incrementis inuideant. Denique ostensa confusione & tumultibus, quibus urbes Græcæ, Bœotijs rerum potientibus, agitentur: ut nihil horum eueniat, nec ulla spes incolumitatis alia relinquatur: urbem eos deserere iubet: docetq;, uxores & liberos, cæteramq; turbam in Siciliam & Italiam, & reliqua loca eis amica mitti:ipsos uerò,castello aliquo munitissimo occupato,& ad gerendū bellum opportunissimo, hostes summis uiribus terra mariq; persequi oportere. Nullum enim exercitum ausurum esse, collatis signis, cum uiris Græciæ bellicosissimis, qui uitam uilissimam censeant, & quibus iusta ira & causa

εὐπρεπῆ τῆς ἀνάγκης ἔχουσι. ταῦτα γὰρ οὐ Λακεδαιμονίοις μόνον συμβουλεύειν φαίην ἂν αὐτὸν ἔγωγε, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι, καὶ πᾶσιν τοῖς ἀνθρώποις, πολλῷ κράτιστον ἁπάντων φιλοσόφων, οἳ τέλος ποιοῦνται τοῦ βίου τὴν ἀρετὴν, καὶ τὸ καλόν.

ἙΤΕΡΑ ὙΠΟΘΕΣΙΣ ἹΕρωνύμου Βολφίου, εἰς τὸν γ λόγον.

Συμβουλευτικός ἐστιν ὁ λόγος. ἡ δὲ τούτου περιβολὴ, ὅτι μὴ δεῖ ἐξ ἐπιτάγματος Θηβαίων Μεσσήνην ἀνοικίσαι, μηδ᾽ αὐτόνομον ἐᾶσαι. κατασκευάζεται δὲ διὰ τριῶν μάλιστα κεφαλαίων, τοῦ τε ἀδίκου, καὶ τοῦ βλαβεροῦ, καὶ τοῦ αἰσχροῦ. ἄδικον μὲν γάρ φησιν ἀφελέσθαι ἡμῶν πόλιν, ἣν οἱ πρόγονοι πολλὰς γενεὰς κτησάμενοι δικαίως, ἡμῖν κατέλιπον. ἔπειτα δὲ, μεγάλα βλαβήσεται ἡ πόλις, δυνατὴν, καὶ πολεμίως ὡς ἡμᾶς διακειμένην παρακατοικοῦσα πόλιν. τὸ τελευταῖον δὲ, εἰς μεγάλην αἰσχύνην καταστήσομεν τὴν Σπάρτην, τῆς μὲν τῶν προγόνων δόξης ἀμελήσαντες, τὰ δὲ προσταττόμενα τοῖς πολεμίοις ἄλλως τε καὶ ἄδικα ὑπάρχοντα πεποιηκότες. ἀντιλέγουσι δὲ τούτοις οἱ τῆς εἰρήνης εἰσηγηταὶ, ὅτι ἡ πόλις ἡμῶν εἰς ἀπορίαν καταστᾶσα, καὶ ταπεινὰ πράττουσα, οὐκ ἀξιόμαχος ἔσται πρὸς τὴν ἀνθοῦσαν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν πολεμίων δύναμιν. ταύτην δὲ τὴν ἀντίθεσιν ἀνασκευάζων λέγει, πρῶτον μὲν κατ᾽ ἀπόφασιν, ὅτι οὐδ᾽ οἱ ἐχθροὶ παντὸς ἔξω κινδύνου καθεστῶτες, ὡς κάλλιστα πράττουσιν: οὐδ᾽ αὐτοὶ ἐσχάτως διακείμενοι, πασῶν ἐστέρηνται τῶν ἐλπίδων. δεύτερον δὲ, ὅτι καὶ πειθόμενοι τοῖς ἐχθροῖς, οὐδὲν μὲν ἄμεινον πράξομεν, εἰρήνην δὲ ὁμοίως ἕξομεν ἄδηλον καὶ ἄπιστον. τὸ τρίτον δὲ, ὅτι χρὴ πάντα μᾶλλον τὰ ἔσχατα ὑπομένειν, ἢ μετ᾽ αἰσχύνης καὶ ἀτιμίας τῶν ὑμετέρων κτημάτων ἀποστῆναι, ἕως ἂν ᾖ ὁπωσοῦν τὴν ἐλευθερίαν διαφυλάττειν. τὸ προοίμιον προκαταληπτικὸν τυγχάνον, εὔνοιαν λαμβάνει ἔκ τε τοῦ σωφρόνως προβεβιωμένων, καὶ τοῦ τῶν ῥηθησομένων αἰτιολογίας. περιτίθησι δ᾽ ἑαυτοῦ καὶ ἀξίωμα τῇ ἡλικίᾳ, τὴν ἀναισχυντίας καὶ προπετείας δόξαν ἀποτρίβων.

ΙΣΟ

honestißima eam neceßitatem imposuerit, dimicare. Hæc ego non tam Lacedæmonijs, quàm alijs quoque Græcis, atq; adeò hominibus uniuersis eum suadere dixerim longè melius, quàm omnes philosophos, qui summũ uitæ bonum in uirtute & honestate ponunt.

ALIVD ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFII.

Dissuadet Archidamus hac oratione Lacedæmonijs, nè Messenam ex mandato Thebanorum uel instaurent, uel liberam esse patiantur: tribus nitens argumentis, iniusto, noxio, & turpi. Nam & iniustum est, inquit, eam nobis urbem eripi, quam nostri maiores tot seculis iusto titulo possessam, nobis reliquerunt. Deinde Respublica nostra plurimum detrimẽti capiet, si potentem & infestam urbem uicinam habuerimus. Denique nota turpißima nomini Spartano inuretur, si neglecta maiorum gloria, imperata hostium, iniusta præsertim, fecerimus. Contra has rationes pacis suasores dicunt, ciuitatem exhaustam & afflictam, florentißimis hostium opibus resistere non posse. quod ita refutatur. Primum, neque hostes extra omne periculum positos usque adeò florere, neque Spartanos extrema neceßitate circumuentos, aut spe omni destitutos esse. Deinde, tametsi paruerint hosti, nihilo melius cum eis actum iri, & pacem æquè infirmam atque incertam fore. Postremò, extrema potius omnia perpetienda esse, quàm cũ dedecore & ignominia de iure quicquam concedendũ, quo-ad tuendæ libertatis ulla spes supersit. Exordium ab occupatione ducitur, qua beneuolentiã ab anteactæ uitæ modestia, & huius orationis habendæ causa, captat: atq; autoritatem ætati suæ conciliat, temeritatis & impudentiæ opinione refutata.

ἸΣΟΚΡΆΤΟΥΣ ἈΡΧΙ-
δάμος, λόγος γ.

κατὰ προκα-
τάληψιν εὔ-
νοιαν λαμβά-
νει, καὶ προ-
σοχήν.



Σως τινὲς ὑμῶν θαυμάζουσιν, ὅτι τὸν
ἄλλον χρόνον ἐμμεμενηκὼς τοῖς τῆς
πόλεως νομίμοις, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις
ἄλλος τῶν ἡλικιωτῶν, τοσαύτην πε-
ποίημαι μεταβολήν, ὥστε περὶ ὧν ὀκνοῦ-
σιν οἱ πρεσβύτεροι λέγειν, περὶ τούτων νεώτερος ὤν,
παρελήλυθα συμβουλεύσων. ἐγὼ δ', εἰ μέν τις ἄλ-
λος τῶν εἰθισμένων ἐν ὑμῖν ἀγορεύειν, ἀξίως ἦν τῆς
πόλεως εἰρηκώς, πολλὴν ἂν ἡσυχίαν ἦγον. νῦν δ' ὁ-
ρῶν τοὺς μὲν συναγορεύοντας, οἷς οἱ πολέμιοι προ-
στάττουσι: τοὺς δ' οὐκ ἐρρωμένως ἐναντιουμένους, τοὺς δὲ
παντάπασιν ἀποσεσιωπηκότας: ἀνέστην ἀποφανού-
μενος ἃ γιγνώσκω περὶ τούτων· αἰσχρὸν νομίσας, εἰ
τὴν ἰδίαν τάξιν τοῦ βίου διαφυλάττων, περιόψομαι τὴν
πόλιν ἀναξίως ἐψηφισμένην ἑαυτῆς. ἡγοῦμαι δ', εἰ
καὶ περὶ τῶν ἄλλων πρέπει τοὺς τηλικούτους, περί γε τοῦ πο-
λεμεῖν, ἢ μή, προσήκειν μάλιστα τούτοις συμβουλεύειν, οἵ-
περ καὶ τῶν κινδύνων πλεῖστον μέρος μεθέξουσιν. ἄλ-
λως τε δὴ καὶ τοῦ γνῶναί τι τῶν δεόντων, ἐν κοινῷ κα-
θεστῶτος ἡμῖν. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἀποδεδειγμένον, ὥστε τοὺς
μὲν πρεσβυτέρους περὶ ἁπάντων εἰδέναι τὸ βέλτιστον,
τοὺς δὲ νεωτέρους περὶ μηδενὸς ὀρθῶς γινώσκειν: καλῶς
» ἂν εἶχεν ἀπείργειν ἡμᾶς τοῦ συμβουλεύειν. ἐπειδὴ δ' οὐ τῷ
μεν· ὄψεσθε μεταβαλλομένους αὐτούς, καὶ τὴν ἡμετέραν
συμμαχίαν σωτηρίαν αὐτοῖς εἶναι νομίζοντας. τὰς μὲν
οὖν ἐλπίδας ἔχω τοιαύτας. *Τοσοῦτον δὲ ἀπέχω τοῦ ποιεῖν
τι τῶν προσταττομένων, ὥστ' εἰ μηδὲν γίγνοιτο τούτων, μηδὲ
βοηθείας μηδαμόθεν τυγχάνοιμεν· ἀλλὰ τῶν ἑλλήνων
οἱ μὲν

* ὑπερβολή, ὅτι τὴν Σπάρτην ἐκλειπτέον μᾶλλον, ἢ τῶν πολεμίων ἀκουστέον· καὶ ὁ τρόπος τοῦ διαπολεμεῖν.

Nulla enim urbs non afflicta est, nulla cui à uicinis pericula non immineant. Itaq; & agri uastati sunt; & ciuitates euersæ, & priuatæ ædes desolatæ, & inuersæ Respublicæ, & leges abrogatæ: quib. dũ utebantur, felicißimi Græcorum fuerunt. Tantopere autem alijs alij diffidunt, itaq́; sunt odijs exacerbati, ut ciues suos magis quàm hostes metuant: & cùm diuitijs nostraq; beneuolentia floruissent, sic à congreßibus, omniq́; humanitate abhorrent, ut & ij qui rem habent, pecuniam in mare demergere mallent, quàm indigentibus impertiri: & tenuiores à locupletioribus eripere, quàm fortè fortuna inuenire magis optent. Sacris abrogatis, in aris sese mactant: & nunc plures unius urbis exules sunt, quàm antehac totius Peloponnesi. Et cùm tot mala enumerata sint, plura prætermisimus, quàm recensuimus. Nihil enim duri aut acerbi dici potest, quod non ibi concurrerit: quorum quia iam alios cepit, alios breui satietas capiet: aliquod ijs malis remedium inuenire studebunt. Neq; enim putare debetis, fore ut in istis rebus acquiescant. Nam quos secundæ res fatigarunt, aduersas longo tempore quî tolerabunt? Quare non tantùm si pugnando uicerimus, sed etiam si quieti expectauerimus, eos mutata sententia uidebitis, suam salutem in nostra societate collocaturos. Et quæ sperem, hæc sunt. *Tantum autem abest, ut aliquid eorum quæ imperantur, facere uelim: ut si nihil horum fieret, neq; ulla nobis auxilia præstò essent, Græcorumq́; alij

* Hyperbole, Spartam potius desererẽdã, quàm hostibus parendum; & belli administrandi ratio.

οἱ μὲν ἀδικοῖεν ἡμᾶς, οἱ δ' ὑπερορῷεν· οὐδ' ἂν οὕτω μετα-
γνοίην, ἀλλὰ πάντας ἂν τοὺς ἐκ τοῦ πολέμου κινδύνους
ὑπομείναιμι, πρὶν ποιήσασθαι τὰς ὁμολογίας ταύτας.
αἰσχυνθείην γὰρ ἂν ὑπ' ἀμφοτέρων, εἴτε καταγνοίημεν
τῶν προγόνων, ὡς ἀδίκως Μεσσηνίων ἀφείλοντο τὴν
χώραν· εἴτ' ἐκείνων ὀρθῶς κεκτημένων, ἡμεῖς παρὰ τὸ
δίκαιον συγχωρήσαιμέν τι περὶ αὐτῆς. τούτων μὲν οὖν
οὐδέτερον ποιητέον, σκεπτέον δ' ὅπως ἀξίως ἡμῶν αὐτῶν
πολεμήσωμεν, καὶ μὴ τοὺς εἰθισμένους ἐγκωμιάζειν ἡ-
μῶν τὴν πόλιν, ἐλέγξωμεν ψευδεῖς ὄντας· ἀλλὰ τοιού-
τους παρασχήσωμεν, ὥστ' ἐκείνους ἐλάττω τι τῶν ὑπαρ-
χόντων δοκεῖν εἰρηκέναι περὶ ἡμῶν. οἶμαι μὲν οὖν μη-
δὲν δεινότερον συμβήσεσθαι τῶν νῦν παρόντων· ἀλλὰ τοὺς
ἐχθροὺς τοιαῦτα βουλεύσεσθαι καὶ πράξειν, ἐξ ὧν ἐπανορ-
θώσουσιν ἡμᾶς. ἂν δ' ἄρα ψευσθῶμεν τῶν ἐλπίδων,
καὶ πανταχόθεν ἐξειργώμεθα, καὶ μηδὲ τὴν πόλιν ἔτι δυ-
νώμεθα φυλάττειν· χαλεπὰ μὲν ἔστιν ἃ μέλλω λέγειν,
ὅμως δ' οὐκ ὀκνήσω παρρησιάσασθαι περὶ αὐτῶν. καὶ γὰρ
ἐξαγγελθῆναι τοῖς Ἕλλησι καλλίω ταῦτ' ἐστὶ, καὶ μᾶλλον
ἁρμόττοντα τοῖς ἡμετέροις φρονήμασιν, ὧν ἔνιοί τινες
ἡμῖν συμβουλεύουσι. φημὶ γὰρ χρῆναι τοὺς μὲν γονέας
τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν, καὶ τοὺς παῖδας, καὶ τὰς γυναῖ-
κας, καὶ τὸν ὄχλον τὸν ἄλλον, ἐκ τῆς πόλεως ἐκπέμ-
ψαι· τοὺς μὲν ἐς Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν, τοὺς δ' εἰς Κυ-
ρήνην, τοὺς δ' εἰς Ἤπειρον. ἀσμένως δ' αὐτοὺς ἅπαν-
τες οὗτοι δέξονται καὶ χώρᾳ πολλῇ, καὶ ταῖς ἄλλαις περὶ
τὸν βίον εὐπορίαις. οἱ μὲν χάριν ἀποδιδόντες ὧν εὖ
πεπόνθασιν ὑφ' ἡμῶν. οἱ δὲ κομίσασθαι προσδοκῶντες,
ὧν ἂν προϋπάρχωσιν. ὑπολειφθέντας δὲ τοὺς βουλο-
μένους καὶ δυναμένους κινδυνεύειν, τῆς μὲν πόλεως
ἀφίστα-

alij nos læderent, alij negligerent: ne sic quidem de sententia decederem, sed omnia pericula belli potius expectarem, quàm ad tam turpes pactiones descenderem. Nam utriusq; rei me puderet, siue maiores damnaremus, quasi per iniuriam Messenijs agros ademissent: siue nos, si illi rectè tenuissent, præter ius & æquum quicquam de illis concederemus. Quorũ neutrum faciendum est: sed id spectandum, ut pro dignitate nostra bellũ administremus: neq; eos qui urbem nostram celebrant, mendacij arguamus. Ita quidẽ gerere nos debemus, ut illi magnitudinem laudum nostrarum non uideantur assecuti. Equidẽ existimo, grauiora his malis nõ esse metuenda: sed hostes ea & deliberaturos & acturos esse, quib. nos erigent. Quòd si spe frustrati, & ab omni parte circumuenti fuerimus, ac ne urbem quidem amplius tueri potuerimus: difficilia quidẽ sunt quæ dicam, sed dicam tamen, & liberè aperteq; dicam. Etenim honestius est ea prædicari apud exteros Græcos, nostraq; uirtute dignius, quàm ea quæ nobis quidam suadent. Sic enim censeo: parentes nostros cum uxoribus et liberis, & reliquam bello inutilem turbam, è ciuitate mittendam esse, & ex his alios in Siciliam, alios in Italiã, alios Cyrenẽ, alios in Asiam. Quos hi omnes libenter suscipient, & agro amplo assignando, & cæteris ad uictũ necessarijs rebus suppeditãdis: alij ut gratiã nobis referãt, bene de se meritis: alij spe, utile sibi futurum, si qua in nos beneficia collocarint. Cæteris autem qui pugnare & uolent & poterunt, deserenda erit &

ἀφίστασθαι, καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων, πλὴν ὅσα ἂν δυνώμεθα ἀπενέγκασθαι μεθ' ἡμῶν αὐτῶν. καταλαβόντας δὲ χωρίον, ὅ,τι ἂν ὀχυρώτατον ᾖ, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον συμφορώτατον, ἄγειν καὶ φέρειν τοὺς πολεμίους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, ἕως ἂν παύσωνται τῶν ἡμετέρων ἀμφισβητοῦντες. καὶ ταῦτα ἐὰν τολμήσωμεν, καὶ μὴ κατοκνήσωμεν, ὄψεσθε τοὺς νῦν ἐπιτάττοντας, ἱκετεύοντας καὶ δεομένους ἡμῶν, μεσσήνην ἀπολαβεῖν, καὶ ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην. ποία γὰρ ἂν τῶν πόλεων τῶν ἐν πελοποννήσῳ, βουληθεῖσα τοιοῦτον πόλεμον ὑπομείνειεν, οἷον εἰκός ἐστι γενέσθαι βουληθέντων ὑμῶν; τίνες δ' οὐκ ἂν ἐκπλαγεῖεν, καὶ δείσειαν στρατόπεδον συνιστάμενον, τοιαῦτα μὲν συμπεπραγμένον, δικαίως δὲ τοῖς αἰτίοις τούτων ὠργισμένον, ἀπονενοημένως δὲ πρὸς τὸ ζῆν διακείμενον, καὶ τῷ μὲν σχολὴν πρῶτον ἄγειν, καὶ μηκέτι ἐν ἄλλῳ διατρίβειν ἢ περὶ τὸν πόλεμον, τοῖς ξενικοῖς στρατεύμασιν ὡμοιωμένον: ταῖς δ' ἀρεταῖς καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τοιοῦτον, οἷον ἐξ ἁπάντων ἀνθρώπων οὐδεὶς ἂν συστήσειεν. ἔτι δ' ἐν μηδεμιᾷ πόλει τεταγμένον, ἀλλὰ θυραυλεῖν, καὶ ῥᾳδίως πλανᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν δυνάμενον, καὶ τοῖς μὲν ὅμορον οἷς ἂν βούληται γιγνόμενον· τοὺς δὲ τόπους ἅπαντας τοὺς πρὸς τὸν πόλεμον συμφέροντας, πατρίδας εἶναι νομίζον; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι τῶν λόγων μόνον ῥηθέντων εἰς τοὺς ἕλληνας, εἰς πολλὴν ταραχὴν καταστήσεσθαι τοὺς ἐχθρούς: ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ καὶ τέλος ἐπιθεῖναι αὐτοὺς τούτοις ἀναγκασθῶμεν. τίνα γὰρ οἰηθῶμεν αὐτοὺς γνώμην ἕξειν, ὅταν αὐτοὶ μὲν κακῶς πάσχωσιν, ἡμᾶς δὲ ποιεῖν μὴ δύνωνται; καὶ τὰς μὲν πόλεις αὐτῶν ἴδωσιν εἰς πολιορκίαν καθεστηκυίας, τὴν δ' ἡμετέραν οὕτω παρεσκευασμένην, ὥστε μηκέτι τῇ συμφορᾷ ταύ-

τῃ περι-

ὑπογραφὴ συζώνου στρατοῦ ματος, καλὰ σύγκλεισιν ἀτάκτου.

urbs & aliæ possessiones: ijs tantùm exceptis, quæ ipsi nobiscũ auferre poterimus. Occupandũ deinde castellũ aliquod quàm firmissimũ erit, & ad gerendum bellum maximè opportunum: ut terra mariq; hostes spoliemus, & infestemus tãtisper, dũ eos pœniteat, nostra sibi uendicasse. Quæ si abiecta omni cũctatione, ausi fuerimus: eos qui nũc superbè imperãt, ultrò nobis supplicãtes uidebitis, ut Messenã recipiamus, & pacis conditiones accipiamus. Quæ enim Peloponesi ciuitas tale sustinebit bellũ, quale, si uos uolueritis, futurũ esse cõsentaneũ est? qui non exhorrescẽt & expauescẽt tales copias constitutas, quæ quidẽ & hoc modo se cõpararint: & harũ rerũ autorib. nõ iniuria irascãtur, et mori tutũ putẽt, & (quod ad aliarũ rerũ uacationẽ attinet, soliusq; bellicæ rei occupationẽ) conducticijs militibus similes sint: cæterùm si fortitudo & instituta uetera spectẽtur, tales, quales ex uniuerso humano genere colligi nequeant: prætereaq; nullam certã sedem teneant, sed & sub dio agere, & passim oberrare, & arma circumferre possint, facileq; uicini fieri quibus uoluerint, & omnia loca bello opportuna patriam iudicent? Equidem puto, si sermones hi tantùm in Græcia spargantur, hostes nostros in maxima perturbatione futuros: multoq; in maiore, si ea quæ decreta fuerint, re ipsa præstare cogemur. Nam quo animo futuri sunt, si à nobis cladibus affici poterunt, nocere nobis uicissim non poterunt? Si suas quidem urbes obsideri: nostræ uerò eam esse rationem uidebunt, ut ab omni oppugnationis periculo

Expediti exercitus pictura quædam, & collatio cũ perturbato.

τῇ περιπεσεῖν. ἔτι δὲ τὴν τῶν σωμάτων τροφὴν ἡμῖν μὲν ῥᾳδίαν ἔκ τε τῆς τῶν ὑπαρχόντων κτήσεως, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου γιγνομένων, αὐτοῖς δὲ χαλεπὴν εἶναι, διὰ τὸ μὴ ταὐτὸν εἶναι, στρατόπεδόν τε τοιοῦτο διοικεῖν, καὶ τὸν ὄχλον τὸν ἐν ταῖς πόλεσι διατρέφειν. ὃ δὲ πάντων ἐκείνοις ἀλγεινότατον, ὅταν τοὺς μὲν ἡμετέρους οἰκείους ἐν πολλαῖς ἐμπειρίαις καὶ εὐπορίαις πυνθάνωνται γεγενημένους: τοὺς δ' αὐτῶν ὁρῶσι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνδεεῖς ὄντας τῶν ἀναγκαίων, καὶ μηδ' ἐπικουρῆσαι δύνωνται τοῖς κακοῖς, ἀλλ' ἐργαζόμενοι μὲν τὴν χώραν, τὰ σπέρματα προσαπολλύωσιν: ἀργὸν δὲ περιορῶντες, μηδένα χρόνον αὐταρκεῖν οἷοί τε ὦσιν. ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἀθροισθέντες, καὶ κοινὸν ποιησάμενοι στρατόπεδον, παρακολουθήσουσιν ἡμῖν, καὶ κωλύσουσιν ἡμᾶς κακῶς ποιεῖν αὐτούς; καὶ τί ἂν εὐξαίμεθα μᾶλλον, ἢ λαβεῖν πλησιάζοντας καὶ παρατεταγμένους, καὶ περὶ τὰς αὐτὰς δυσχερείας ἡμῖν ἀντιστρατοπεδεύοντας, ἀνθρώπους ἀτάκτους καὶ μιγάδας, καὶ πολλοῖς ἄρχουσι χρωμένους; οὐδὲ γὰρ ἂν πολλῆς πραγματείας δεηθείημεν, ἀλλὰ ταχέως μὲν αὐτοὺς ἀναγκάσαιμεν ἐν τοῖς ἡμετέροις, ἀλλὰ μὴ ἐν τοῖς ἑαυτῶν ποιήσασθαι τοὺς κινδύνους. ἐπιλείποι δ' ἂν τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας, εἰ τὰς πλεονεξίας τὰς ἡμετέρας λέγειν ἐπιχειρήσαιμεν. ἐκεῖνο δ' οὖν φανερόν, ὅτι τῶν ἑλλήνων διενηνόχαμεν οὐ τῷ μεγέθει τῆς πόλεως, οὐδὲ τῷ πλήθει τῶν ἀνδρῶν, ἀλλ' ὅτι τὴν πολιτείαν ὁμοίαν κατεστησάμεθα στρατοπέδῳ καλῶς διοικουμένῳ, καὶ πειθαρχεῖν θέλοντι τοῖς ἄρχουσιν. ἢν οὖν εἰλικρινῶς τοῦτο ποιήσωμεν, ὃ μιμησαμένοις ἡμῖν συνήνεγκεν: οὐκ ἄδηλον ὅτι τῶν πολεμίων ἐπικρατήσομεν. ἴσμεν

δὲ καὶ

προκατάληψις ἢ βίαιον, ἢ παρόρμησις ἐκ παραδειγμάτων προγονικῶν ἢ ἀλλοτρίων, ἢ θεραπεία τῆς ὑπερβολῆς, κατ' ἀντεισαγωγήν.

sit immunis? Præterea nobis cùm ex nostris rebus, tum ex manubijs uictum fore facilem & expeditum, sibi uerò difficilem & impeditum, quòd alia res est, talem exercitum alere, atque oppidanam turbam sustẽtare. Iam quid acerbius illis accidere poterit, quàm si nostros domesticos audierint, non rei militaris peritia tantùm, sed etiam opib. florere: suos autem quotidie uiderint fame laborare, ac ne opem quidem eis ferre poterunt? Nam siue agros colere instituerint: etiam sementis iacturam facient. Siue terram iacêre incultam patientur: statim unde uiuant, non habebunt. At enim fortasse coactis in unum copijs, & communi expeditione suscepta, nos persequentur, & nocere sibi prohibebunt? Et quid optabilius nobis esse queat, quàm ut congressi comminus, in aciem descendant: & ijsdem difficultatib. circumuenti quibus nos, castra locent, homines illi incõpositi, & ex colluuione quadã conflati, & multis utentes imperatoribus? Nullo mediusfidius laborare nobis tota res constabit: sed quamprimùm eos cogemus, non cum illis, sed cùm nobis opportunum erit, dimicare. Dies me defecerit, si quanto nos meliore conditione futuri simus, explicare aggrediar. Illud certè quidem constat, nos reliquis Græcis antecellere non magnitudine urbis, nec multitudine uirorum, sed eo quòd nostra Respublica exercitui similis est benè constituto, & parêre duci- bus uolenti. Quòd si id repræsentabimus, cuius simulacrum quoddam ita nobis profuit: quis dubitet, quin hostibus superiores futuri simus? Nec enim

Occupatio & inuersio, & exhortationes ab exemplis maiorũ & aliorum: ac durioris consilij mitigatio quædã, & compensatio.

ἢ καὶ τοὺς ἐπικρατεῖς ταύτης τῆς πόλεως γενομένους, ὅτι μικρὸν μὲν στρατόπεδον εἰς τὴν πελοπόννησον εἰσῆλθον ἔχοντες, πολλῶν δὲ καὶ μεγάλων ἐκράτησαν. καλὸν οὖν μιμήσασθαι τοὺς προγόνους, καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐπανελθόντας, ἐπειδὴ προσεπταίκαμεν, πειραθῆναι τὰς τιμὰς ἀναλαβεῖν, ἃς πρότερον ἐτυγχάνομεν ἔχοντες. Πάντων δ' ἂν δεινότατον ποιήσαιμεν, εἰ συνειδότες ἀθηναίοις ἐκλιποῦσι τὴν χώραν ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ἑλλήνων ἐλευθερίας: ἡμεῖς μηδὲ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν σωτηρίας ἀφέσθαι τῆς πόλεως τολμήσαιμεν: ἀλλὰ δέον ἡμᾶς παραδείγματα τοιούτων ἔργων καὶ ἄλλοις παρέχειν, μηδὲ μιμεῖσθαι τὰς ἐκείνων πράξεις ἐθελήσαιμεν. ἔτι δὲ τοῦτο καταγελαστότερον, εἰ φωκαεῖς μὲν φεύγοντες τὴν βασιλέως τοῦ μεγάλου δεσποτείαν, ἐκλιπόντες τὴν Ἀσίαν, εἰς μασσαλίαν ἀπῴκησαν· ἡμεῖς δ' εἰς τοῦτο μικροψυχίας ἔλθοιμεν, ὥστε τὰ προστάγματα τούτων ὑπομεῖναι, ὧν ἄρχοντες ἅπαντα τὸν χρόνον διετελέσαμεν. χρὴ δὲ μηδὲ περὶ τὴν ἡμέραν ταύτην τὰς ψυχὰς διατρίβειν, ἐν ᾗ δεήσει χωρίζειν τοὺς οἰκειοτάτους αὐτοὺς ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν: ἀλλ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἀφορᾶν, ἐν οἷς περιγενόμενοι τῶν ἐχθρῶν, τὴν μὲν πόλιν ἐπανορθώσομεν, κομιούμεθα δὲ τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν οἰκείους: ἐπιδειξόμεθα δὲ πᾶσιν, ὅτι νῦν μὲν ἀδίκως δεδυστυχήκαμεν, τὸν δὲ παρεληλυθότα χρόνον δικαίως τῶν ἄλλων πλέον ἔχειν ἠξιοῦμεν. ἔχει δ' οὕτως. Ἐγὼ δὲ τούτους εἴρηκα τοὺς λόγους, οὐχ ὡς δέον ἡμᾶς ἤδη ταῦτα πράττειν, οὐδ' ὡς οὐδεμιᾶς ἄλλης ἐνούσης ἐν τοῖς πράγμασι σωτηρίας: ἀλλὰ βουλόμενος ὑμῶν προπαρασκευάσαι τὰς γνώμας, ὡς καὶ ταύτας, καὶ πολὺ τούτων δεινοτέρας συμφορὰς ὑπομενετέον ἡμῖν,

enim ignoramus, eos etiam qui hanc urbem in potestatem redegerunt, exiguo in Peloponnesum ducto exercitu, multa & magna obtinuisse. Praeclarum igitur fuerit, nos maiores nostros imitari: & ad principium regressos, quoniam impegimus, dare operam ut pristinam dignitatem recuperemus. Omnium profectò indignissimum nobis fuerit, salutem nostram non persuadere nobis, urbem hanc ut relinquamus: cum sciamus, Athenienses pro libertate Graeciae patriam deseruisse: & cùm alijs exempla praebere debeamus huiusmodi facinorum, ne imitari quidem uelle res illorum gestas. Multo magis etiam ridiculum est, cum Phocaeenses magni regis dominationem fugientes, relicta Asia, Massiliam se contulerint: nos tam abiectis esse animis, ut illis parêre uelimus, quibus perpetuò imperauimus? Neque uerò animis nostris illa dies obuersari usque adeò debet, qua charissimi quique statim à nobis segregandi erunt: sed illuc respicere debemus, fore tempus, quo uictis hostibus, atque urbe in integrum restituta, & domesticos nostros recipiamus: & omnibus probemus, nos & nunc nullo nostro merito fuisse calamitosos, & superiori tempore non immeritò principatum nobis uendicasse. Sic autem se res habet. Haec quae dixi, non sic accipienda sunt, quasi ea mox fieri uelim, aut rebus aliter consuli nequeat: sed ut animos uestros quasi praepararem, ut sentiretis, & has & longè acerbiores calamitates nobis potius sustinendas esse, quàm

περὶ μεσσήνης ποιήσασθαι συνθήκας, οἵας κε-
λεύουσιν ἡμᾶς. οὐχ οὕτω δ' ἂν προθύμως ἐπὶ τὸν πό-
λεμον ὑμᾶς παρεκάλουν, εἰ μὴ τὴν εἰρήνην ἑώρων, ἐξ
ὧν μὲν ἐγὼ λέγω καλὴν καὶ βεβαίαν γενησομένην. ἐξ
ὧν δ' ἔνιοι συμβουλεύουσιν, αἰσχρὰν ἐσομένην, ἀλλ' οὐδὲ
χρόνον οὐδένα παραμενοῦσαν. ἐὰν γὰρ παρακατοικήσω-
μεν ταύτην αὐξηθεῖσαν: τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι τὸν πάντα
χρόνον ἐν ταραχαῖς καὶ κινδύνοις διατελέσομεν ὄντες;
ὥσθ' οἱ περὶ ἀσφαλείας διαλεγόμενοι, λελήθασιν αὑ-
τοὺς τὴν μὲν εἰρήνην ὀλίγας ἡμέρας ποιοῦντες, τὸν δὲ πόλε-
μον εἰς πάντα τὸν χρόνον κατασκευάζοντες. ἡδέως δ' ἂν
αὐτῶν πυθοίμην, ὑπὲρ τίνων οἴονται χρῆναι μαχομένους
ἡμᾶς ἀποθνήσκειν· οὐχ ὅταν οἱ πολέμιοι προστάττωσι
τι παρὰ τὸ δίκαιον; καὶ τῆς χώρας ἀποτέμνωνται; καὶ τοὺς
οἰκέτας ἐλευθερῶσι; καὶ τοὺς μὲν εἰς ταύτην κατάγωσιν,
ἣν ἡμῖν οἱ πατέρες κατέλιπον; ἡμᾶς δὲ μὴ μόνον τῶν ὄντων
ἀποστερῶσιν, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ εἰς ὀνείδη καθι-
στῶσιν; Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑπὲρ τούτων οὐ μόνον πόλεμον, ἀλλὰ
καὶ φυγὰς καὶ θανάτους οἶμαι προσήκειν ἡμῖν ὑπομένειν.
πολὺ γὰρ κρεῖττον, ἐν ταῖς δόξαις αἷς ἔχομεν, τελευτῆσαι
τὸν βίον μᾶλλον, ἢ ζῆν ἐν πάσαις ἀτιμίαις, ποιήσαντας ἃ
προστάττουσιν ἡμῖν. εἰ δὲ δεῖ μηδὲν ὑποστειλάμενον, εἰ-
πεῖν τὸ φαινόμενον, αἱρετώτερον ἡμῖν ἀναστάτους γενέ-
,, σθαι μᾶλλον, ἢ καταγελάστους ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. τοὺς γὰρ
,, ἐν ἀξιώμασι καὶ φρονήμασι τοιούτοις βεβιωκότας, δυοῖν
,, δεῖ θάτερον, ἢ πρωτεύειν ἐν τοῖς ἕλλησιν, ἢ παντάπα-
,, σιν ἀναιρεῖσθαι μηδὲν ταπεινὸν διαπραξαμένους. ἃ
χρὴ λογιζομένους μὴ φιλοψυχεῖν, μηδ' ἐπακολουθεῖν
ταῖς τῶν συμμάχων γνώμαις, ὧν ἡγεῖσθαι πρότερον ἠξιοῦ-
μεν: ἀλλ' αὐτοὺς σκεψαμένους, ἑλέσθαι μὴ ὃ τούτοις
ῥᾷστον,

ὅτι διὰ μόνου τοῦ πολέμου βεβαίας εἰρήνης τεύξονται: καὶ ἐκ τοῦ ἀναγκαίου καὶ ἐνδόξου, καὶ πρέποντος.

quàm ad talẽ de Messena conditionẽ, qualẽ illi præscribũt, descendendũ. Neq; uerò ad bellũ tãto studio uos hortarer, nisi prospicerẽ, ex his quæ ego dico, pacẽ firmiorẽ fore: ex illis uerò quæ alij suadẽt, ut cum turpitudine coniunctã, ita minimè diuturnã. Etenim si auctã atq; opulentã urbem uicinã habuerimus, quis nõ uidet, nos in perpetuis tumultibus & periculis futuros esse? Qui igitur de securitate disputãt, illi nõ animaduertunt, se paucorũ dierũ pacẽ bello perpetuo redempturos. Ego uerò ex eis audire cupio, pro quibus reb. in acie putẽt mortẽ nobis oppetendã? non cùm nobis hostes iniusta imperãt? nõ cum agrũ eripiunt, seruosq; nostros manumittunt? Cùm in ea terra collocant illos, quã nobis patres reliquerũt: cùm nos nõ tantùm nostris opib. spoliant, sed etiã contumelijs afficiunt? Ego uerò harum rerum causa non bellũ tantùm, sed & exilia & mortes nobis esse perpetiendas arbitror. Lõgè enim præstat in ea laude & gloria, qua floremus, emori: quàm cum omni uiuere dedecore, si Thebanorũ imperata fecissemus. Quòd si nihil dissimulandũ est, planeq; dicendũ quod sentio: præstiterit nos deleri, quàm ab hostibus derideri. Quos enim tantis ortos fuisse honoribus, animorumq; magnitudine constat: eos aut principes esse Græciæ oportet, aut prorsus non esse, modò incolumi dignitate. Hæc igitur animis uersanda sunt, abiecta nimia uitæ cupiditate: neque sociorum sententijs temerè assentiendum, quorum nos duces antehac fuimus. Quin ipsi potius re considerata, non quod illis erit expedi-

Solo bello pacem constãtem posse parari: & à necessario, glorioso, decoro.

ῥᾷστον, ἀλλ' ὃ πρέπον ἔσται τῇ Λακεδαίμονι, καὶ τοῖς
„ πεπραγμένοις ἡμῖν. περὶ γὰρ τῶν αὐτῶν οὐχ ὁμοίως
„ ἅπασι βουλευτέον: ἀλλ' ὡς ἂν ἐξ ἀρχῆς ἕκαστοι ποιή-
„ σωνται ταύτην τὴν ὑπόθεσιν. Ἐπιδαυρίοις μὲν οὖν καὶ
Φλιασίοις καὶ Κορινθίοις οὐδεὶς ἂν ἐπιπλήξειεν, εἰ
μηδενὸς ἄλλου φροντίζοιεν, ἢ τοῦ διαμενεῖν καὶ περι-
ποιῆσαι σφᾶς αὐτούς. Λακεδαιμονίοις δ' οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν
ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖν τὴν σωτηρίαν: ἀλλ' ἂν μὴ ᾖ
πρὸς τῷ καλῷ σώζεσθαι, θάνατον ἡμῖν αἱρετέον ἐστί.
„ τοῖς γὰρ περὶ ἀρετῆς ἀμφισβητοῦσιν, ὑπὲρ οὐδενὸς οὕ-
„ τω σπουδαστέον, ὡς ὑπὲρ τοῦ μηδὲν αἰσχρὸν πράττον-
„ τας φανῆναι. εἰσὶ δὲ τῶν πόλεων κακίαι καταφα-
„ νεῖς, οὐχ ἧττον ἐν τοῖς τοιούτοις βουλεύμασιν, ἢ τοῖς ἐν τῷ
„ πολέμῳ κινδύνοις. τῶν μὲν γὰρ ἐκεῖ γιγνομένων τὸ
„ πλεῖστον μέρος τῇ τύχῃ μέτεστι: τὸ δ' ἐνθάδε γνωσθὲν
„ αὐτῆς τῆς διανοίας σημεῖόν ἐστιν. ὥσθ' ὁμοίως ἡμῖν φι-
λονεικητέον ἐστὶν ὑπὲρ τῶν ἐνθάδε ψηφιζομένων,
ὡς ὑπὲρ τῶν ἐν τοῖς πολέμοις ἀγώνων. θαυμάζω δὲ
τῶν ὑπὲρ τῆς ἰδίας χώρας ἀποθνήσκειν ἐθελόντων,
ὑπὲρ δὲ τῆς κοινῆς μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἐχόντων,
ὑπὲρ ἧς ὁτιοῦν πάσχειν ἄξιον, καὶ μὴ καταισχύνειν τὴν
πόλιν, μηδὲ περιιδεῖν αὐτὴν ἐκλείπουσαν τὴν τάξιν,
εἰς ἣν οἱ πατέρες κατέστησαν αὐτήν. πολλῶν δὲ πραγ-
μάτων καὶ δεινῶν ἡμῖν ἐφεστώτων, ἃ δεῖ διαφυγεῖν:
ἐκεῖνο μάλιστα φυλακτέον, ὅπως μηδὲν ἀνάνδρως
φανησόμεθα διαπραττόμενοι, μηδὲ συγχωροῦντες
τοῖς πολεμίοις παρὰ τὸ δίκαιον. αἰσχρὸν γὰρ τοὺς ἄρ-
ξαι τῶν Ἑλλήνων ἀξιωθέντας, ὀφθῆναι τὸ προστατ-
τόμενον ποιοῦντας: καὶ τοσοῦτον ἀπολειφθῆναι τῶν
προγόνων, ὥστε τοὺς μὲν ὑπὲρ τοῦ τοῖς ἄλλοις ἐπιτάτ-

τειν,

expeditiſſimum,ſed quod & Lacedæmone,& egregijs noſtris facinorib. dignum erit,eligamus. Nam iiſdem de reb.non eodẽ modo eſt deliberandũ omnibus: ſed pro eo,ut quiq; ſuarũ actionum fundamenta iecerunt.Epidaurijs quidẽ,et Phliaſijs,& Corinthijs nemo uitio uerterit,ſi nulla alia re ſolicitẽtur, niſi de uita quocunq; modo conſeruanda & propagãda.Lacedæmonios uerò inſtituta maiorum,ſalutis ſine dignitate rationẽ habere nõn ſinũt. Quòd ſi honeſtè incolumes eſſe nequimus, mors pòtius nobis oppetenda eſt.Nã qui uirtutis ſtudio ducuntur, ijs nihil æquè prouidendũ eſt,atq; illud,ne quid turpe admiſiſſe uideantur.Ciuitatũ porrò ignauia è tali b.cõſilijs non minus elucet,q̃ è periculis bellicis:in quib.eorum quæ fiũt, maximã fortuna ſibi partem uendicat: quæ uerò hic deliberantur,ſigna & notæ ſunt ipſorũ animorũ. Quare nihilò minore cura & ſolicitudine, ea quæ hic decernũtur,animaduertenda ſunt,quàm præliorũ contẽtiones. Equidẽ miror eſſe,qui cùm ad priuatos agros tuendos mori nõ dubitẽt, de cõmunib.nõ eodẽ modo ſentiant,pro quib. nihil periculi recuſandũ erat:ne quod Reſpub.dedecus ſuſciperet,aut præſidiũ, in quo à parentib.locata eſt,deſereret. Cũ aũt multæ res ſint,multaq; pericula,quæ nos urgeãt,atq; effugienda ſint: illud maximè cauẽdum eſt, ne quid molliter & effœminatè facere, aut hoſtib.de iure noſtro cedere uideamur. Turpe profectò fuerit,eos imperata facientes cõſpici,qui principatũ Græciæ tenuerũt: et à uirtute maiorũ tantũ degeneraſſe, ut cùm illi,quò alijs imperarent,

τὴν, ἐθέλειν ἀποθνήσκειν· ἡμᾶς δ' ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιεῖν τὸ προσταττόμενον, μὴ τολμᾶν κινδυνεύειν. ἄξιον δὲ καὶ τὴν ὀλυμπίαν καὶ τὰς ἄλλας αἰσχυνθῆναι πανηγύρεις, ἐν αἷς ἕκαστος ἡμῶν ζηλωτότερος ἦν, καὶ θαυμαστότερος τῶν ἀθλητῶν τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι τὰς νίκας ἀναιρουμένων· εἰς ἃς, τίνας ἂν τολμήσειν ἡμῶν οἴεσθε ἐλθεῖν; ἀντὶ μὲν τοῦ τιμᾶσθαι καταφρονηθησομένους· ἀντὶ δὲ τοῦ περιόπτους ὑπὸ πάντων διὰ τὴν ἀρετὴν εἶναι, περιβλέπτους ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐπὶ κακίᾳ γενησομένους· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, ὀψομένους μὲν τοὺς οἰκέτας ἐκ τῆς χώρας, ἣν οἱ πατέρες ἡμῖν κατέλιπον, ἀπαρχὰς καὶ θυσίας μείζους ἡμῶν ποιουμένους· ἀκουσομένους δ' αὐτῶν τοιαύταις βλασφημίαις χρωμένων, οἵαις περ εἰκὸς τοὺς χαλεπώτερον μὲν τῶν ἄλλων δεδουλευκότας, ἐξ ἴσου δὲ νῦν τὰς συνθήκας τοῖς δεσπόταις πεποιημένους. ἐφ' αἷς ἕκαστον ἡμῶν οὕτως ἀναγκάσεται, ὑπὲρ ὧν οὐδεὶς ἂν τῶν ζώντων διὰ λόγων δηλῶσαι. ὅτ' οὐδὲν ὧν χρὴ βουλεύεσθαι, καὶ μὴ τότ' ἀγανακτεῖν, ὅτ' οὐδὲν ἡμῖν ἔσται πλέον: ἀλλὰ νῦν σκοπεῖν, ὅπως μηδὲν συμβήσεται τοιοῦτο. ὡς ἔστιν ἓν τῶν αἰσχρῶν, πρότερον μὲν μηδὲ τὰς τῶν ἐλευθέρων ἰσηγορίας ἀνέχεσθαι: νῦν δὲ καὶ τὴν τῶν δούλων παρρησίαν ὑπομένοντας φαίνεσθαι. δόξομεν γὰρ τὸν παρελθόντα χρόνον ἀλαζονεύεσθαι, καὶ τὴν μὲν φύσιν ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις εἶναι, ταῖς δ' αὐθαδείαις καὶ ταῖς σεμνότησιν οὐκ ἀληθιναῖς, ἀλλὰ πεπλασμέναις κεχρῆσθαι. μηδὲν οὖν ἐνδῶμεν τοῖς εἰθισμένοις ἡμᾶς κακολογεῖν, ἀλλὰ τοὺς μὲν λόγους ἐξελέγξαι πειραθῶμεν, ὅμοιοι γενόμενοι τοῖς τῶν προγόνων ἔργοις. *ἀναμνήσθητε δὲ τῶν προγόνων τῶν πρὸς τὰς δεκάδας ἠγωνισμένων, οὓς φασιν ἐπὶ μιᾶς ἀσπίδος παραταξαμένους, τρό-

* ἀνάμνησις τῶν προγόνων, καὶ ἐλπὶς ἀμεινόνων, καὶ παραδείγματα τῶν ἀναμαχεσαμένων.

rent, mortē oppetere nō recusarint, nos ad seruitutē effugiendā adire pcula nō audere. Pudere nos etiā debet & Olympiæ, et aliorū celebriū conuentuū, in quib. unusquisq; nostrûm præclarior et admirabilior est habitus, quā pugiles in certaminib. uictores. Quos enim nostrûm existimatis ausuros ad eas celebritates accedere, adeò nō honorādos, ut contēnendi simus? Vt enim antè in illustri loco uirtus nostra sita fuit: ita nūc ignauia cōspicua futura est omnib. si pssertim seruos nostros maiores offerre primitias & uictimas ex ea regione uiderimus, quā parētes nobis reliquerūt, q̄ nos: taliaq; conuicia nobis illi fecerint, qualia ijs in prōptu fore credibile est: qui, cū duriorē quàm alij seruierint seruitutē, nūc æquo iure cū dominis pacta fecerint: quib. unumquēq; nostrûm ita urgebūt, ita prement, ut dicēdo id mortaliū cōsequi nemo queat. Hisce de reb. nūc cōsultādū est, et nō tū grauiter ferendū, cū quiritari nihil proderit: nunc potius aduigilare decet, ne q̄rela dignū aliquid eueniat. Quàm enim turpe est, cū antehac ne ingenuos qdē exæquari nobiscū passi fuerimus: nūc seruorū etiā in loquēdo licētiā tolerare? Nā superiorū tēporū acta, insolētiæ nostræ tribuētur: q cùm ingenijs nihil alios excelleremus, pertinacia & fastu, non uera grauitate simus usi. Ne quā igitur ansam pbeamus nostris obtrectatoribus, sed eorū maledicētiā factis refutemus, ut nos maiorū uestigijs religiosè appareat institisse.* Recordamini, ut maiores nostri aduersus Arcades dimicarint: quos aiūt, ita instructa acie, ut phalax uno uiro dēsior nō esset,

* Commonefacit eos maiorū suorum: spē fortunæ melioris proponit, & exempla eorum qui se in integrum restituerunt.

τρόπαιον στῆσαι πολλῶν μυριάδων· καὶ τῶν τριακο-
σίων τῶν ἐν θυρεαῖς ἅπαντας ἀργείους μάχῃ νικησάν-
των, καὶ τῶν χιλίων τῶν εἰς θερμοπύλας ἀπαντησάν-
των, οἳ πρὸς ἑβδομήκοντα μυριάδας τῶν βαρβάρων
συμβαλόντες, οὐκ ἔφυγον, οὐδ' ἡττήθησαν, ἀλλ' ἐνταῦ-
θα τὸν βίον ἐτελεύτησαν, οὗ ἐπετάχθησαν· τοιούτους σφᾶς
αὐτοὺς παρασχόντες, ὥστε τοὺς μετὰ τέχνης ἐγκωμιάζον-
τας, μὴ δύνασθαι τοῖς ἐπαίνοις ἐξισῶσαι τὰς ἐκείνων
„ ἀρετάς. ἁπάντων οὖν τούτων μνησθέντες, ἐρρωμένως
„ ἀντιλαβώμεθα τοῦ πολεμεῖν, καὶ μὴ περιμείνωμεν, ὡς ἐ-
„ ἄλλων τινῶν τὰς παρούσας ἀτυχίας ἰασομένων· ἀλλ' ἐ-
„ πειδήπερ ἐφ' ἡμῶν γεγόνασιν, ἡμεῖς αὐτὰς διαλῦσαι
„ πειραθῶμεν. χρὴ γὰρ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐν τοῖς
„ τοιούτοις καιροῖς φαίνεσθαι διαφέροντας. αἱ μὲν γὰρ εὐ-
τυχίαι, καὶ τοῖς φαύλοις τῶν ἀνθρώπων τὰς κακίας
συγκρύπτουσιν· αἱ δὲ δυσπραξίαι ταχέως καταφα-
νεῖς ποιοῦσιν, οἷοίπερ ἕκαστοι τυγχάνουσιν ὄντες. ἐν αἷς
ἡμῖν ἐπιδεικτέον ἐστὶν, ὅτι τῶν ἄλλων ἄμεινον τεθράμ-
„ μεθα, καὶ πεπαιδεύμεθα πρὸς ἀρετήν. ἔστι δ' οὐδὲν
„ ἀνέλπιστον, ἐκ τῶν νυνὶ παρόντων συμβῆναί τι τῶν μὴ
„ παρόντων. οἶμαι γὰρ ὑμᾶς οὐκ ἀγνοεῖν, ὅτι πολλαὶ
„ πράξεις ἤδη τοιαῦται γεγόνασιν, ἃς ἐν ἀρχῇ μὲν ἅ-
„ παντες ὑπέλαβον εἶναι συμφοράς, καὶ τοῖς παθοῦσι
„ συνηχθέσθησαν, ὕστερον δὲ τὰς αὐτὰς ταύτας ἔγνωσαν
„ μεγίστων ἀγαθῶν αἰτίας γεγενημένας. καὶ τί δεῖ τὰ
πόρρω λέγειν; ἀλλὰ νῦν τὰς πόλεις τὰς πρωτευούσας,
λέγω δὴ τὴν ἀθηναίων καὶ θηβαίων, εὕροιμεν ἂν οὐκ
ἐκ τῆς εἰρήνης μεγάλην ἐπίδοσιν λαμβανούσας,
ἀλλ' ἐξ ὧν τῷ πολέμῳ δυστυχήσασαι πάλιν ἀνέλα-
βον αὑτάς. ἐκ δὲ τούτων τὴν μὲν ἡγεμόνα καταστᾶσαν,
τὴν

in fugam multa millia uertisse. Recordamini trecentorum illorum, qui ad Thyreas Argiuos uniuersos superarunt: & mille uirorum, qui in Thermopylis cum septies centenis Barbarorum millibus congreßi, neque terga uerterunt, neque uicti sunt: sed quo in gradu collocati fuerant, in eo oppetierunt: itaq; se gesserunt, ut qui arte res gestas ornare solent, nullas illorum uirtutibus laudes æquare poßint. Hæc igitur omnia cogitatione complexi, bellum fortiter administremus: neque expectemus, dum alij malis nostris medicinam adhibeant. Sed quæ nobis ipsis euenêre, eadem ipsi etiam propulsare studeamus. Præstantes enim uiros talibus temporibus excellere decet. Nam secundæ quidem res, etiam ignauorum hominum uitia contegunt: aduersæ autem, quales quique sint, statim ostendunt. In his igitur demonstrandum est, nos alijs rectius & educatos & instructos esse ad uirtutem. Neque uerò desperandum est, ex ijs quæ nunc adsunt, fore ut aliqua contingant quæ non adsunt. Neque enim ignoratis, opinor, multa iam talia accidisse, quæ initiò quidem in malis omnes numerarent, & eorum quibus illa usu uenerant, uicem dolerent, quum ea pòst maximorum bonorum causas fuisse intelligerent. Et quid opus est exemplis longè accersitis? quum nunc principes urbes, Atheniensium inquam & Thebanorum, non pace ad tantam magnitudinem peruenisse, sed ex belli calamitatibus pristinam dignitatem recuperasse uideamus? Vnde altera principatum tenet:

τὴν δ᾽ ἐν τῷ παρόντι τηλικαύτην γεγενημένην, ὅσην οὐδεὶς ἔστιν ὅστις πώποτε προσεδόκησεν. αἱ γὰρ ἐπιφάνειαι καὶ λαμπρότητες οὐκ ἐκ τῆς ἡσυχίας, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἀγώνων γίνεσθαι φιλοῦσιν. ὧν ἡμᾶς ὀρέγεσθαι προσήκει, μήτε τῶν σωμάτων, μήτε τῆς ψυχῆς, μήτε τῶν ἄλλων ὧν ἔχομεν μηδενὸς φειδομένους. ἐὰν γὰρ κατορθώσωμεν, καὶ τὴν πόλιν εἰς ταυτὸ καταστῆσαι δυνηθῶμεν, ἐξ ὧν περ ἐκπέπτωκε: καὶ τῶν προγεγενημένων μᾶλλον ἐγκωμιασθησόμεθα, καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις οὐδεμίαν ὑπερβολὴν ἀνδραγαθίας ὑπολείψομεν: ἀλλὰ καὶ τοὺς βουλομένους ἡμᾶς εὐλογεῖν, ἀπορεῖν ποιήσομεν, τί τῶν πεπραγμένων ἡμῖν ἀξίως ἐροῦσιν. δεῖ δὲ μὴ τοῦτο λανθάνειν ὑμᾶς, ὅτι πάντες τῷ συλλόγῳ τούτῳ καὶ τοῖς γνωσθησομένοις ὑφ᾽ ἡμῶν προσέξουσι τὸν νοῦν. ὥσπερ οὖν ἐν κοινῷ θεάτρῳ τῶν ἑλλήνων, δίδους ἔλεγχον ἕκαστος ὑμῶν τῆς αὑτοῦ φύσεως, οὕτω διακείσθω τὴν γνώμην. ἔστι δ᾽ ἁπλοῦν τὸ καλῶς βουλεύσασθαι περὶ τούτων. ἐὰν μὲν γὰρ ἐθέλωμεν ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῶν δικαίων, οὐ μόνον εὐδοκιμήσομεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπίλοιπον χρόνον ἀσφαλῶς ἡμῖν ἐξέσται ζῆν. εἰ δὲ φοβηθησόμεθα τοὺς κινδύνους, εἰς πολλὰς ταραχὰς καταστήσομεν ἡμᾶς αὐτούς. παρακαλέσαντες οὖν ἀλλήλους, ἀποδῶμεν τὰ τροφεῖα τῇ πατρίδι, καὶ μὴ περιίδωμεν ὑβρισθεῖσαν τὴν Λακεδαίμονα, καὶ καταφρονηθεῖσαν, μηδὲ ψευσθῆναι ποιήσωμεν τὰς ἐλπίδας τῶν εὔνους ἡμῖν ὄντας: μηδὲ περὶ πλείονος ποιούμενοι τὸ ζῆν, προδόται φανῶμεν τοῦ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐδοκιμεῖν· ἐνθυμηθέντες, ὅτι κάλλιόν ἐστιν ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι, καὶ ψυχῆς, ἧς οὐκ εὐπορήσομεν ὀλίγων ἐτῶν, πρίασθαι

Ἐπίλογος τὸ ἔνδοξον ἐπαναπολῶν, καὶ τῶν γονέων τε καὶ παίδων ὑπομιμνήσκων, καὶ τοῦ ἰδίου προσώπου σύστασις.

altera tãta in præsentia facta est, quantã eã fore nemo unquã credidisset. Neq; enim ignauũ ocium, magnã gloriã celebritatẽq; parit: sed ingentia certamina suscipiẽda, magna pericula illis adeunda sunt, q gloriæ splendorẽ expetiuerunt. Quarũ rerum cupiditate, neq; corporibus nostris, neq; uitæ, neq; cæteris omnibus, quæ habemus, parcẽdum est. Nã si uirtuti nostræ fortuna fauerit, ut Rẽpub. in pristinũ amissæ dignitatis gradũ restituamus, tum ueterum laudes superabimus: tũ posteris nihil, quo gloria nobis fortitudinis antecellant, reliqui faciemus: tum pro dignitate rerum gestarũ nemo nos poterit celebrare. Sed nec illud ignorare debetis, multos erectos atq; alacres expectare, quid in hoc cõcilio statuatur. Proinde sibi quisq; apud animũ suũ proponat, se quasi in cõmuni Græciæ theatro specimẽ ingenij animiq; sui præbiturũ. Neq; uerò multiplex est his de reb. deliberandi ratio. Nam si ob ius nostrũ tuendum oppetere mortẽ uoluerimus, non tãtum laude & gloria, sed etiã securitate in posterũ fruemur. Sin pericula metuerimus, multis turbis ipsi nos implicabimus. Itaq; alios alij cohortati, patriæ nutricationis mercedẽ persoluamus: neq; Lacedæmonẽ contumeliosè tractari & cõtemni patiamur: neq; spẽ & expectationẽ eorum qui nobis bene cupiunt, frustremur: neq; uitæ plus æquo cupidi, gloriã celebritatẽq; apud omnes homines amittamus. Cogitate quàm præclarũ sit, mortale & fragile corpus cum immortali gloria commutare: & paucis annis, qui uitæ decesserint, quæ ipsa per se breuis & incerta est, talem laudem

Peroratio, qua dignitatẽ inculcat, parentum & liberũm cómonefacit, cũ suæ personæ cõmendatione.

" τοιαύτην εὔκλειαν, ἣ πάντα τὸν αἰῶνα τοῖς ἐξ ἡμῶν
" γιγνομένοις παραμενεῖ. πολὺ γὰρ μᾶλλον κρεῖττον με-
" γάλου κινδύνου τιμὴν ἀντικαταλλάξασθαι, ἢ μικροῦ χρόνου με-
" γάλαις αἰσχύναις ἡμᾶς αὐτοὺς περιβαλεῖν. ἡγοῦμαι
δ' ἂν ὑμᾶς οὕτω μάλιστα παροξυνθῆναι πρὸς τὸν πό-
λεμον, εἰ ταῖς διανοίαις ὥσπερ παρεστῶτας ἴδοιτε τοὺς
γονέας καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους: τοὺς μὲν παρα-
κελευομένους μὴ καταισχῦναι τὸ τῆς σπάρτης ὄνομα,
μηδὲ τοὺς νόμους ἐν οἷς ἐπαιδεύθημεν, μηδὲ τὰς μά-
χας τὰς ἐφ' ἑαυτῶν γενομένας; τοὺς δ' ἀπαιτοῦντας
τὴν χώραν, ἣν οἱ πρόγονοι κατέλιπον, καὶ δυναστείαν
τῶν ἐν τοῖς ἕλλησι, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἥνπερ αὐτοὶ παρὰ
τῶν πατέρων παρελάβομεν: πρὸς οὓς οὐκ ἂν ἔχοιμεν
εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἀμφότεροι δίκαια τυγχάνουσι λέγον-
τες. οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ μακρολογεῖν, πλὴν τοσοῦτον, ὡς
πολλῶν τῇ πόλει πολέμων καὶ κινδύνων γεγενη-
μένων, οὐδὲ πώποθ' οἱ πολέμιοι τρόπαιον ἡμῶν ἔστη-
σαν, ἡγουμένου βασιλέως ἐκ τῆς οἰκίας τῆς ἡμετέρας.
ἔστι δὲ νοῦν ἐχόντων ἀνδρῶν, οἷσπερ ἐν ταῖς μάχαις ἡ-
γεμόσι χρώμενοι κατορθοῦσι, τούτοις καὶ περὶ τῶν μελ-
λόντων κινδύνων συμβουλεύουσι μᾶλλον, ἢ τοῖς ἄλ-
λοις πείθεσθαι.

ὙΠΟΘΕΣΙΣ ἘΚ ΤΩ͂Ν ΔΙΟ-
νυσίου τοῦ ἁλικαρνασέως, εἰς τὸν Ἀρειο-
παγιτικὸν λόγον.

Τίς τὸν ἀρειοπαγιτικὸν ἀναγνοὺς λόγον, οὐκ ἂν γένοιτο κοσμιώτε-
ρος; ἢ τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὴν ἐπιβολὴν τοῦ ῥήτορος; ὃς ἐτόλμησε
διαλεχθῆναι περὶ πολιτείας ἀθηναίοις, ἀξιῶν μεταθέσθαι μὲν τὴν
τότε καθεστῶσαν δημοκρατίαν, ὡς μεγάλα βλάπτουσαν τὴν πόλιν, ὑ-
πὲρ ἧς τῶν δημαγωγῶν οὐδεὶς ἐπιχείρει λέγειν, θεωρῶν εἰς τοσαύ-
την

& nomen comparare, quo omnis nostra posteritas perfruatur. Quanto enim præstat, arrepta hac tanta occasione, perpetuò duraturos honores uendicare, quàm exiguo tempore in magnum dedecus prolabi? Arbitror autem, uos non alia ratione ad bellum suscipiendum incendi magis & inflammari posse, quàm si animis intueamini, tanquam astantes, parentes liberosq́ue uestros: quorum illi hortentur, ne turpē nomini Spartano, aut legibus, in quibus educati sumus, aut pugnis sua ætate commißis, notam inuratis: hi autem prouinciam, quam maiores reliquerunt, reposcant: & potentiam ac principatum Græciæ, quem ipsi à patribus acceperimus. Quid uerò? num dicere poterimus, uel hos uel illos iniqua postulare? Quid multis opus est? Hoc unum dicam: cùm nostra ciuitas multis bellis & periculis sit conflictata, nunquam hostes trophæum de nobis erexerunt, duce rege è nostra familia. Prudentium autem uirorum est, quibus ducibus in bellis uictoria potiuntur: ijs etiam, cum bella suscipienda suadent, potiùs quàm alijs obtemperare.

ARGVMENTVM AREOPAGITICÆ orationis, è Dionysio Halicarnasseo.

QVis lecta oratione Areopagitica, non modestior fieret? Quis institutum oratoris non laudet? qui apud Athenienses de Reipublicę forma disputare non dubitarit, & autor esse, ut Democratia, quæ tum usitata erat, tanquam ciuitati perniciosa, mutaretur. Qua de re magistratuum nemo referre instituebat. Videbat enim Isocrates, eam ita

τὴν αὐτὴν προεληλυθυῖαν ἀκοσμίαν, ὥστε μηδὲ τοὺς ἄρχοντας ἔτι τῶν ἰδιωτῶν κρατεῖν: ἀλλ' ἕκαστον ὅτι καθ' ἡδονὴν αὐτῷ γίγνοιτο καὶ ποιοῦντα καὶ λέγοντα, καὶ τὴν ἄκαιρον παρρησίαν δημοτικὴν ἐξουσίαν ὑπὸ πάντων νομιζομένην: ἀνασώσασθαι δὲ τὴν ὑπὸ Σόλωνος καὶ Κλεισθένους κατασταθεῖσαν πολιτείαν· ἧς τὴν προαίρεσιν καὶ τὰ ἔθη διεξιὼν, δεινότερον μὲν ἡγεῖσθαί φησι τοὺς τότε ἀνθρώπους τὸ τοῖς πρεσβυτέροις ἀντειπεῖν, ἢ τὴν τάξιν λύειν: δημοκρατίαν δὲ αὐτοὺς νομίζειν, οὐ τὴν ἀκολασίαν, ἀλλὰ τὴν σωφροσύνην: τὸ δὲ ἐλεύθερον οὐκ ἐν τῷ καταφρονεῖν τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' ἐν τῷ τὰ κελευόμενα ποιεῖν τίθεσθαι: ἐξουσίαν τε οὐδὲ γρῦ τῶν ἀκολάστων ἐπιτρέπειν, ἀλλὰ τοῖς βελτίστοις ἀνατιθέναι τὰς ἀρχάς: τοιούτους ἔσεσθαι τοὺς ἄλλους ὑπολαμβάνοντας, οἷοίπερ ἂν ὦσιν οἱ τὴν πόλιν διοικοῦντες· ἀντὶ δὲ τοῦ τὰς ἰδίας οὐσίας ἐκ τῶν δημοσίων ἐπανορθοῦν, τοὺς ἰδίους πλούτους εἰς τὰ κοινὰ καταχορηγῆσαι. χωρὶς δὲ τούτων, πλείω τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοὺς πατέρας τῶν ἤδη ἀνδρῶν γενομένων, ἢ παίδων ὄντων ἐποιοῦντο: ἐνθυμουμένους, ὡς οὐκ ἐξ ἐκείνης τῆς παιδείας, ἀλλ' ἐκ ταύτης τῆς σωφροσύνης μᾶλλον ὠφελεῖται τὸ κοινόν: κρείττονά τε ὑπολαμβάνειν τὰ χρηστὰ ἐπιτηδεύματα τῆς ἀκριβοῦς νομοθεσίας· σκοποῦντας, οὐχ ὅπως ταῖς τιμωρίαις τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀνείρξουσιν, ἀλλ' ὡς μηδὲν ἄξιον ζημίας ἕκαστον ἐπιτηδεύειν, καὶ τὴν μὲν πατρίδα δεῖν οἰομένους ἐν ἐξουσίᾳ διάγειν μεγάλῃ, τοῖς δ' ἰδιώταις μηδὲν ἐξεῖναι ποιεῖν ὅ, τι ἂν οἱ νόμοι κωλύωσι· καρτερεῖν δὲ τὰ δεινὰ, καὶ μὴ ἐκπλήττεσθαι ταῖς συμφοραῖς.

ἙΤΈΡΑ ἹΕΡΩΝΎΜΟΥ
Βολφίου.

Δύο ἐστὶ τὰ βλαβερώτατα ταῖς πολιτείαις. ἓν μὲν τυραννὶς, ὅταν οἱ ἄρχοντες κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς βιάζωνται τοὺς ἀσθενεστέρους, εἰς τὰς ἰδίας μόνον ἐπιθυμίας καὶ πλεονεξίας καὶ φιλοτιμίας ἀπανταχοῦ ἀποβλέποντες. ἕτερον δ' ἀναρχία, τοῦ δήμου τῶν μὲν νόμων τε καὶ τῶν ἀρχόντων καταφρονοῦντος, τοῦ πᾶν δὲ καὶ ποιεῖν καὶ εἰπεῖν ἐξουσίαν λαμβάνοντος. μηδετέραν δὲ ταῖν ταραχαῖν καὶ συγχύσεων οἷόν τ' ἐστὶ πολὺν διαμεῖναι χρόνον, ἀλλ' ἐξ ὑπογύου, καθάπερ οἱ σπαρτοὶ ἐκεῖνοι, ἡ ἑτέρα τὴν ἑτέραν ἀναιρεῖ. ἡ δὲ μεταξὺ τούτων κατάστασις ἀρίστη, καὶ ὡς ἀληθῶς ἐλευθερία ἐστὶν, ὅταν εὐνομία τάττῃ τῶν ἀρχόντων καὶ τὰ τῶν ἀρχομένων ἀμετακινήτως διοικῇ, καὶ οἱ μὲν φρονιμώτατοι καὶ βέλτιστοι τὰς ἀρχὰς ἔχωσι, τὸ δὲ πλῆθος σωφρονῇ

esse prolapsam & perturbatam, ut iam nec à magistratibus priuati coherceri possent: sed unusquisque cùm diceret, tum faceret, quicquid collibitum esset: ac omnes importunam confidentiam, libertatem popularem esse ducerent. Suadet igitur, ut à Solone & Clisthene constituta Respub. ueluti postliminio reuocetur. Cuius naturam & instituta recensens, ait, illa ætate grauius existimatum esse, dicendo aduersari natu maioribus, quàm ordines deserere. Democratiam eos iudicasse non in petulantia & proteruitate, sed in moderatione & temperantia consistere: libertatem posuisse non in contemptu magistratuum, sed imperatis faciendis; potestatem improbo nemini permisisse, sed spectatissimis uiris mandasse magistratus, quod existimarent, tales fore cæteros ciues, quales essent gubernatores ciuitatis. Tantum uerò abfuisse, ut peculatu rem familiarem amplificarent, ut suas opes in Reipub. utilitatem effunderent. Præterea patribus maiori curæ fuisse filios iam adultos, quàm pueros: quòd adolescentiæ modestiam plus prodesse Reipub. putarent, quàm puerilem institutionem: & recta studia præstare legum accuratæ constitutioni. In id eos incubuisse, non ut supplicijs delinquentes cohercerent, sed ut ne quid pœna dignum ab ullo committeretur: existimantes, patriam quidem autoritate magna florere: priuatis autem licere nihil, quod legibus interdictum esset, oportere: sed eis & pericula subeunda, & res aduersas infractis animis esse perferendas.

ALIVD ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFII.

Rerumpublicarum pestes duæ præcipuè sunt: Tyrannis, quando magistratus impunè in imbecilliores grassantur, atque ad suam libidinem, auaritiam & ambitionem omnia referunt: & Anarchia, cùm populus contempta legum & magistratuum autoritate, omnem & loquendi & faciendi licentiam sibi sumit. Neutra autem perturbatio diuturna esse potest, sed subinde altera alteram, uelut terrigenæ illi fratres, euertit. Status inter has optimus est, & uera libertas, cum bonæ leges & à magistratibus & à ciuibus sacrosanctæ habentur, & optimi ac sapientissimi imperant, reliqui modestè

parent,

παιδαρχεῖ, καὶ οἱ νεώτεροι μετὰ πλείστης ἐπιμελείας παιδεύωνται. οὐ μὴν ἀλλὰ, καθάπερ τὰς Ἀθήνας ἄλλοτε μὲν οἱ τύραννοι ἐλυμήναντο, οὕτω δὲ κατὰ τουτονὶ τὸν καιρὸν τῷ μὲν λόγῳ ἕτερον, τῷ δ' ὄντι τὸ αὐτὸ κακὸν, καὶ ὁμοιοτάτη γε τυραννὶς ἡ τοῦ δήμου ἀκολασία ἐνειστήκει. Ἰσοκράτης οὖν γέρων ἀνὴρ ὤν, καὶ ἐπὶ φρονήσει καὶ ἀρετῇ εὐδοκιμῶν, ἀσκήσατο περὶ πολιτείας ἐπανορθώσεως, τοῦτο ποιῶν ἐν τῷ κρατίστῳ τῶν συνεδρίων τῶν Ἀθήνησιν Ἀρείῳ πάγῳ: ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχεν ὁ λόγος, Ἀρεοπαγιτικὸς ἐπιγραφόμενος.

Ἰ΄ΣΟΚΡΑ΄ΤΟΥΣ Α΄ΡΕΙΟ-παγιτικὸς λόγος δ.

προκατάληψις πρακτικὴ, καὶ δικανικὴ, τὴν μετ' ἐπ πολυφίαν ὑποτεμνουσα, αὐτὴ δὲ σωφροσύνην καὶ πρόνοιαν τῶν μελλόντων, διά τε παραδειγμάτων, καὶ διακημάτων παράγουσα.



Ολλοὺς ὑμῶν οἶμαι θαυμάζειν, ἥντινά ποτε γνώμην ἔχων, περὶ σωτηρίας τὴν πρόσοδον ἐποιησάμην: ὥσπερ τῆς πόλεως ἐν κινδύνοις οὔσης, ἢ σφαλερῶς αὐτῇ τῶν πραγμάτων καθεστηκότων, ἀλλ' οὐ πλείους μὲν τριήρεις ἢ διακοσίας κεκτημένης, εἰρήνην δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν χώραν ἀγούσης, καὶ τῶν κατὰ θάλατταν ἀρχούσης: ἔτι δὲ συμμάχους ἐχούσης, πολλοὺς μὲν τοὺς ἑτοίμως ἡμῖν, ἤν τι δέῃ, βοηθήσοντας, πολὺ δὲ πλείους τοὺς τὰς συντάξεις ὑποτελοῦντας, καὶ τὸ προσταττόμενον ποιοῦντας. ὧν ὑπαρχόντων, ὑμᾶς μὲν ἄν τις φήσειεν εἰκὸς εἶναι θαρρεῖν, ὡς πόρρω τῶν κινδύνων ὄντας: τοῖς δ' ἐχθροῖς τοῖς ἡμετέροις προσήκειν δεδιέναι καὶ βουλεύεσθαι περὶ σωτηρίας. ὑμεῖς μὲν οὖν οἶδ' ὅτι τούτῳ χρώμενοι τῷ λογισμῷ, καὶ τῆς ἐμῆς προσόδου καταφρονεῖτε, καὶ πᾶσαν ἐλπίζετε τὴν Ἑλλάδα ταύτῃ τῇ δυνάμει κατασχήσειν· ἐγὼ δὲ δι' αὐτὰ ταῦτα τυγχάνω δεδιώς. ὁρῶ γὰρ τῶν πόλεων τὰς ἄριστα πράττειν οἰομένας, τὰ κάκιστα συμβουλευομένας: καὶ τὰς μάλιστα θαρρούσας, εἰς πλεί-

parent, ac iuuentutis disciplinæ summa ratio habetur. Vt autẽ Athenæ aliàs à tyrannis diuexatæ fuerant: sic temporibus huius orationis habitæ, diuersum nomine, reipsa idem malum, ac sæuissima quidẽ tyrannis, ferocis populi grassatio ingruebat. Isocrates igitur, uir ætate grauis, spectatæq; uirtutis & sapientiæ, referre instituit de statu ciuitatis emendando: idq; in summo concilio Athenis, qui Areopagus, id est, uicus seu campus Martius dicebatur. Hinc Areopagiticus inscribitur: Latinè, oratio Senatoria nominari posset.

ISOCRATIS AREOPAGITICA, Oratio IIII. HIERONYMO VVOLFIO interprete.



Vltos ego uestrûm mirari puto, quídnam in mentem mihi ueniat, ut indicto concilio prouidendum esse moneam, ne quid Respublica detrimenti capiat: quasi ea uel bellis urgeatur, uel rebus dubijs conflictetur: cum & triremes amplius ducentas possideat, & agrum pacatum habeat, & maris imperium teneat, & societate munita sit, cùm multorum, qui, si res postulet, alacriter nos adiuuent: tum longè plurium, qui & tributa pendant, & imperata exequantur. Quæ cum ita sint, uos quidem dixerit aliquis, non immeritò magnis esse animis, ut qui longè à periculis absitis: hostes autẽ uestros causas habere timoris, ac saluti suæ consulere oportere. Tametsi autem non ignoro, uos ista cogitantes, & denunciationẽ meam contemnere: & sperare, his copijs totius Græciæ potituros: mihi tamen hæc ipsa metum incutiunt, quippe qui uideam florentissimas (ut sibi persuaserunt) ciuitates pessimis uti cõsilijs: & eas quæ securissimæ sunt, plurimis

Occupatione attentionem & beneuolentiã captat: qua & confidentiam reprimit, & ad modestiam rerumq; futurarum curam exemplis & sententijs excitat.

rimis

στους κινδύνους καθισταμένας. αἴτιον δὲ τούτων ἐστίν, ὅτι τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλούτοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια, καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία: ταῖς δ' ἐνδείαις, καὶ ταῖς ταπεινότησι, σωφροσύνη καὶ μετριότης. ὥστε χαλεπὸν εἶναι διαγνῶναι, ποτέραν ἄν τις δέξαιτο τῶν μερίδων τούτων τοῖς παισὶ τοῖς αὑτοῦ καταλιπεῖν. ἴδοιμεν γὰρ ἄν, ἐκ μὲν τῆς φαυλοτέρας εἶναι δοκούσης, ἐπὶ τὸ βέλτιον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὰς πράξεις ἐπιδιδούσας· ἐκ δὲ τῆς κρείττονος φαινομένης, ἐπὶ τὸ χεῖρον εἰθισμένας μεταπίπτειν. καὶ τούτων ἐνεγκεῖν ἐστὶ παραδείγματα, πλεῖστα μὲν ἐκ τῶν ἰδιωτικῶν πραγμάτων (πυκνοτάτας γὰρ ταῦτα λαμβάνει τὰς μεταβολὰς) μείζω δὲ καὶ φανερώτερα τοῖς ἀκούουσιν, ἐκ τῶν ἡμῖν καὶ Λακεδαιμονίοις συμβάντων. ἡμεῖς τε γὰρ, ἀναστάτου μὲν τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν βαρβάρων γενομένης, διὰ τὸ δεδιέναι καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν, ἐπρωτεύσαμεν τῶν ἑλλήνων. ἐπειδὴ δ' ἀνυπέρβλητον ᾠήθημεν ἔχειν τὴν δύναμιν, παρὰ μικρὸν ἤλθομεν ἐξανδραποδισθῆναι. Λακεδαιμόνιοί τε τὸ μὲν παλαιὸν ἐκ φαύλων τε καὶ μικρῶν πόλεων ὁρμηθέντες, διὰ τὸ σωφρόνως ζῆν, καὶ στρατιωτικῶς, κατέσχον πελοπόννησον. μετὰ δὲ ταῦτα μεῖζον φρονήσαντες τοῦ δέοντος, καὶ λαβόντες καὶ τὴν κατὰ γῆν καὶ τὴν κατὰ θάλασσαν ἀρχὴν, εἰς τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν κινδύνους κατέστησαν. ὅστις οὖν εἰδὼς τοσαύτας μεταβολὰς γεγενημένας, καὶ τηλικαύτας δυνάμεις οὕτω ταχέως ἀναιρεθείσας, πιστεύει τοῖς παροῦσιν, ἀνόητός ἐστιν· ἄλλως τε καὶ τῆς μὲν πόλεως ἡμῶν

πολὺ

rimis periculis circũueniri. In causa illud est, quòd neque secundæ, nec aduersæ res ullæ mortalibus solæ contingunt: sed ita comparatum est, ut opes & potentiam, dementia, & cum hac, immodestia comitetur: inopiam autem & humilitatem, prudentia & moderatio. Quare difficile iudicatu est, utra istarum partium præoptanda sit, quam liberis quispiam suis relictam à se uelit. Siquidem ex ea quæ deterior habetur, res plerunque uidemus incrementa sumere felicitatis: ex altera uerò quæ præstantior putatur, recidere solere in deterius. Quarum rerum plurima exempla suppeditant cùm priuatæ res, frequentissimis obnoxiæ mutationibus: tum uerò maiora, & auditoribus euidentiora, casus nostri & Lacedæmoniorum. Nam & nos, euersa urbe à Barbaris, ob cautam & diligentem rerum administrationem, principes Græcorum euasimus. Cùm autem nos potentia esse præditos insuperabili putaremus: urbis excidium uix euitauimus. Et Lacedæmonij, ex obscuris olim & paruis oppidulis progressi, uitæ modestia & disciplina militari Peloponnesum subegerunt. Pòst autem fastu & superbia elati, cum terræ marisq; imperium adepti essent, eadem quæ nos discrimina subierunt. Quisquis igitur huiusmodi mutationes non ignorat, &, cum tantas opes tam subitò euersas uideat, præsenti statui tamen fidit, incogitans est: præsertim cum nostræ urbis

res

πολὺ καταδεέστερον νῦν πραττούσης, ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν
χρόνον· τοῦ δὲ μίσους τοῦ τῶν ἑλλήνων, καὶ τῆς ἔχθρας τῆς
πρὸς τὸν βασιλέα, πάλιν ἀνακεκαινισμένης· ἃ τότε κα-
τεπολέμησεν ἡμᾶς. ἀπορῶ δὲ, πότερον ὑπολάβω μη-
δὲν μέλειν ὑμῖν τῶν κοινῶν πραγμάτων, ἢ φροντίζειν
μὲν αὐτῶν, εἰς τοῦτο δ' ἀναισθησίας ἥκειν, ὥστε λανθάνειν
ὑμᾶς, εἰς ὅσην ταραχὴν ἡ πόλις ἡμῶν καθέστηκεν. ἐοί-
κατε γὰρ οὕτω διακειμένοις ἀνθρώποις, οἵτινες ἁπάσας
μὲν τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ θρᾴκης ἀπολωλεκότες, πλείω
δ' ἢ χιλία τάλαντα μάτην εἰς τοὺς ξένους ἀπανηλω-
κότες, πρὸς δὲ τοὺς ἕλληνας διαβεβλημένοι, καὶ τῷ βαρ-
βάρῳ πολέμιοι γεγονότες· ἔτι δὲ τοὺς μὲν θηβαίων φί-
λους σῴζειν ἠναγκασμένοι, τοὺς δ' ἡμετέρους αὐτῶν συμ-
μάχους ἀπολωλεκότες. ἐπὶ τοιαύταις πράξεσιν εὐαγ-
γέλια μὲν δὶς ἤδη τεθύκαμεν, ῥαθυμότερον δὲ περὶ
αὐτῶν ἐκκλησιάζομεν, τῶν πάντα τὰ δέοντα πραττόν-
των. καὶ ταῦτ' εἰκότως καὶ ποιοῦμεν, καὶ πάσχομεν. οὐδὲν γὰρ
ἐνδέχεται γίγνεσθαι κατὰ τρόπον, τοῖς μὴ καλῶς περὶ τῆς
διοικήσεως ὅλης βεβουλευμένοις. ἀλλ' ἐὰν καὶ κατορθώ-
σωσι περί τινας πράξεις, ἢ διὰ τύχην, ἢ δι' ἀνδρὸς ἀρε-
τὴν, μικρὸν διαλιπόντες, πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς ἀπορίας
κατέστησαν. καὶ ταῦτα γνοίη τις ἂν ἐκ τῶν περὶ ἡμᾶς γε-
νομένων. ἁπάσης γὰρ τῆς ἑλλάδος ὑπὸ τὴν πόλιν ἡμῶν
ὑποπεσούσης, καὶ μετὰ τὴν Κόνωνος ναυμαχίαν, καὶ μετὰ
τὴν Τιμοθέου στρατηγίαν, οὐδένα χρόνον τὰς εὐτυχίας
κατασχεῖν ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ ταχέως διεσκαριφη-
σάμεθα, καὶ διελύσαμεν αὐτάς. πολιτείαν γὰρ τὴν ὀρ-
θῶς ἂν τοῖς πράγμασι χρησομένην, οὔτ' ἔχομεν, οὔτε
„ λαβεῖν αἰτοῦμεν. καίτοι τὰς εὐπραγίας ἅπαντες ἴσμεν
„ καὶ παραγιγνομένας, καὶ παραμενούσας, οὐ τοῖς τείχη μέγι-
στα

res deteriore loco sint, quàm illo tempore: cùm Græcorum odijs, tum regis Persarum inimicitijs renouatis, quæ tum nos debellarunt. Sum equidem animi dubius, utrum existimem, nulla uos affici Reipublicæ cura: an, cùm eam curetis, non tamen animaduertere, in quantis turbis ciuitas nostra uersetur. Nam ea rerum uestrarum forma & quasi facies est, ut & urbes Thracias omnes amisisse, & ultra mille talenta in stipendia militum profudisse, & Græcis suspecti esse, & hostes facti Barbaro, & Thebanorum amicos seruare coacti, & uestros socios perdidisse uideamini. Ob hæc facta, bis iam, quasi re bene gesta, supplicationes decreuimus: ac negligentius pro concione deliberamus, quàm hi quibus omnia secundissima acciderunt. Neque uerò mirum est, nos his tum actionibus, tum casibus implicari. Nihil enim ritè ab ullis perfici potest, nisi de summa Reipublicæ rectè deliberarint. Etsi enim nonnulla successerint, seu fortuitò, seu uirtute uiri alicuius: paulo pòst tamen in easdem difficultates incurrunt. Id quod è nostris euentibus cernitur. Cum enim uniuersa Græcia post nauale Cononis prælium, & Timothei imperium, in nostræ ciuitatis potestatem cecidisset: res secundas diutius retinere non potuimus, sed celeriter destruximus eas, & dissipauimus. Rem publicam enim qua quicquam rectè administretur, nec habemus, nec consequi studemus. Atqui scimus omnes, felicitatem potissimùm & parare, & retinere, non eos qui maxi-

„ στα καὶ κάλλιστα περιβεβλημένοις, οὐδὲ τοῖς μετὰ πλεί-
„ στων ἀνθρώπων εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἠθροισμένοις: ἀλ-
„ λὰ τοῖς ἄριστα καὶ σωφρονέστατα τὴν αὑτῶν διοικοῦ-
„ σιν. ἔστι γὰρ ψυχὴ πόλεως οὐδὲν ἄλλο, ἢ πολιτεία, το-
„ σαύτην ἔχουσα δύναμιν, ὅσην περ ἐν σώματι φρόνη-
σις. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ βουλευομένη περὶ ἁπάντων, καὶ τὰ
μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττουσα, τὰς δὲ συμφορὰς δια-
φεύγουσα. ταύτῃ καὶ τοὺς νόμους, καὶ τοὺς ῥήτορας, καὶ
τοὺς ἰδιώτας ἀναγκαῖον ἐστὶν ὁμοιοῦσθαι, καὶ πράττειν
οὕτως ἑκάστους, οἵαν περ ἂν αὐτὴν ἔχωσιν. ἧς ἡμεῖς διε-
φθαρμένης οὐδὲν φροντίζομεν, οὐδὲ σκοποῦμεν ὅπως
ἐπανορθώσομεν αὐτήν: ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν δικαστηρίων,
τῶν καθεστηκότων κατηγοροῦμεν, καὶ λέγομεν, ὡς οὐδέποτε
ἐν δημοκρατίᾳ κάκιον ἐπολιτεύθημεν. ἐν δὲ τοῖς πρά-
γμασι, καὶ ταῖς διανοίαις αἷς ἔχομεν, μᾶλλον αὐτὴν
ἀγαπῶμεν, τῆς ὑπὸ τῶν προγόνων καταλειφθείσης.
ὑπὲρ ἧς ἐγὼ καὶ τὸν λόγον μέλλω ποιεῖσθαι, καὶ τὴν πρό-
σοδον ἀπεγραψάμην. εὑρίσκω γὰρ ταύτην ἂν μό-
νην γενομένην, καὶ τῶν μελλόντων κινδύνων ἀποτροπὴν,
καὶ τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγήν: ἢν ἐθελήσωμεν
ἐκείνην τὴν δημοκρατίαν ἀναλαβεῖν, ἣν Σόλων μὲν
ὁ δημοτικώτατος γενόμενος, ἐνομοθέτησε: Κλεισθέ-
νης δ', ὁ τοὺς τυράννους ἐκβαλὼν, καὶ τὸν δῆμον καταγα-
γὼν, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κατέστησεν: ἧς οὐκ ἂν εὕροιμεν
οὔτε δημοτικωτέραν, οὔτε μᾶλλον τῇ πόλει συμφέρουσαν.
τεκμήριον δὲ μέγιστον. οἱ μὲν γὰρ ἐκείνῃ χρώμενοι, πολλὰ
καὶ καλὰ διαπραξάμενοι, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις
εὐδοκιμήσαντες, παρ' ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγε-
μονίαν ἔλαβον. οἱ δὲ τῆς νῦν παρούσης ἐπιθυμήσαντες
ὑπὸ πάντων μισηθέντες, καὶ πολλάκις δεινὰ παθόν-
τες,

γνώμης ἀπόφανσις, ὅτι δεῖ τὴν Σόλωνος δημοκρατίαν ἀναλαβεῖν.

ma & pulcherrima sibi mœnia circundederũt, aut qui maximam hominũ turbam in locum eundem conduxerunt: sed eos, qui suã urbem optimè ac modestißimè gubernant. Nec enim alia ciuitatis anima est, quàm forma Reipub: quæ uim eandem habet, quã in corpore prudẽtia. Siquidem hæc est, quæ de rebus omnibus deliberet, quæ et res secũdas tueatur, & calamitates euitet. Ad hanc & leges & oratores & homines priuatos semet accõmodare, & ea quosq; fortuna uti necesse est, qualem habuerint ciuitatem. Quæ cùm deprauata sit, nihil nos mouet, neq; de ea corrigẽda cogitamus: sed in iudicijs quidem statum hunc accusamus, dictitantes, in Democratia nunquã fuisse Rempub. æquè perturbatam: sed si res ipsa, nostriq; animi spectentur, magis ea delectamur, quàm illa quæ nobis à maioribus fuit relicta. De qua ego uerba faciam, proptereaq; me huc accessurum denunciaui. Nam hanc unam rationem inuenio, qua & imminentia pericula declinentur, & mala urgentia remoueantur: si eam Democratiam reuocare uoluerimus, quam & Solon, quo nemo fuit populi studiosior, legibus suis constituit: & Clisthenes, tyrannis eiectis, populoq; in urbem reducto, in integrum restituit. Qua nec popularior em, nec Reipublicæ utiliorem reperiemus. Cuius illud argumentum est maximum: quòd, qui ea usi sunt, rebus multis præclarè gestis, & apud omnes maximam adepti gloriam, imperium à Græcis ultrò delatum acceperunt. Qui autem hanc concupiuerunt, omnibus inuisi, & acerba multa perpessi, ex-

Sentẽtiæ dictio, Solonis Democratiam esse reuocandam.

κἀκείνων μὲν τὰς ἀκροπόλεις ἄλλοι τινὲς ἀεὶ κατέχου-
σιν, ὄντων αὐτοῖς πλέον ἢ τρισχιλίων ἱππέων, καὶ πελ-
ταστῶν ἀναριθμήτων: οὗτοι δὲ μικρὰν δύναμιν ἔχον-
τες, τὴν αὑτῶν ὅπως βούλονται διοικοῦσιν. καὶ πρὸς τούτοις,
οἱ μὲν σφίσιν αὐτοῖς ἀεὶ πολεμοῦσιν: οὗτοι δὲ μεταξὺ Πε-
λοποννησίων καὶ Θηβαίων καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως
„ οἰκοῦντες, τὴν εἰρήνην ἄγοντες διατελοῦσιν. ἢν γὰρ
ταῦτα

care. Quorũ uobis nihil unquã curæ fuit. Nam imperia quidẽ tyrannica, & molesta & perniciosa, nõ alijs tantùm, sed ipsis etiã tyrannis putatis: imperiũ uerò maris, ut maximorũ bonorum causam admiramini, cum reuera nihil à monarchijs differat, sed easdẽ prorsus & actiones & calamitates secum trahat. Thebanorũ quidẽ res malè se habere putatis, quod finitimis molesti sint: uos autẽ, cùm nihilo sitis in socios æquiores, quam illi in Bœotios, nulla in re ab officio aberrare persuasum habetis. Quare si me quidem audire uolueritis, uos ipsos, repudiatis omninò inanib. cõsilijs, in consiliũ adhibebitis: & Repub. singulari studio cõplexi, prudẽter indagabitis, quidnã illud sit, quod ambas urbes (nostrã inquã, & Lacedæmoniorum) eò prouexerit, ut ab exiguis profectæ initijs, Græcis imperarint? ac deinceps, in immẽsum aucta potẽtia, ppè funditùs excisæ fuerint? Quásnã itẽ ob causas Thessali, maximis opib. acceptis, & amplißima præditi maximaq; potentia, eò redacti sint, ut nesciãt quò se uertãt? Megarẽses aũt, cũ opes eorũ per se paruæ ac tenues sint, (nã neq; agrum habent, neq; portus, neq; argẽtifodinas, sed saxa excolũt) amplißimas facultates inter omnes Græcos pararint? ac illorũ quidẽ arces semper alij quidã teneant, cũ ultra tria millia equitũ habeant, & parmatos innumeros: hi autem, quum paruæ eorum copiæ sint, suam Rempublicã suo arbitratu administrẽt? Ad hæc, cur illi bella intestina perpetua gerant, hi cum intra Peloponnenses & Thebanos & nostram urbem habitent, in pace perpetuò uiuant? Nam si

F hæc,

» ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διεξίητε πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, εὑ-
» ρήσετε, τὴν μὲν ἀκολασίαν καὶ τὴν ὕβριν τῶν κακῶν
» αἰτίαν γιγνομένην, τὴν δὲ σωφροσύνην τῶν ἀγαθῶν·
ἣν ὑμεῖς ἐπὶ μὲν τῶν ἰδίων ἐπαινεῖτε, καὶ νομίζετε τοὺς
ταύτῃ χρωμένους ἀσφαλέστατα ζῆν, καὶ βελτίστους εἶ-
ναι τῶν πολιτῶν· τὸ δὲ κοινὸν ὑμῶν οὐκ οἴεσθε δεῖν τοιοῦ-
τον παρασκευάζειν. καίτοι προσήκει τὰς ἀρετὰς ἀσκεῖν,
καὶ τὰς κακίας φεύγειν· καὶ πολὺ μᾶλλον ταῖς πόλεσιν, ἢ
» τοῖς ἰδιώταις. ἀνὴρ μὲν γὰρ ἀσεβὴς καὶ πονηρός, τυχὸν ἂν
» φθάσειε τελευτήσας, πρὶν δοῦναι δίκην τῶν ἡμαρτη-
» μένων. αἱ δὲ πόλεις διὰ τὴν ἀθανασίαν, ὑπομένουσι καὶ
» τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰς παρὰ τῶν θεῶν τιμω-
ρίας. ὧν ἐνθυμουμένους, χρὴ μὴ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς
ἐν τῷ παρόντι μὲν χαριζομένοις, τοῦ δὲ μέλλοντος χρό-
νου μηδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιουμένοις· μηδὲ τοῖς φιλεῖν
μὲν τὸν δῆμον φάσκουσιν, ὅλην δὲ τὴν πόλιν λυμαινο-
μένοις. ὡς καὶ πρότερον, ἐπειδὴ παρέλαβον οἱ τοιοῦτοι
τὴν ἐπὶ τοῦ βήματος δυναστείαν, εἰς τοσαύτην ἄνοιαν
προήγαγον τὴν πόλιν, ὥστε παθεῖν αὐτήν, οἷάπερ ὀλί-
γῳ πρότερον ὑμῖν διηγησάμην. ὃ καὶ πάντων μάλιστ'
ἄν τις θαυμάσειεν, ὅτι προχειρίζεσθε δημαγωγοὺς,
οὐ τοὺς τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας τοῖς μεγάλην τὴν
πόλιν ποιήσασιν, ἀλλὰ τοὺς ὅμοια καὶ λέγοντας καὶ πράτ-
τοντας τοῖς ἀπολέσασιν αὐτήν. καὶ ταῦτα εἰδότες, οὐ μό-
νον τῷ ποιῆσαι τὴν πόλιν εὐδαίμονα τοὺς χρηστοὺς τῶν πο-
νηρῶν διαφέροντας. ἀλλὰ καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐπὶ μὲν
ἐκείνων πολλοῖς ἔτεσιν οὔτε κινηθεῖσαν, οὔτε μεταστᾶσαν·
ἐπὶ δὲ τούτων, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ δὶς ἤδη καταλυθεῖσαν·
καὶ τὰς φυγὰς τὰς ἐπὶ τῶν τυράννων, καὶ τὰς ἐπὶ τῶν τριά-
κοντα γεγενημένας, οὐ διὰ τοὺς συκοφάντας κατελ-
θούσας

ἐπιτίμησις τοῖς ῥήτορσι καὶ δημαγωγοῖς.

hæc, et quæ huius generis sunt, animo percurreritis: intemperātiam & superbiam, malorū: modestiam, bonorum extitisse causam reperietis: quam uos in priuatis reb. laudatis, & eius studiosos maximè in tuto esse, & reliquis ciuibus præstare creditis, sed à Republica remouendam esse ducitis. Decet autem uirtutes exercere, et auersari uitia, non priuatos hōmines duntaxat, sed ciuitates etiam, ac multò quidem magis. Nam homo sceleratus atq; impius fortaßis obierit, priusquam det scelerum pœnas: urbes uerò, quæ quodammodò immortales sunt, nec diuinam nec humanam animaduersionem effugiunt. Hæc igitur consideranda sunt: nec ijs auscultādum, qui, dum in præsentia grata & iucunda dicant, posteritatis nullam rationem habent: quiq; se populo studere profitentur, cum totam Rempublicam euertant. Nam olim etiam istud hominum genus suggestus & cōcionum dominatione ac regno suscepto, in eam dementiam urbem perduxit, quæ calamitates eas peperit, quas paulo antè commemoraui. Maximè itaq; mirum est, uos summos magistratus mandare non illis qui eodē animo sunt, quo ij qui Rempublicam amplificarūt: sed ijs qui non alia & dicūt & agunt, quàm qui euerterūt: cùm præsertim sciatis, nō eo solùm præstare improbis bonos uiros, quòd hi ciuitatem beatam reddunt: sed democratiam etiam ijs gubernātib. per multos annos neq; motam, neq; mutatam esse; sub istis paruo spacio tēporis bis iam dissolutā: & quos tyranni, & triginta illi in exilium egerant, non per sycophantas ab exilio reuocatos,

Oratorum & magistratuum reprehensio.

θέσαις, ἀλλὰ διὰ τοὺς μισοῦντας τοὺς τοιούτους, καὶ με-
γίστην ἐπ' ἀρετῇ δόξαν ἔχοντας, ἀλλ' ὅμως τηλικού-
των ἡμῖν ὑπομνημάτων καταλελειμμένων, ἐξ ὧν
ἀφ' ἑκατέρων αὐτῶν ἡ πόλις ἔπραττεν: οὕτω χαίρομεν
ταῖς τῶν ῥητόρων πονηρίαις, ὥσθ' ὁρῶντες διὰ τὸν πό-
λεμον καὶ τὰς ταραχάς, ἃς αὐτοὶ πεποιήκασι, τῶν
μὲν ἄλλων πολιτῶν πολλοὺς ἐκ τῶν πατρῴων ἐκπε-
πτωκότας, τούτους δ' ἐκ πενήτων πλουσίους γεγενημέ-
νους: οὐκ ἀγανακτοῦμεν, οὐδὲ φθονοῦμεν ταῖς εὐπρα-
γίαις αὐτῶν: ἀλλ' ὑπομένομεν τὴν πόλιν διαβολὰς
ἔχουσαν, ὡς λυμαίνεται καὶ δασμολογεῖ τοὺς ἕλληνας:
τούτους δὲ τὰς ἐπικαρπίας λαμβάνοντας: καὶ τὸν μὲν δῆ-
μον, ὅν φασιν οὗτοι δεῖν τῶν ἄλλων ἄρχειν, χεῖρον πράτ-
τοντα τῶν ταῖς ὀλιγαρχίαις δουλευόντων: οἷς δ' οὐδὲν
ὑπῆρχεν ἀγαθόν, τούτους διὰ τὴν ἄνοιαν τὴν ἡμετέραν
ἐκ ταπεινῶν εὐδαίμονας γεγενημένους. καίτοι περι-
κλῆς ὁ πρὸ τῶν τοιούτων δημαγωγὸς καταστάς, παρα-
λαβὼν τὴν πόλιν, χεῖρον μὲν φρονοῦσαν ἢ πρὶν κατα-
σχεῖν τὴν ἀρχήν, ἔτι δ' ἀνεκτῶς πολιτευομένην, οὐκ
ἐπὶ τὸν ἴδιον χρηματισμὸν ὥρμησεν: ἀλλὰ τὸν μὲν οἶ-
κον ἐλάττω τὸν ἑαυτοῦ κατέλιπεν, ἢ παρὰ τοῦ πατρὸς
παρέλαβεν: ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀνήνεγκεν ὀκτακι-
σχίλια τάλαντα, χωρὶς τῶν ἱερῶν. οὗτοι δὲ τοσοῦτον ἐ-
κείνου διενηνόχασιν, ὥστε λέγειν μὲν τολμῶσιν, ὡς διὰ
τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν οὐ δύνανται τοῖς αὐτῶν ἰ-
" δίοις προσέχειν τὸν νοῦν: φαίνεται δὲ τὰ μὲν ἀμελού-
" μενα, τοσαύτην εἰληφότα τὴν ἐπίδοσιν, ὅσην οὐδ'
" ἂν εὔξασθαι τοῖς θεοῖς πρότερον ἠξίωσαν: τὸ δὲ πλῆ-
θος ἡμῶν, οὗ κήδεσθαι φασίν, οὕτω διακείμενον, ὥ-
στε μηδένα τῶν πολιτῶν ζῆν ἡδέως, μήτε ῥαθύμως:

ἀλλ'

catos, sed eorũ ope restitutos, qui et istis infensissimi sunt, & ob uirtutẽ celeberrimi. Etsi autẽ nobis tanta monumẽta relicta sunt, clareq; perspicitur, quid ex utrorumq; gubernatione Respub. uel cõmodi uel detrimẽti ceperit: sic tamen oratorum improbitate delectamur, ut, cùm uideamus ob bella et tumultus ab istis excitatos, cæterorũ ciuium permultos paternis bonis spoliatos, istos è pauperibus diuites esse factos: non indignemur, nec successib. eorum inuideamus, sed cõuicia æquis animis feramus, quæ nostræ urbi dicuntur, quod affligat & uexet exactionibus Græcos, quarum illi fructus percipiunt. Ac populus quidem, quem isti alijs imperare oportere dictitãt, infelicior est ijs qui in oligarchijs seruiunt: qui autem omni bono caruerunt, ij per amẽtiam nostram ex humilib. facti sunt beati. At Pericles, qui ante istos populo præfuit, quum urbem administrãdam suscepisset, non quidem ita sanam & moderatã, ut ante adeptum principatum, sed mediocriter tamen adhuc constitutam: non suis opib. augẽdis intentus fuit, sed minorem cẽsum reliquit quàm à patre acceperat: in arcem uerò talenta octies mille retulit, præter sacram pecuniam, & ornamẽta templorum. Inter istos autem & illum tantum interest, ut, cum dicere audeãt, se ob Reipub. administrationem non uacare posse curandæ rei familiari; tamen ea quæ negligũtur scilicet, tanta incrementa sumpsisse constet, quanta olim ne à dijs quidem precari ausi fuissent: plerosq; autem nostrûm sic esse malis oppressos, ut nemo ciuiũ suauiter & tranquillo animo uiuat,

 sed

ἀλλ' ὀδυρμῶν μεστὴν εἶναι τὴν πόλιν. οἱ μὲν γὰρ τὰς
πενίας καὶ τὰς ἐνδείας ἀναγκάζονται διεξιέναι, καὶ
θρηνεῖν πρὸς σφᾶς αὐτούς· οἱ δὲ τὸ πλῆθος τῶν προ-
σταγμάτων, καὶ λειτουργιῶν, καὶ τὰ περὶ τὰς εἰσφορὰς,
καὶ τὰς ἀντιδόσεις: ἃ τοιαύτας ἐμποιεῖ λύπας, ὥστ' ἄλ-
γιον ζῆν τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους, ἢ τοὺς συνεχῶς
πενομένους. θαυμάζω δ' εἰ μὴ δύνασθε συνιδεῖν, ὅτι
γένος οὐδέν ἐστι κακονούστερον τῷ πλήθει, πονηρῶν ῥη-
τόρων καὶ δημαγωγῶν. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις κακοῖς,
καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἀναγκαίων, οὗτοι μάλι-
στα βούλονται σπανίζειν ὑμᾶς. ὁρῶσι γὰρ τοὺς μὲν ἐκ τῶν
ἰδίων δυναμένους τὰ σφέτερ' αὐτῶν διοικεῖν, τῆς πό-
λεως ὄντας, καὶ τῶν τὰ βέλτιστα λεγόντων: τοὺς δ' ἀπὸ
τῶν δικαστηρίων ζῶντας, καὶ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν
ἐντεῦθεν λημμάτων: ὑφ' αὑτοῖς διὰ τὴν ἔνδειαν ἠν-
αγκασμένους εἶναι, καὶ πολλὴν χάριν ἔχοντας ταῖς εἰ-
σαγγελίαις, καὶ ταῖς γραφαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις συκο-
φαντίαις, ταῖς δι' αὐτῶν γιγνομέναις. ἐν οὖν ταῖς ἀπο-
ρίαις, ἐν αἷς αὐτοὶ δυναστεύουσιν, ἐν ταύταις ἥδιστ' ἂν
ἴδοιεν ἅπαντας ὄντας τοὺς πολίτας. τεκμήριον δὲ μέ-
γιστον· οὐ γὰρ τοῦτο σκοποῦσιν, ἐξ ὅτου τρόπου τοῖς δεομένοις
τὸν βίον ἐκποριοῦσιν: ἀλλ' ὅπως τοὺς ἔχειν τι δοκοῦν-
τας, τοῖς ἀπόροις ἐξισώσουσι. Τίς οὖν ἀπαλλαγὴ γένοιτ'
ἂν τῶν παρόντων κακῶν; διείλεγμαι μὲν τὰ πλεῖστα
περὶ αὐτῶν τούτων, οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλ' ὡς ἕκαστον τῷ και-
ρῷ συνέπιπτε. μᾶλλον δ' ἂν ὑμῖν ἐγγένοιτο μνημονεύειν,
εἰ συναγαγὼν τὰ μάλιστα κατεπείγοντα, πάλιν ἐπα-
νελθεῖν αὐτὰ πειραθείην. ἔστι δ' ἐξ ὧν ἐπανορθωσαί-
μεθ' ἂν τὰ τῆς πόλεως, καὶ βελτίω ποιήσαιμεν, πρῶτον
μὲν ἢν συμβούλους ποιώμεθα τοιούτους περὶ τῶν κοινῶν,
οἵους

ἐπίλογος κατ' ἀνακεφαλαίωσιν.

sed querelarum & lamẽtationum plena tota sit ciuitas. Nam alÿ secum paupertatẽ & inopiam queri suam coguntur: alÿ multiplicia edicta, & munera, & tributa, & opum permutationes miserãtur: quæ tantas molestias pariunt, ut insuauius ÿ uiuant qui rem habent, quàm qui in paupertate perpetua degunt. Mirum profectò est, uos non perspicere tandẽ, nullũ hominum genus inimicius & maleuolentius esse multitudini, quàm improbos oratores & tribunos plebis. Nam præter mala cætera, etiam annonæ uos laborare penuria maximè optãt. Vident enim, eos qui de suo habent unde uiuãt, Reipub. addictos esse, & cum ÿs facere qui rectißimè consulũt. Qui autem de iudicÿs & de concionibus uictitant, & quæ inde percipiuntur emolumentis: eos inopia coactos, à se pendère, & magnam habere gratiam delationibus, & accusationibus, & reliquis calumnÿs, quarum isti sunt autores. Cùm igitur regnum sibi stabiliri ciuium inopia uideant, eos omnes uellent esse quàm egentißimos. Cuius rei signum illud certißimum est, quòd non tam inopiæ tenuiorum student succurrere, quàm eos qui aliquid habere uidentur, ègentibus exæquare. Quod igitur his malis remedium inuenietur? Disserui iam quidem de his ferè omnibus non ordine, sed uti singula se offerre uidebantur: quæ facilius memoria custodietis, si maximè necessaria, collecta in unum locum, repetiuerimus. Prima igitur hæc est emendandæ & erigendæ Reipublicæ ratio, si de publicis negocÿs deliberaturi, eos in consilium adhibuerimus, Peroratio per enumerationem.

οἵουσπερ ἂν περὶ τῶν ἰδίων ἡμῖν εἶναι βουληθείημεν, καὶ παυσώμεθα δημοτικοὺς μὲν νομίζοντες εἶναι τοὺς συκοφάντας, ὀλιγαρχικοὺς δὲ τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν: γνόντες, ὅτι φύσει μὲν οὐδεὶς οὐδέτερον τούτων ἐστίν· ἐν ᾗ δ' ἂν ἕκαστοι τιμῶνται, ταύτην βούλονται καθεστάναι τὴν πολιτείαν. δεύτερον, ἢν ἐθελήσωμεν χρῆσθαι τοῖς συμμάχοις ὁμοίως ὥσπερ τοῖς φίλοις, καὶ μὴ λόγῳ μὲν αὐτοὺς αὐτονόμους ἀφιῶμεν, ἔργῳ δὲ τοῖς στρατηγοῖς αὐτούς, ὅ, τι ἂν βούλωνται ποιεῖν ἐνδιδῶμεν: μὴ δὲ δεσποτικῶς, ἀλλὰ συμμαχικῶς αὐτῶν ἐπιστατῶμεν: ἐκεῖνο καταμαθόντες, ὅτι μιᾶς μὲν ἑκάστης τῶν πόλεων κρείττους ἐσμέν, ἁπασῶν δ' ἥττους. τρίτον δ', ἢν μηδὲν περὶ πλείονος ἡγῆσθε μετά γε τὴν περὶ τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν, τοῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμεῖν. τοῖς γὰρ οὕτω διακειμένοις, ἑκόντες καὶ τὰς ἡγεμονίας, καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐνδιδόασιν. ἢν οὖν ἐμμείνητε τοῖς εἰρημένοις, καὶ πρὸς τούτοις ὑμᾶς αὐτοὺς παράσχητε, πολεμικοὺς μὲν ὄντας ταῖς μελέταις καὶ ταῖς παρασκευαῖς, εἰρηνικοὺς δὲ τῷ μηδὲν παρὰ τὸ δίκαιον πράττειν: οὐ μόνον εὐδαίμονα ποιήσετε ταύτην τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. οὐδὲ γὰρ ἄλλη τῶν πόλεων οὐδὲ μία τολμήσει περὶ αὐτοὺς ἐξαμαρτάνειν: ἀλλ' ὀκνήσουσι, καὶ πολλὴν ἡσυχίαν ἕξουσιν, ὅταν ἴδωσιν ἐφεδρεύουσαν τὴν ἡμετέραν πόλιν, καὶ παρεσκευασμένην τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν. οὐ μὴν ἀλλ' ὁπότερον ἂν ποιῶσιν, τό γ' ἡμέτερον καλῶς ἕξει, καὶ συμφερόντως. ἤν τε γὰρ δόξῃ τῶν πόλεων ταῖς προεχούσαις ἀπέχεσθαι τούτων τῶν ἀδικημάτων, ἡμεῖς τούτων τῶν ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν ἕξομεν· ἤν τε ἐπιχειρῶσιν ἀδικεῖν,

τὰ ἐκβησόμενα.

ἐφ'

quibus priuatis in rebus nullos anteponeremus: & desierimus calumniatores existimare populares, honestosq́ uiros oligarchicos. Illud enim tenēdum est, natura neminem uel popularem, uel paucorum esse potētiæ studiosum: sed eam quemq; Reipub. formā expetere maximè, in qua maximè honoratur. Secundo loco, tales debemus erga socios nos præbere, quales erga amicos: nō autem uerbo libertatem dare, reipsa uerò ducib. nostris omnē in eos grassandi licētiam proponere. Præsimus eis non ut domini seruis, sed ita ut socijs dignū est: illud edocti, nos singulis urbibus superiores esse uiribus, uniuersis inferiores. Tertium est, ut, secundum pietatem in deos, nihil pluris faciatis, quàm ut Græci honestißimè de uobis & sentiant, & loquātur. Nam quos illi sic animatos uiderint, his ultrò & principatum deferunt, & eorum fidei se committunt. Quòd si ea quæ diximus præstiteritis, & ita uos cōparaueritis, ut & rei militaris exercitatione atq; apparatu sitis bellicosi, & nihil præter ius & æquum agēdo pacis studiosi: non hanc modò urbem felicem reddetis, sed etiam Græcos uniuersos. Nec enim ulla cæterarū urbium eos lædere audebit: sed uerebuntur, soliciteq́ cauebunt, ne quid moueant: quando uiderint, nostram urbem uelut è specula prospicientem omnia, & in hoc intentam, ut oneratis iniuria opituletur. Sed utrum illæ fecerint, Reipublicæ nostræ res rectè ac præclarè se habebunt. Siue enim potentioribus urbibus uisum fuerit abstinere iniurijs: ea felicitas nobis imputabitur. Siue grassari illæ cœperint:

A' secutu- ris commodis.

ἐφ' ἡμᾶς ἅπαντες οἱ δεδιότες καὶ κακῶς πάσχοντες
καταφεύξονται, πολλὰς ἱκετείας καὶ δεήσεις ποιού-
μενοι, καὶ διδόντες οὐ μόνον τὴν ἡγεμονίαν, ἀλλὰ καὶ
σφᾶς αὐτούς. ὥστ' οὐκ ἀπορήσομεν μεθ' ὧν κωλύσο-
μεν τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ἀλλὰ πολλοὺς ἕξομεν τοὺς
ἑτοίμως συναγωνιζομένους ἡμῖν. ποία γὰρ ἢ πόλις, ἢ
τίς ἀνθρώπων οὐκ ἐπιθυμήσει μετασχεῖν τῆς φιλίας,
καὶ τῆς συμμαχίας τῆς ἡμετέρας, ὅταν ὁρῶσι τοὺς αὐ-
τοὺς ἀμφότερα, καὶ δικαιοτάτους ὄντας, καὶ μεγίστην
„ δύναμιν κεκτημένους; καὶ τοὺς μὲν ἄλλους σώζειν καὶ
„ βουλομένους καὶ δυναμένους, αὐτοὺς δὲ μηδεμιᾶς βοη-
„ θείας δεομένους; πόσην δὲ χρὴ προσδοκᾶν ἐπίδοσιν
„ τὰ τῆς πόλεως λήψεσθαι, τῆς τοιαύτης εὐνοίας παρὰ
„ τῶν ἄλλων ὑπαρξάσης; πόσον δὲ πλοῦτον εἰσρυήσε-
σθαι καὶ εἰς τὴν πόλιν, δι' ἡμῶν ἁπάσης τῆς ἑλλάδος
σωζομένης; τίνας δ' οὐκ ἐπαινέσεσθαι τοὺς τοσούτων
καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν αἰτίους γεγενημένους; ἀλλὰ γὰρ
οὐ δύναμαι διὰ τὴν ἡλικίαν ἅπαντα τῷ λόγῳ περι-
„ λαβεῖν, ἃ τυγχάνω τῇ διανοίᾳ καθορῶν· πλὴν ὅτι κα-
„ λόν ἐστιν, ἐν ταῖς τῶν ἄλλων ἀδικίαις καὶ μανίαις, πρώ-
„ τους εὖ φρονήσαντας προστῆναι τῆς τῶν ἑλλήνων ἐλευ-
„ θερίας καὶ σωτηρίας, ἀλλὰ μὴ λυμεῶνας αὐτῶν κλη-
„ θῆναι, καὶ περιβλέπτους ἐπ' ἀρετῇ γενομένους, τὴν δόξαν
„ τὴν τῶν προγόνων ἀναλαβεῖν. κεφάλαιον δὲ πάντων ἐκεῖ-
νο ἔχω λέγειν, εἰς ὃ ταῦτα τὰ προειρημένα συντείνει,
καὶ πρὸς ὃ χρὴ βλέποντας τὰς πράξεις τὰς τῆς πόλε-
ως δοκιμάζειν. δεῖ γὰρ ἡμᾶς, εἴπερ βουλόμεθα διαλύ-
σασθαι μὲν τὰς διαβολάς, ἃς ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι,
παύσασθαι δὲ τῶν πολέμων τῶν μάτην γιγνομένων,
κτήσασθαι δὲ τὴν ἡγεμονίαν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον,

μισῆσαι

qui in metu & malis erunt, ad nos confugient, & supplices à nobis auxilium magna contentione expetent: nec principatum tantùm, sed semetipsos etiam nobis tradent. Quare non defuturi sunt, quorum ope delinquentes coherceamus: sed multos habebimus, qui strenuam operam nobis nauent. Quæ enim urbs, imò quis mortalium, nostram amicitiam & societatem non ducet expetendam, cum eosdem utraque re, & insigni iusticia & maxima potentia uiderint præditos, itaq; paratos, ut alijs saluti esse & poßint & uelint, cùm ipsi nullis auxilijs egeant? Quanta uerò nostræ urbis incrementa erunt, ubi aliorum tanta erit erga nos beneuolentia? Quantis opibus affluet etiam Respublica, uniuersa Græcia per nos conseruata? Qui nos non efferent laudibus, tot ac tantorum bonorum autores? Sed ego propter ætatem oratione mea non omnia complecti possum, quæ animo perspicio: nisi quòd præclarum est, nos, in aliorum iniurijs & insania, primos ad sanam mentem reuersos, Græcorum salutis & libertatis curam suscipere potius, quàm pestes illorum appellari: & uirtute illustres, auitam gloriam recuperare. Nunc id dicam quod caput est, quò & superiora omnia pertinent: & in quod intuentes, omnes nostræ urbis actiones probare debemus. Nam si maledicta, quibus nunc petimur, extinguere, si temeraria bella sopire, si principatum perpetuò tenere studemus: nulla

μισῆσαι μὲν ἁπάσας τὰς τυραννικὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς δυναστείας, ἀναλογιζομένους τὰς συμφορὰς τὰς ἀπ' αὐτῶν γεγενημένας: ζηλῶσαι δὲ καὶ μιμήσασθαι τὴν λακεδαιμονίων βασιλείαν. ἐκείνοις γὰρ ἀδικεῖν μὲν ἧττον ἔξεστιν, ἢ τοῖς ἰδιώταις. τοσούτῳ δὲ μακαριστότεροι τυγχάνουσιν ὄντες, τῶν βίᾳ τὰς τυραννίδας κατεχόντων, ὅσον οἱ μὲν τοὺς τοιούτους ἀποκτείναντες, τὰς μεγίστας δωρεὰς παρὰ τῶν συμπολιτευομένων λαμβάνουσιν. ὑπὲρ ἐκείνων δ' οἱ μὴ τολμῶντες ἐν ταῖς μάχαις ἀποθνήσκειν, ἀτιμότεροι γίγνονται τῶν τὰς τάξεις λειπόντων, καὶ τὰς ἀσπίδας ἀποβαλλόντων. ἄξιον οὖν ὀρέγεσθαι τῆς τοιαύτης ἡγεμονίας. ἔνεστι δ' ἐν τοῖς τοιούτοις πράγμασιν ἡμᾶς τυχεῖν παρὰ τῶν ἑλλήνων τῆς τοιαύτης τιμῆς, ἥνπερ ἐκεῖνοι παρὰ τῶν πολιτῶν ἔχουσιν, ἢν ὑπολάβωσι, τὴν δύναμιν τὴν ἡμετέραν, μὴ δουλείας, ἀλλὰ σωτηρίας αὐτοῖς αἰτίαν γενέσθαι. πολλῶν ἢ καὶ παντοδαπῶν λόγων ἐνόντων περὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἐμοὶ μὲν ἀμφότερα συμβουλεύει παύσασθαι λέγοντι, καὶ τὸ μῆκος τοῦ λόγου, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐμῶν ἐτῶν. τοῖς δὲ νεωτέροις, καὶ μᾶλλον ἀκμάζουσιν ἢ ἐγὼ, παραινῶ καὶ παρακελεύομαι τοιαῦτα λέγειν καὶ γράφειν, ἐξ ὧν τὰς μεγίστας τῶν πόλεων, καὶ τὰς εἰθισμένας ταῖς ἄλλαις κακὰ παρέχειν, προτρέψουσιν ἐπ' ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην, ὡς ἐν ταῖς τῆς ἑλλάδος εὐπραγίαις, συμβαίνει καὶ τὰ τῶν φιλοσόφων πράγματα πολλῷ βελτίω γίγνεσθαι.

παραίνεσις τοῖς νεωτέροις.

nulla nobis tyrannica imperia & potestates sunt affectandæ, consideratis calamitatibus, quæ inde capiuntur: & regnum Lacedæmoniorum imitandum atq; æmulandum. quorum regibus minor delinquendi potestas est, quàm hominibus priuatis. tanto autem feliciores sunt ijs qui ui tenent imperia, ut tyrannorum quidem interfectoribus maxima præmia publicè constituta sint: pro illis uerò qui mortem in prælijs oppetere dubitant, ignominiosiores habeantur, quàm qui deseruerunt ordines, aut clypeos abiecerunt. Operæprecium igitur est, talem expetere principatum. Harum autem rerum ea natura est, ut à Græcis per eas honorem eundem consequamur, qui Spartanis regibus à ciuibus habetur: si uestram potentiam non ad opprimendam, sed ad conseruandam Græciam pertinere existimârint. Etsi autem de hoc argumento & multa & uaria dici possent: tamen ut dicendi finem faciam, utraq; me admonent, & orationis longitudo, & annorum meorum multitudo. Adolescentes autem, & per ætatem me robustiores, moneo & hortor, ut ea & dicant & scribant, quibus maximæ urbes, & alijs nocere solitæ, ad uirtutem & iusticiam incitentur. Nam in rebus Græciæ secundis, eruditorum etiam hominum res multo fieri meliores consueuerunt.

Adhortatio iuniorum.

TER-

Η Γ ΣΥΜΜΟΡΙ'Α Ε'ΓΚΩΜΙΑΣΤΙΚΗ'.

ΙΕΡΩΝΥ'ΜΟΥ ΒΟΛΦΙ'ΟΥ

ὑπόθεσις, εἰς τὸν α΄ λόγον.

Ἐπιτάφιος μὲν ὁ λόγος, Εὐαγόραν δὲ τὸν τῆς ἐν Κύπρῳ βασιλεύσαντα Σαλαμῖνος ἐγκωμιάζων, τὸν πατέρα Νικοκλέους, ᾧ τινι ὅ, τε δεύτερος καὶ ὁ τρίτος, οὓς προέγνωμεν, ἐγράφησαν λόγοι. ἡ δὲ τοῦ λόγου τάξις τοιαύτη πώς ἐστι. πρῶτον μὲν οὐδὲν ἂν γενέσθαι φησὶν Εὐαγόρᾳ μᾶλλον εἰς χάριν, τοῦ τὰς πράξεις αὐτοῦ λόγῳ κεκοσμημένας ἐπαινεθῆναι, καὶ τοῦθ' ὡς χαλεπόν ἐστιν ἀποδείκνυσιν. εἶτα δ' ἐκ τῶν προγόνων ἀρξάμενος, καὶ πάσης ἡλικίας τὰς κλίμακας διελθὼν, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ καὶ ἀριστείας πλουσίως τε καὶ λαμπρῶς διέξεισι μέχρι τῆς τελευτῆς. ἐν δὲ τῷ τοῦ λόγου τέλει Νικοκλέα εἰς ζῆλον καὶ μίμησιν τοῦ πατρὸς παρορμᾷ. ἐζωγραφήθη γοῦν ἐνταῦθα καὶ ἐχαρακτηρίσθη, οἷον τῇ Ἀπελλοῦ γραφίδι, ἀνδρὸς ἡρωϊκοῦ τὴν φύσιν ἐναργὴς εἰκὼν· τοῦ διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς πάσας τὰς τῆς τύχης ἐναντιώσεις καὶ περιπετείας ὑποπιάσαντος καὶ νενικηκότος· ἄξιον δὲ κἀκεῖνο παρατηρεῖν, ὅν τινα τρόπον τὰ τῶν παραινέσεων ἐγκωμιαστικῶν ἐνταῦθα φύσιν μετείληφε.

ΕΥ'ΑΓΟ'ΡΑΣ ΛΟ'ΓΟΣ α΄.

Εὐνοίας λῆψις ἐκ τοῦ Νικοκλέους προσώπου, καὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, κατὰ σύγκρισιν.



ὉΡῶν, ὦ Νικόκλεις, τιμῶντά σε τὸν τάφον τοῦ πατρὸς, οὐ μόνον τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν ἐπιφερομένων, ἀλλὰ καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσιν· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἵππων τε καὶ τριήρων ἁμίλλαις, καὶ λείποντα μηδεμίαν τῶν τοιούτων ὑπερβολήν:
" ἡγησάμην Εὐαγόραν (εἴ τίς ἐστιν αἴσθησις τοῖς τελε-
" λευτηκόσι, περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων) εὐμενῶς μὲν ἀποδέ-

TERTIA CLASSIS EXORNATIONVM.

ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFII in Euagoram.

ORatio funebris est, scripta in laudem Euagoræ, Salaminis Cypriæ regis: qui Nicoclis, cui secunda & tertia, quas antè cognouimus, orationes scriptę sunt, pater fuit. Ordo orationis talis ferè est. Primùm, Euagoræ nihil posse gratius fieri, quàm si res ab eo gestæ ornata oratione celebrentur: idq; difficile factu esse ostendit. Deinde, exorsus à natalibus, per omnes ætatum gradus, uirtutes & facinora eius egregia copiosissimè & splendidissimè persequitur, usq; ad obitum. Deniq; Nicoclem ad paterni exempli imitationem hortatur. Depicta enim hic & expressa est, tanquam Apellis penicillo, heroici uiri illustris imago: qui sua uirtutè omnes aduersantis fortunæ impetus repressit, & superauit. Illud etiam obseruandum, quo pacto admonitionum præcepta hic laudandi causa adhibeantur.

EVAGORAS ISOCRATIS: HIERONYMO VVOLFIO interprete.

Oratio prima.



Vm te uiderem patris tui funus ornare Nicocles, non magnifico tantùm & splendido apparatu, sed & choris, & musica, & ludis gymnicis, atque etiam equorum triremiumq́; certaminibus: nihil denique prætermittere, quod ad talium rerum amplitudinem addi posset: equidem Euagoram (si quid eorum quæ hic fierent, defuncti sentirent) existimabam, cùm ista benignè

Beneuolentię captatio à persona Nicoclis, & ipsa re per collationem.

ἀποδέχεσθαι καὶ ταῦτα, καὶ χαίρειν, ὁρῶντα τήν τε περὶ αὐτὸν ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν· πολὺ δ' ἂν ἔτι πλείω χάριν ἔχειν, ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, εἴ τις δυνηθείη περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ καὶ τῶν κινδύνων ἀξίως διελθεῖν τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων. εὑρήσομεν γὰρ τοὺς φιλοτίμους καὶ μεγαλοψύχους τῶν ἀνδρῶν, οὐ μόνον ἀντὶ τῶν τοιούτων ἐπαινεῖσθαι βουλομένους, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀποθνήσκειν εὐκλεῶς αἱρουμένους, καὶ μᾶλλον περὶ τῆς δόξης ἢ τοῦ βίου σπουδάζοντας, καὶ πάντα ποιοῦντας, ὅπως ἀθάνατον τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην καταλείψωσιν. αἱ μὲν οὖν δαπάναι τῶν μὲν τοιούτων οὐδὲν ἐξεργάζονται, τοῦ δὲ πλούτου σημεῖον εἰσίν. οἱ δὲ περὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὰς ἄλλας ἀγωνίας ὄντες, οἱ μὲν τὰς δυνάμεις αὐτῶν, οἱ δὲ τὰς τέχνας ἐπιδειξάμενοι, σφᾶς αὐτοὺς ἐντιμοτέρους κατέστησαν. ὁ δὲ λόγος, εἰ καλῶς διέλθοι τὰς ἐκείνου πράξεις, ἀείμνηστον ἂν τὴν ἀρετὴν τὴν Εὐαγόρου παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσειεν. ἐχρῆν μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους ἐπαινεῖν τοὺς ἐφ' ἑαυτῶν ἄνδρας ἀγαθοὺς γεγενημένους, ἵνα οἵ τε δυνάμενοι τὰ τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμεῖν, ἐν εἰδόσι ποιούμενοι τοὺς λόγους ταῖς ἀληθείαις ἐχρῶντο περὶ αὐτῶν· οἵ, τε νεώτεροι φιλοτιμοτέρως διέκειντο πρὸς τὴν ἀρετὴν, εἰδότες, ὅτι τούτων εὐλογηθήσονται μᾶλλον, ὧν ἂν ἀμείνους σφᾶς αὐτοὺς παράσχωσι. Νῦν δὲ τίς οὐκ ἂν ἀθυμήσειεν, ὅταν ὁρᾷ τοὺς μὲν περὶ τὰ Τρωϊκὰ, τούς τ' ἐπέκεινα γενομένους, ὑμνουμένους καὶ τραγῳδουμένους· ἑαυτὸν δὲ προειδῇ, μηδ' ἂν ὑπερβάληται τὰς ἐκείνων ἀρετὰς, μηδέποτε τοιούτων ἐπαίνων ἀξιωθησόμενον; Τούτων δ' αἴτιος ὁ φθόνος, ᾧ τοῦτο μόνον πρόσεστιν ἀγαθὸν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσιν ἐστίν. Οὕτω γάρ τινες δυσκόλως πεφύ-

ἐπιτίμησις τοῖς φιλομύθοις τῶν ῥητόρων.

gnè approbare, & libenter spectare istam sui curã, tuamq́ magnificentiam: tum ei longè maiorem etiam quàm cæteris omnibus gratiã habiturum, qui de actionibus eius & belli discriminibus dicere posset, pro dignitate rerum ab eo gestarum. Honoris enim cupidos uiros & magnanimos non tantùm istis rebus laudem anteponere constat: sed illustrem obitum etiam uitæ præferre, ac gloriæ quàm salutis studiosiores esse; omniaq́ facere ut immortalem sui memoriam relinquant. Sumptus autem nihil eiusmodi præstant, sed diuitiarum sunt argumentum. Qui uerò Musica & alijs certaminibus occupantur, suis partim uiribus, partim artificijs ostentatis, semetipsos honoratiores effecerunt. Qui autem res eius gestas ornata oratione recenseret: is Euagoræ uirtutem immortali omnium hominum memoriæ commendaret. Laudare igitur etiam alij debebant eos qui temporibus ipsorum strenuè se gessissent, ut & ij qui facta ueterũ ornare possunt; de rebus notis uerba facientes, eas auditoribus uerè narrarent: & adolescentes, cum scirent se ijs fore illustriores, quibus rectè factis præstitissent, maiore studio uirtutis incitarentur. Nunc uerò quis animum nõ despondeat? cum eos qui circa Troiana, & ante illa tempora uixerunt, & hymnis et tragœdijs celebrari uideat: se uerò sciat, tametsi illorum excellentiam superasset, nunquã tales laudes consecuturum? Huius autẽ rei culpam INVIDIA sustinet, quæ id duntaxat habet boni, quòd sibimetipsi plurimũ affert mali. Sunt enim quidam ita præfractis

Fabulosorũ oratorũ reprehensio.

πεφύκασιν, ὥσθ' ἥδιον εὐλογουμένων ἀκούειν, οὓς οὐκ ἴσασιν εἰ γεγόνασιν, ἢ τί τούτων, ὑφ' ὧν εὖ πεπονθότες,
,, αὐτοὶ τυγχάνουσιν, ἀποδέχεσθαι. οὐ μὴν δουλευτέον
,, τούς γε νοῦν ἔχοντας, τοῖς οὕτω κακῶς φρονοῦσιν: ἀλλὰ
,, τῶν μὲν τοιούτων ἀμελητέον, τοὺς δ' ἄλλους ἐθιστέον ἀ-
,, κούειν, περὶ ὧν καὶ λέγειν δικαιότερόν ἐστιν. ἄλλως τ' ἐπει-
δὴ καὶ τὰς ἐπιδόσεις ὁρῶμεν γινομένας, καὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὐ διὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς καθεστῶσιν, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐπανορθοῦντας, καὶ τολμῶντας ἀεί τι κινεῖν τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων. Οἶδα μὲν οὖν, ὅτι χαλεπόν ἐστιν ὃ μέλλω ποιεῖν, ἀνδρὸς ἀρετὴν διὰ λόγων ἐγκωμιάζειν. σημεῖον δὲ μέγιστον· περὶ μὲν γὰρ ἄλλων πολλῶν καὶ παντοδαπῶν λέγειν τολμῶσιν, οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες: περὶ δὲ τῶν τοιούτων οὐδεὶς πώποτε αὐτῶν συγγράφειν ἐπεχείρησε. καὶ πολλὴν αὐτοῖς ἔχω συγγνώμην· τοῖς μὲν γὰρ ποιηταῖς πολλοὶ δέδονται κόσμοι. καὶ γὰρ πλησιάζοντας τοῖς ἀνθρώποις τοὺς θεοὺς οἷόν τ' αὐτοῖς ἐστὶ ποιῆσαι, καὶ διαλεγομένους, καὶ συναγωνιζομένους, οἷς ἂν βουληθῶσι: καὶ περὶ τούτων δηλῶσαι μὴ μόνον τοῖς τεταγμένοις ὀνόμασιν, ἀλλὰ τὰ μὲν ξένοις, τὰ δὲ καινοῖς, τὰ δὲ μεταφοραῖς: καὶ μηδὲν παραλιπεῖν, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς εἴδεσι διαποικίλαι τὴν ποίησιν. τοῖς δὲ περὶ τοὺς λόγους οὐδὲν ἔξεστι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἀποτίμως καὶ τῶν ὀνομάτων τοῖς πολιτικοῖς, καὶ τῶν ἐνθυμημάτων τοῖς περὶ αὐτὰς τὰς πράξεις ἀναγκαῖόν ἐστι χρῆσθαι. Πρὸς δὲ τούτοις, οἱ μὲν μέτρων καὶ ῥυθμῶν ἅπαντα ποιοῦσιν, οἱ δ' οὐδενὸς τούτων
,, κοινωνοῦσιν: ἃ τοσαύτην ἔχει χάριν, ὥστ', ἂν καὶ τῇ λέ-
,, ξει, καὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἔχῃ κακῶς, ὅμως ταῖς γε
,, εὐρυθμίαις καὶ ταῖς συμμετρίαις ψυχαγωγοῦσι

τοὺς

προσεκτικὰ ἐκ τοῦ χαλεποῦ κατ' ἀντέξετασιν τῶν λόγων πρὸς τὰ ποιήματα.

ingenijs, ut eos laudari libentius audiant, quos utrum nati sint ignorant: quàm quicquam eorum probent, à quibus ipsi beneficijs sunt affecti. Enimuerò nō decet cordatos quidem uiros, istorū seruire tantæ amentiæ: sed & negligendi sunt tales: & assuefaciendi cæteri ad ea, quæ dici etiā est æquius, audienda: præsertim cùm et artes & omnia cætera esse aucta uideamus, non per eos qui usitata retinuerunt, sed eorum opera qui correxerūt, locoq́ue mouere praua omnia nō dubitarunt. Equidē scio, quàm sit difficile (id quod facturus ego sum) uiri uirtutem oratione celebrare: cuius rei signum illud est maximum, quòd homines eruditi de alijs multis uarijsq́ue rebus dicere audent: in hoc uerò genere nemo illorū unquam scribendū quicquam suscepit: id quod eis planè ignoscendū esse censeo. Nam poetis ornamenta multa concessa sunt. Iis enim licet Deos miscere hominū cœtibus, ac introducere colloquētes, & adiuuantes in prælijs quoslibet: atq; hæc eadē explicare uerbis nō tātùm usitatis, sed alia peregrinis, alia nouis, alia translatis: nihil deniq; prætermittere, quo poesim queant figurarum omni genere uariare. Oratores autem nullam huiusmodi facultatem habent: sed cùm uerbis uulgatis, tum ijs uti sententijs, quas res ipsæ suppeditant, omnino coguntur. Iam illi uersibus & numeris deuinciunt omnia: hi nullū tale adiumentū habent. Quibus in rebus tantum uenustatis inest, ut, etsi neq; uerba poematum, neq; sententiæ præclaræ fuerint, ipsa tamen concinnitas numerorum, aptæq́ue dimensiones, demulceant

Attentio à difficultate, per collationē orationis cum poesi.

 audito-

τοὺς ἀκούοντας. Καταμάθοι δ' ἂν τις ἐκεῖθεν τὴν δύναμιν αὐτῶν. ἢν γάρ τις τῶν ποιημάτων τῶν εὐδοκιμούντων, τὰ μὲν ὀνόματα καὶ τὰς διανοίας καταλίπῃ, τὸ δὲ μέτρον διαλύσῃ: φανήσεται πολὺ καταδεέστερα τῆς δόξης, ἧς νῦν ἔχομεν περὶ αὐτῶν. ὅμως δὲ, καίπερ τοσοῦτον πλεονεκτούσης τῆς ποιήσεως, οὐκ ὀκνητέον, ἀλλ' ἀποπειρατέον ἐστὶ τῶν λόγων: εἰ καὶ τοῦτο δυνήσονται τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας εὖ λέγειν, μηδὲν χεῖρον τῶν ἐν ταῖς ᾠδαῖς καὶ τοῖς μέτροις ἐγκωμιαζόντων. Πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῆς φύσεως τῆς εὐαγόρου, καὶ τίνων ἦν ἀπόγονος, εἰ καὶ πολλοὶ προεπίστανται, δοκεῖ μοι πρέπειν καὶ ἐμὲ τῶν ἄλλων ἕνεκα διελθεῖν περὶ αὐτῶν: ἵνα πάντες εἰδῶσιν, ὅτι καλλίστων αὐτῷ καὶ μεγίστων παραδειγμάτων καταλειφθέντων, οὐδὲν καταδεέστερον ἑαυτὸν ἐκείνων παρέσχεν. ὁμολογεῖται μὲν γὰρ, τοὺς ἀπὸ διὸς εὐγενεστάτους τῶν ἡμιθέων εἶναι· τούτων δ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ὅς τις οὐκ ἂν αἰακίδας προκρίνειεν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις γένεσιν εὑρήσομεν τοὺς μὲν ὑπερβάλλοντας, τοὺς δὲ καταδεεστέρους ὄντας· οὗτοι δ' ἅπαντες ὀνομαστότατοι τῶν καθ' ἑαυτοὺς γεγόνασι. τοῦτο μὲν γὰρ αἰακὸς ὁ διὸς μὲν ἔκγονος, τοῦ δὲ γένους τοῦ τευκριδῶν πρόγονος, τοσοῦτον διήνεγκεν, ὥστε, γενομένων αὐχμῶν ἐν τοῖς ἕλλησι, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων διαφθαρέντων, ἐπειδὴ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς ὑπερέβαλλεν, ἦλθον οἱ προεστῶτες τῶν πόλεων, ἱκετεύοντες αὐτὸν: νομίζοντες διὰ τῆς συγγενείας καὶ τῆς εὐσεβείας τῆς ἐκείνου, τάχιστ' ἂν εὑρέσθαι παρὰ τῶν θεῶν τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγήν. σωθέντες δὲ καὶ τυχόντες πάντων ὧν ἐδεήθησαν, ἱερὸν ἐν αἰγίνῃ κατεστήσαντο κοινὸν τῶν ἑλλήνων, οὗπερ ἐκεῖνος ἐποιήσατο τὴν εὐχήν.

ἀ. γένος εὐαγόρου ἀπὸ Διὸς καὶ αἰακοῦ καταγόμενον.

καὶ

auditores. Quæ quid ualeant, uel ex eo perspicitur, quòd etiam laudata poemata, si quis eorum uerba sententiasq; reliquerit, uersum autem dissoluerit: ea quam nunc de eis habemus, opinione multò deteriora uideantur. Quamuis autem poeseos tantæ sint commoditates, non propterea tamen cessandũ: sed periculum faciendum est, an etiam oratione fortes uiri celebrari possint: ac nihilo deterius, quàm ab ijs qui carminibus & uersibus eos ornant. Ac primùm de ortu atque natalibus Euagoræ, tametsi complures antè norunt, & mihi tamen aliquid, cæterorum causa, dicendum esse uidetur: ut omnes intelligant, eum à pulcherrimis & maximis exemplis, quæ relicta ipsi fuerant, nihil degenerasse. Nam in confesso est, oriundos à Ioue, semideorum esse nobilissimos: inter hos ipsos autẽ, nemo est quin Aeacidis principatum deferat. In alijs enim familijs alios præstantiores, alios deteriores inueniemus: hi uerò suis temporibus omnes omnium fuêre celeberrimi. Aeacus enim, qui & Iouis filius, & generis Teucridarũ habetur autor, tantum excelluit, ut siccitate premente Græciam, multisq; mortalibus extinctis, cũ iam nihil ad calamitatis magnitudinẽ posset accedere, magistratus urbium supplices eum adierint: existimantes, se per eius nobilitatem & pietatem, celerrimè urgentium malorum à Dijs remedium impetraturos. Salutem porrò adepti, uotorumq; omnium facti compotes, in Aegina templum omnium Græcorum nomine ædificarunt, quo in loco uotum ille nuncuparat.

I. Genus Euagoræ, à Ioue & Aeaco usq; repetitum.

καὶ κατ' ἐκεῖνόν τε τὸν χρόνον, ἕως ἦν μετ' ἀνθρώπων, μετὰ καλλίστης δόξης ὢν διετέλεσεν. ἐπειδὴ δὲ μετήλλαξε τὸν βίον, λέγεται παρὰ πλούτωνι καὶ κόρη τιμὰς μεγίστας ἔχων παρεδρεύειν ἐκείνοις. Τούτου δὲ παῖδες ἦσαν, τελαμὼν καὶ πηλεύς: ὧν ὁ μὲν ἕτερος μεθ' ἡρακλέους ἐπὶ λαομέδοντα στρατευσάμενος, τῶν ἀριστείων ἔτυχε. πηλεὺς δ' ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς κενταύρους ἀριστεύσας, καὶ κατὰ πολλοὺς ἄλλους κινδύνους εὐδοκιμήσας, θέτιδι τῇ νηρέως, θνητὸς ὢν ἀθανάτῳ συνῴκησε: καὶ μόνου τούτου φασὶ τῶν προγεγενημένων, ὑπὸ θεῶν ἐν τοῖς γάμοις ὑμέναιον ᾀσθῆναι. τούτοιν δ' ἑκατέροιν, τελαμῶνος μὲν αἴας καὶ τεῦκρος ἐγενέσθην, πηλέως δ' ἀχιλλεύς, οἳ μέγιστον καὶ σαφέστατον ἔλεγχον ἔδοσαν τῆς αὑτῶν ἀρετῆς. οὐ γὰρ ἐν ταῖς αὑτῶν πόλεσιν ἐπρώτευσαν μόνον οὐδ' ἐν τοῖς τόποις, ἐν οἷς κατῴκουν: ἀλλὰ στρατείας τοῖς ἕλλησιν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους γενομένης, καὶ πολλῶν μὲν ἑκατέρωθεν ἀθροισθέντων, οὐδενὸς δὲ τῶν ὀνομαστῶν ἀπολειφθέντος, ἐν τούτοις τοῖς κινδύνοις ἀχιλλεὺς μὲν ἁπάντων διήνεγκεν, αἴας δὲ μετ' ἐκεῖνον ἠρίστευσε: τεῦκρος δὲ τῆς τε τούτων συγγενείας ἄξιος καὶ τῶν ἄλλων οὐδενὸς χείρων γενόμενος, ἐπειδὴ τροίαν συνεξεῖλεν, ἀφικόμενος εἰς Κύπρον, σαλαμῖνά τε κατῴκισεν, ὁμώνυμον ποιήσας τῆς πρότερον αὐτῷ πατρίδος οὔσης, καὶ τὸ γένος τὸ νῦν βασιλεῦον κατέλιπε. Τὰ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς εὐαγόρᾳ παρὰ τῶν προγόνων ὑπάρξαντα, τηλικαῦτα τὸ μέγεθός ἐστι. κατὰ τοῦτον δὲ τὸν τρόπον τῆς πόλεως οἰκισθείσης, τὴν βασιλείαν ...

Τεῦκρος Σαλαμῖνος τῆς ἐν κύπρῳ οἰκιστής.

μὲν ἀρχὰς οἱ γεγονότες ἀπὸ Τεύκρου, τὴν βασιλείαν εἶχον. χρόνῳ δ' ὕστερον ἀφικόμενος ἐκ φοινίκης ἀνὴρ φυγάς, καὶ πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως,

Is igitur & dũ uixit, inter homines maxima semper gloria fuit: & post obitum Plutoni & Proserpinæ, maximis honoribus præditus, aßidere perhibetur. Huius filij fuerunt, Telamon & Peleus: quorum alter expeditionis Herculanæ contra Laomedontem susceptæ socius, primas uirtute meruit: Peleus autem, re contra Centauros bene gesta, & multis alijs pugnis spectatus, Thetidis Nereidos, mortalis ipse, immortalis coniugio potitus est: & solius huius ex omni uetustatis memoria in nuptijs, Hymenæum Deos cecinisse memoriæ proditum est. Hi ambo filios habuerunt: Telamon Aiacem & Teucrum, Peleus Achillem: qui maximũ & clarißimum uirtutis suæ specimen ediderunt. Nec enim in suis urbibus tantùm principem locum tenuêre, nec ijs in locis quæ incoluerunt: sed expeditione à Græcis suscepta contra Barbaros, & multis utrinque congregatis, cùm nullus uir nominatus mansisset domi: in illis periculis ut Achilles omnibus antecelluit, sic Aiax secundum ab eo uirtutis locum obtinuit. Teucer uerò, & horum cognatione dignus, & nemine cæterorum inferior, quum in expugnanda Troia strenuam operam nauasset, Cyprum aduectus & Salaminem condidit, prioris ei patriæ nomine imposito: & eam quæ nunc regnat, familiam reliquit. Tanta igitur est Euagoræ à maioribus accepta præstantia. Vrbe autem sic condita, regnum initiò Teucri posteri tenuerunt. Insecutis uerò temporibus, quidam exul è Phœnicia profectus, & ab eo qui

Teucer Salaminis Cypriæ conditor.

σιλεύοντος τότε, καὶ δυναστείας μεγάλας λαβὼν: οὐ
χάριν ἔσχε τούτων: ἀλλὰ κακὸς μὲν γενόμενος περὶ
τὸν ὑποδεξάμενον, δεινὸς δὲ πρὸς τὸ πλεονεκτῆσαι: τὸν
μὲν εὐεργέτην ἐξέβαλεν, αὐτὸς δὲ τὴν βασιλείαν κα-
τέσχεν. ἀπιστῶν δὲ τοῖς πεπραγμένοις, καὶ βουλόμε-
νος ἀσφαλῶς καταθέσθαι τὰ περὶ αὐτόν: τήν τε πό-
λιν ἐξεβαρβάρωσε, καὶ τὴν νῆσον ὅλην βασιλεῖ τῷ με-
γάλῳ κατεδούλωσεν. οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων κα-
θεστώτων, Εὐαγόρας γίνεται, περὶ οὗ τὰς μὲν φήμας καὶ
τὰς μαντείας καὶ τὰς ὄψεις, τὰς ἐν τοῖς ὕπνοις γενομέ-
νας, ἐξ ὧν μείζων ἂν φανείη γεγονὼς ἢ κατὰ ἄνθρω-
πον, αἱροῦμαι καταλιπεῖν: οὐκ ἀπιστῶν τοῖς λεγομέ-
νοις: ἀλλ' ἵνα πᾶσι ποιήσω φανερὸν, ὅτι τοσούτου δέω,
πλασάμενος εἰπεῖν τὶ περὶ τῶν ἐκείνῳ πεπραγ-
μένων, ὥστε καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἀφίημι τὰ τοιαῦτα,
περὶ ὧν ὀλίγοι τινὲς ἐπίστανται, καὶ μὴ πάντες οἱ πολί-
ται συνίσασιν. Ἄρξομαι δ' ἐκ τῶν ὁμολογουμένων λέ-
γειν περὶ αὐτοῦ. παῖς μὲν γὰρ ὢν, ἔσχε κάλλος καὶ ῥώ-
μην καὶ σωφροσύνην: ἅπερ τῶν ἀγαθῶν πρεπωδέ-
στατα τοῖς τηλικούτοις ἐστί. καὶ τούτων ἄν τις μάρτυρας
ποιήσαιτο, τῆς μὲν σωφροσύνης τοὺς συμπαιδευθέν-
τας τῶν πολιτῶν: τοῦ δὲ κάλλους, ἅπαντας τοὺς ἰδόντας:
τῆς δὲ ῥώμης, τοὺς ἀγῶνας, ἐν οἷς ἐκεῖνος τῶν ἡλι-
κιωτῶν ἐκρατίστευσεν. ἀνδρὶ δὲ γενομένῳ, ταῦτά τε
πάντα συνηυξήθη, καὶ πρὸς τούτοις ἀνδρεία προσεγένε-
το, καὶ σοφία, καὶ δικαιοσύνη: καὶ ταῦτα οὐ μέσως, οὐδ' ὥσ-
περ ἐν ἑτέροις τισίν, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν πρὸς ὑπερβο-
λήν. τοσοῦτον γὰρ καὶ ταῖς τοῦ σώματος καὶ ταῖς τῆς ψυχῆς
ἀρεταῖς διήνεγκεν, ὥς ὁπότε μὲν αὐτὸν ὁρῷεν οἱ τό-
τε βασιλεύοντες, ἐκπλήττεσθαι καὶ φοβεῖσθαι περὶ
τῆς

β. παράλειψις τῶν πρὸ τῆς γενέσεως.

γ. παιδία. σωφροσύνη. κάλλος. ῥώμη.

δ. Ανδρία. σοφία. δικαιότης.

tunc regnabat, in fidem receptus, magnamq́; potentiam nactus, non gratiam pro his retulit: sed & hospitij ius uiolauit, &, ut homo ad faciendam iniuriam paratus, eiecto rege bene merito, ipse regnũ occupauit. Cùm uerò conscientia scelerum trepidaret, resq́; suas in tuto collocare uellet: tum urbem Barbaris impleuit, tum totam insulam seruituti regis Persarum subiecit. Tali statu rerum Euagoras nascitur: de quo quæ omina, quæ uaticinationes, quæ uisiones somniorum fuerint, quibus rebus humana sorte maior uideatur, omittere statui: non quin ea uera esse putem quæ dicuntur: sed ut omnibus probem, tantum abesse, ut rebus eius gestis quicquam affingam, ut etiam è ueris ea prætererim, quæ in paucorum noticia, & non in omnium ciuium conscientia uersantur. Exordium autem de eo dicendi capiam à rebus, quæ sunt extra omnem controuersiam. Puer igitur & forma, & uiribus, & modestia, quæ bona eam ætatem maximè decent, excelluit. Atq; ijs de rebus testimonium perhibebunt hi: de modestia, ciues unà cum eo instituti: de pulchritudine, omnes qui uiderunt: de uiribus, certamina in quibus æquales superauit. Cùm uerò adoleuisset: & hæc unà creuerunt omnia, & eis accessit fortitudo, & sapientia, & iusticia: neq; hæ uirtutes, ut in alijs quibusdam, mediocres, sed singulæ excellentes. Tantum enim & corporis & animi uirtutibus præstitit, ut ij qui tum regnabant, quoties eum uidebant, percellerentur, regnoq́; metue-

II. Ea quæ natiuitatem antecesserũt, per præteritionẽ.

III. Indoles, modestia, pulchritudo, robur.

IIII. Virilis ætis. Fortitudo. Sapientia. Iusticia.

τῆς ἀρχῆς ἡγεμόνας, οὐχ οἷόν τ' εἶναι τὸν τοιοῦτον τὴν
φύσιν ἐν ἰδιώτου μέρει διαγαγεῖν. ὁπότε δ' εἰς τοὺς τρό-
πους ἀποβλέψαιεν, οὕτω σφόδρα πιστεύειν, ὥστε, καὶ εἴ
τις ἄλλος τολμῴη περὶ αὐτοὺς ἐξαμαρτάνειν, νομίζειν
Εὐαγόραν αὐτοῖς ἔσεσθαι βοηθόν. καὶ τοσοῦτον τῆς δόξης
παραλλαττούσης, οὐδετέρου τούτων ἐψεύσθησαν. οὔτε γὰρ
ἰδιώτης ὢν διετέλεσεν, οὔτε περὶ ἐκείνους ἐξήμαρτεν:
ἀλλὰ τοσαύτην ὁ δαίμων ἔσχεν αὐτοῦ πρόνοιαν, ὅπως
καλῶς λήψεται τὴν βασιλείαν: ὥσθ' ὅσα μὲν ἀναγ-
καῖον ἦν παρασκευασθῆναι δι' ἀσεβείας, ταῦτα μὲν
ἕτερος ἔπραξεν: ἐξ ὧν δ' οἷόν τ' ἦν ὁσίως καὶ δικαίως
λαβεῖν τὴν ἀρχὴν, Εὐαγόρᾳ διεφύλαξεν. εἷς γὰρ τῶν
δυναστευόντων ἐπιβουλεύσας, τόν τε τύραννον ἀπέ-
κτεινε, καὶ συλλαβεῖν Εὐαγόραν ἐπεχείρησεν: ἡγούμε-
νος, οὐ δυνήσεσθαι κατασχεῖν τὴν ἀρχὴν, εἰ μὴ κἀ-
κεῖνον ἐκ ποδῶν ποιήσαιτο. διαφυγὼν δὲ τὸν κίνδυ-
νον, καὶ σωθεὶς εἰς Σόλους τῆς Κιλικίας: οὐ τὴν αὐτὴν
γνώμην ἔσχε τοῖς ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς περιπί-
» πτουσιν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, κἂν ἐκ τυραννίδος ἐκπέσω-
» σι: διὰ τὰς παρούσας τύχας ταπεινοτέρας τὰς ψυχὰς
» ἔχουσιν· ἐκεῖνος δ' εἰς τοσοῦτο μεγαλοφροσύνης ἦλ-
θεν, ὥστε τὸν ἄλλον χρόνον ἰδιώτης ὢν, ἐπειδὴ φεύγειν
ἠναγκάσθη, τυραννεῖν ᾠήθη δεῖν. καὶ τοὺς μὲν πλά-
νους τοὺς φυγαδικοὺς, καὶ τὸ δι' ἑτέρων ζητεῖν τὴν κάθο-
» δον, καὶ θεραπεύειν τοὺς αὐτοῦ χείρους, ὑπερεῖδε. Λα-
» βὼν δὲ ταύτην τὴν ἀφορμὴν, ἥνπερ χρὴ τοὺς εὐσεβεῖν
» βουλομένους, ἀμύνεσθαι, καὶ μὴ προτέρους ὑπάρχειν:
καὶ προελόμενος, ἢ κατορθώσας τυραννεῖν, ἢ δια-
μαρτὼν ἀποθανεῖν: παρακαλέσας ἀνθρώπους, ὡς οἱ
πλεῖστοι λέγουσι, περὶ πεντήκοντα, μετὰ τούτων παρε
σκευά-

ε. Πράξεις, καὶ πρῶτον εὐσεβὴς καὶ μεγαλόψυχος κατάληψις τῆς βασιλείας.

metuerent: existimantes, non posse fieri, ut talis natura in priuatæ uitæ obscuritate delitesceret. Cùm uerò mores eius intuebantur, tantam ei fidem haberent, ut Euagoram sibi etiam contra insidias aliorum adiutorem fore considerent. Ac neutra eos, cùm tantum inter eas interesset, fefellit opinio. Nec enim priuatus perpetuò mansit, neq; erga illos deliquit: sed ei Deus tam solicitè prospexit, quò honestè regno potiretur, ut & ea quæ citra impietatem peragi non poterant, alius perpetrârit: & Euagoram ad ea reseruârit, per quæ imperium iustè sanctèq; susciperet. Quidam enim prócerum, & per insidias tyrannum occidit, & Euagoram comprehendere conatus est: imperium obtinere se non posse ratus, nisi & illum è medio sustulisset. Hoc uerò periculo euitato, cum incolumis Solos Ciliciæ urbem peruenisset, non eo fuit animo, quo alij esse solent in huiusmodi calamitatibus. Cæteri enim, etiam ij qui regnum amiserunt, fracti fortunæ impetu, animos habent abiectiores: ille autem tantum animo robur conceperat, ut, cùm antè priuatam uitam egisset, in exilium actus, regnum sibi uendicandum esse arbitraretur. Ac erronibus quidem fugitiuis despectis, neq; per alios reditum quærere, neq; seipso deteriores colere uoluit: sed ea usus occasione, quæ religiosos homines decet, qui acceptas iniurias ulcisci, non ipsi facere iniuriam solent: aut re bene gesta imperare, aut uoto frustratus mortẽ oppetere statuit. et adhibitis hominibus, ut plurimi dicunt, circiter quinquaginta, illorũ ope

V. Res gestæ, ac primùm pia & strenua regni recuperatio.

σκευάζετο ποιεῖσθαι τὴν κάθοδον. ὅθεν καὶ μάλιστ' ἄν τις τὴν φύσιν τὴν ἐκείνου, καὶ τὴν δόξαν, ἣν εἶχε παρὰ τοῖς ἄλλοις, θεωρήσειε. μέλλων γὰρ πλεῖν μετὰ τοσούτων ἐπὶ τηλικαύτην πρᾶξιν τὸ μέγεθος, καὶ πάντων τῶν δεινῶν πλησίον ὄντων: οὔτ' ἐκεῖνος ἠθύμησεν, οὔτε τῶν παρακληθέντων οὐδεὶς ἀποστῆναι τῶν κινδύνων ἠξίωσεν: ἀλλ' οἱ μὲν, ὥσπερ θεῷ συνακολουθήσαντες, ἅπαντες ἐνέμειναν τοῖς ὡμολογημένοις: ὁ δὲ, ὥσπερ εἰ στρατόπεδον ἔχων κρεῖττον τῶν ἀντιπάλων, ἢ προειδὼς τὸ συμβησόμενον, οὕτω διέκειτο τὴν γνώμην. δῆλον δ' ἐκ τῶν ἔργων. ἀποβὰς γὰρ εἰς τὴν νῆσον, οὐχ ἡγήσατο δεῖν χωρίον ἐχυρὸν καταλαβὼν, καὶ τὸ σῶμα ἐπ' ἀσφαλείᾳ καταστήσας περιϊδεῖν, εἴ τινες αὐτῷ τῶν πολιτῶν βοηθήσουσιν: ἀλλ' εὐθὺς, ὥσπερ εἶχε, ταύτης τῆς νυκτὸς διελὼν τοῦ τείχους πυλίδα, καὶ ταύτῃ τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ διαγαγὼν, προσέβαλε πρὸς τὸ βασίλειον. καὶ τοὺς μὲν θορύβους τοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς συμβαίνοντας, καὶ τοὺς φόβους τῶν ἄλλων, καὶ τὰς παρακελεύσεις τὰς ἐκείνου, τί δεῖ λέγοντα διατρίβειν; γενομένων δ' αὐτῷ τῶν μὲν περὶ τὸν τύραννον ἀνταγωνιστῶν, τῶν δ' ἄλλων πολιτῶν
» θεατῶν (δεδιότες γὰρ τῶν μὲν τὴν ἀρχὴν, τοῦ δὲ τὴν ἀρετὴν,
» ἡσυχίαν ἦγον) οὐ πρότερον ἐπαύσατο μαχόμενος καὶ μόνος πρὸς πολλοὺς, καὶ μετ' ὀλίγων πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐχθροὺς, πρὶν ἑλὼν τὸ βασίλειον, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐτιμωρήσατο, καὶ τοῖς φίλοις ἐβοήθησεν, ἔτι δὲ τῷ γένει τὰς τιμὰς τὰς πατρίους ἐκομίσατο, καὶ τύραννον αὐτὸν τῆς πόλεως κατέστησεν. ἡγοῦμαι μὲν οὖν, εἰ καὶ μηδενὸς ἄλλου μνησθείην, ἀλλ' ἐνταῦθα καταλίποιμι τὸν λόγον, ῥᾴδιον ἐκ τούτων εἶναι γνῶναι, τήν τε ἀρετὴν τὴν Εὐαγόρου, καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων, οὐ μὴν ἀλλ'
ἔτι

αὔξησις, κατὰ σύγκρισιν τοῦ τε προσώπου καὶ τῆς πράξεως τρόπῳ.

sibi reditum in patriã patefacere est conatus. Unde cùm primis, & qui animus, & quãta eius apud socios fuerit autoritas, perspicitur. Nauigaturus enim cũ tam paucis ad tam ingens facinus perpetrãdum, quãuis acerbissima quæq; in cõspectu essent: tamen neq; ipse abiecit animũ, neq; cõmilitonũ quisquam periculorũ societatem detrectauit: sed & illi tanquam deum ducem secuti, omnes in fide manserunt: & ipse, quasi firmiorẽ quàm aduersarij haberet exercitũ, aut futurorum esset præscius, sic animo affectus fuit: id quod res ipsa ostẽdit. Nam cũ in insulam è naui descendisset, nõ castellũ aliquod firmũ occupandũ censuit, ut, corpore suo in tuto collocato, circumspiceret, an aliqui ciuium opitulaturi essent: sed mox eadẽ nocte, ut erat paratus, parua quadam muri porta perfracta, socijsq; per eam introductis, impetũ in regiã fecit. Tumultus aũt qui huiusmodi tẽporibus incidũt, & cæterorũ trepidationẽ, & exhortationes illius, multis referre quorsum attinet? Cùm uerò tyrãni quidẽ satellites ei resisterent, reliqui autẽ ciues spectatores essent (nã alterius imperiũ, alterius uirtutẽ metuẽtes, quiescebãt) nõ prius pugnare destitit, & solus contra multos, & cũ paucis aduersus hostes uniuersos, quàm, capta regia, & hostes ultus esset; & amicis opẽ tulisset, & familiæ suæ patrios honores restituisset, & ipse dominũ ciuitatis sese constituisset. Equidem existimo, etiamsi nihil adderem, sed hîc finem dicendi facerẽ: tamen ex his & Euagoræ uirtutem, & magnitudinem rerum ab eo gestarum facilè cognosci posse. Verùm

Exaggerationes per collationẽ personarũ, & rei gestæ modum.

ἔτι γε σαφέστερον περὶ ἀμφοτέρων τούτων ἐκ τῶν ἐχομένων οἶμαι δηλώσειν. τοσούτων γὰρ τυράννων ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ γεγενημένων, οὐδεὶς φανήσεται τὴν τιμὴν ταύτην, κάλλιον ἐκείνου κτησάμενος. εἰ μὲν οὖν πρὸς ἕκαστον αὐτῶν τὰς πράξεις τὰς Εὐαγόρου παραβάλλοιμεν: οὔτ' ἂν ὁ λόγος ἴσως τοῖς ἀκούουσιν ἀρέσειεν, οὔτ' ἂν ὁ χρόνος τοῖς λεγομένοις ἀρκέσειεν. Ἐὰν δὲ προελόμενοι τοὺς εὐδοκιμωτάτους, ἐπὶ τούτων σκοπῶμεν: οὐδὲν μὲν χεῖρον ἕξομεν, πολὺ δὲ συντομώτερον διαλεχθησόμεθα περὶ αὐτῶν. τῶν μὲν οὖν τὰς πατρικὰς βασιλείας παραλαβόντων, τίς οὐκ ἂν τοὺς Εὐαγόρου κινδύνους προκρίνειεν; Οὐδεὶς γάρ ἐστιν οὕτω ῥάθυμος, ὅστις ἂν δέξαιτο παρὰ τῶν προγόνων τὴν ἀρχὴν ταύτην παραλαβεῖν μᾶλλον, ἢ κτησάμενος ὁσίως ὥσπερ ἐκεῖνος, τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτοῦ καταλιπεῖν. καὶ μὴν τῶν γε παλαιῶν καθόδων αὗται μάλιστα εὐδοκιμοῦσιν, ἃς παρὰ τῶν ποιητῶν ἀκούομεν. οὗτοι γὰρ οὐ μόνον τῶν γεγενημένων τὰς καλλίστας ἡμῖν ἀπαγγέλλουσιν, ἀλλὰ καὶ παρ' αὑτῶν καινὰς συντιθέασιν. ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς αὐτῶν μεμυθολόγηκεν, ὅστις οὕτω δεινοὺς καὶ φοβεροὺς ποιησάμενος κινδύνους, εἰς τὴν ἑαυτοῦ κατῆλθεν. ἀλλ' οἱ μὲν πλεῖστοι πεποίηνται διὰ τύχην λαβόντες τὰς βασιλείας: οἱ δὲ μετὰ δόλου καὶ τέχνης περιγενόμενοι τῶν ἐχθρῶν. ἀλλὰ μὴν τῶν γε ἔπειτα γεγενημένων, ἴσως δὲ καὶ τῶν ἁπάντων, Κῦρον τὸν Μήδων μὲν ἀφελόμενον τὴν ἀρχήν, Πέρσαις δὲ κτησάμενον, οἱ πλεῖστοι καὶ μάλιστα θαυμάζουσιν. ἀλλ' ὁ μὲν τῷ Περσῶν στρατοπέδῳ, τὸ Μήδων ἐνίκησεν, ὃ πολλοὶ καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ῥᾳδίως ἂν ποιήσαιεν. ὁ δὲ διὰ τῆς ψυχῆς τῆς ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ σώματος τὰ

utraque hæc per ea quæ sequuntur, dilucidius arbitror me declaraturum. Nam cum tot omnibus temporibus reges fuerint: nemo reperietur, qui honorem hunc pulchrius illo pararit. Quòd si res gestas Euagoræ cum singulis illorum factis conferamus: fortasse nec audientibus oratio placeret, neque tempus ijs quæ dicerentur sufficeret. Sin eum cum præstantißimis quibusque comparauerimus: ut nihilo peius habebimus, ita maiore compendio rem absoluemus. Quis igitur Euagoræ pericula non illis anteferret, qui patria regna susceperunt? Nemo enim ita socors & ignauus est, qui hoc imperium à maioribus accipere malit: quàm sanctè partum, ut ab illo factum est, liberis suis relinquere. Ac inter ueteres patrij regni recuperationes eæ maximè celebrantur, quas à poetis audimus. Hi enim nobis non solùm pulcherrimas superiorum temporum commemorant, sed & ipsi nouas comminiscuntur. Nemo tamen illorum de ullo fabulatus est, qui per tam atrocia & horrenda pericula in regnum redierit. Nam plerosque introduxerunt, fortuitò potitos imperijs: alios, qui dolo & fraude uicerunt hostes. Ex posterioribus autem, & fortaßis inter omnes Cyrum, qui Medis imperium eripuit, Persis'que tradidit, & plurimi, & maximè admirantur. Is uerò exercitu Persarum, copias Medorum uicit: quod multis & Græcis & Barbaris facile fuerit factu. Hunc uerò animo suo, & corpore, plera-

„ τὰ πλεῖστα φαίνεται τῶν προειρημένων διαπεπραγ-
„ μένος. ἔπειτα ἐκ μὲν τῆς Κύρου στρατείας οὔπω δῆλον,
ὅτι καὶ τοὺς Εὐαγόρου κινδύνους ἂν ὑπέμεινεν: ἐκ δὲ τῶν
τούτῳ πεπραγμένων ἅπασι φανερὸν, ὅτι ῥᾳδίως ἂν
κἀκείνοις τοῖς ἔργοις ἐπεχείρησε. πρὸς δὲ τούτοις, τῷ
μὲν ὁσίως καὶ δικαίως πέπρακται ἅπαντα: τῷ δ' οὐκ
εὐσεβῶς ἔνια συμβέβηκεν. ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἐχθροὺς ἀ-
πώλεσε: Κῦρος δὲ τὸν πατέρα τῆς μητρὸς ἀπέκτεινεν.
ὥστ' εἴ τινες βούλοιντο μὴ τὸ μέγεθος τῶν συμβάν-
των, ἀλλὰ τὴν ἀρετὴν ἑκατέρου κρίνειν: δικαίως ἂν
Εὐαγόραν καὶ τούτου μᾶλλον ἐπαινέσειαν. εἰ δὲ δεῖ συντό-
μως, καὶ μηδὲν ὑποστειλάμενον, μηδὲ δείσαντα τὸν
φθόνον, ἀλλὰ παρρησίᾳ χρησάμενον εἰπεῖν: οὐδεὶς οὔτε
θνητὸς, οὔτ' ἡμίθεος, οὔτ' ἀθάνατος εὑρεθήσεται κάλ-
λιον, οὐδὲ λαμπρότερον, οὐδ' εὐσεβέστερον λαβὼν ἐκεί-
νου τὴν βασιλείαν. καὶ τούτοις ἐκείνως μάλιστ' ἂν τις
πιστεύσειεν, εἰ μὴ σφόδρα τοῖς νῦν λεγομένοις ἀπι-
στήσας, ἐξετάζειν ἐπιχειρήσειεν, ὅπως ἕκαστος ἐτυράν-
„ νησε. φανήσομαι γὰρ, οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου μεγάλα
„ λέγειν προθυμούμενος: ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ πράγμα-
τος ἀλήθειαν, οὕτω περὶ αὐτοῦ θρασέως εἰρηκώς. εἰ μὲν
οὖν ἐπὶ μικροῖς διήνεγκε, τοιούτων ἂν καὶ τῶν λόγων
αὐτὸν προσῆκον ἦν ἀξιοῦσθαι. νῦν δὲ πάντες ἂν ὁμο-
„ λογήσειεν, τυραννίδα καὶ τῶν θείων ἀγαθῶν, καὶ τῶν
„ ἀνθρωπίνων, μέγιστον καὶ σεμνότατον καὶ περιμαχη-
τότατον εἶναι. τὸν δὴ τὸ κάλλιστον τῶν ὄντων κάλλιστα
κτησάμενον, τίς ἂν ἢ ῥήτωρ, ἢ ποιητὴς, ἢ λόγων εὑρε-
τὴς, ἀξίως τῶν πεπραγμένων ἐπαινέσειεν; * οὐ τοίνυν ἐν
τούτοις ὑπερβαλόμενος, ἐν τοῖς ἄλλοις εὑρεθήσεται
καταδεέστερος γεγονώς: ἀλλὰ πρῶτον μὲν εὐφυέστα-
τος

αὔξησις αὐτ(οῦ) τ(ῆς) βασιλείας.

* β. μετάβασις ἐπὶ τὴν τ(ῆς) βασιλείας διοίκησιν, μεγαλοπρεποῦς γενομένην.

pleraq; horum quæ diximus, perfecisse cõstat. Deinde è Cyri expeditione nõdum perspicuum est, eũ & Euagoræ pericula fuisse aditurum: ex rebus aũt ab hoc gestis, manifestũ est omnibus, eũ facilè illa quoque facinora fuisse obiturũ. Præterea hic sanctè & iustè peregit omnia: illi uerò nõnulla, uiolata pietate cõtigerunt. Noster enim hostes suos occidit: Cyrus uerò matris suæ patrem interemit. Quare, si qui spectare uelint non euentuum magnitudinẽ, sed uirtutis, quæ in utroq; fuerit, faciant contentionem: iurè etiã illi Euagorã prætulerint. Quòd si breuiter, & sine dissimulatione, & absq; inuidiæ metu, libereq; dicẽdum est: nemo neq; mortalis, neq; semideus, nec immortalis inuenietur, qui pulchrius & splendidius, aut maiore pietate regnũ sit adeptus. Atq; hæc ea ratione facilimè credet, qui his quæ nunc dicimus, nõ nimis abrogata fide, exquirere instituerit, quomodo regnis singuli sint potiti. Apparebit enim, me nõ de industria captasse magniloquẽtiam: sed rei ueritate adductũ, ita confidenter de eo disseruisse. Nã siquidẽ paruis reb. excelluisset: tales etiã orationes de eo haberi fuisset æquum. Nũc regnum omnium diuinorum & humanorum bonorum esse maximũ, & splendidissimũ, & summa uel armorũ contentione dignissimũ, fatentur omnes. Eũ igitur, qui re in tota rerum natura lõgè pulcherrima, pulcherrimè potitus est, quis orator, aut poeta, aut uerborũ opifex, pro rerũ gestarum dignitate collaudarit? Neq; uerò cùm in his excelluisset, in cæteris inferior fuisse comperietur. Nã primùm, quãuis inge-

Exaggeratio ipsius regni.

II. Regni administratio præclara.

τος ὢν τὴν γνώμην, καὶ πλεῖστα κατορθοῦν δυνάμε-
νος, ὅμως οὐκ ᾠήθη δεῖν ὀλιγωρεῖν, οὐδ' αὐτοσχεδιά-
ζειν περὶ τῶν πραγμάτων: ἀλλ' ἐν τῷ ζητεῖν καὶ φρον-
» τίζειν καὶ βουλεύεσθαι, τὸν πλεῖστον χρόνον διέτριβεν: ἡγού-
» μενος μὲν, εἰ καλῶς τὴν ἑαυτοῦ φρόνησιν παρασκευά-
» σειε, καλῶς αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείαν ἕξειν. θαυμάζων
δ', ὅσοι τῆς μὲν ψυχῆς ἕνεκα τῶν ἄλλων ποιοῦνται τὴν
ἐπιμέλειαν, αὐτῆς δὲ μηδὲν τυγχάνουσι φροντίζοντες:
ἔπειτα καὶ περὶ τῶν πραγμάτων τὴν αὐτὴν διάνοιαν
» εἶχεν. ὁρῶν γὰρ τοὺς ἄριστα τῶν ὄντων ἐπιμελουμένους,
» ἐλάχιστα λυπουμένους, καὶ τὰς ἀληθινὰς τῶν ῥαθυμιῶν
» οὐκ ἐν ταῖς ἀργίαις, ἀλλ' ἐν ταῖς εὐπραγίαις καὶ ταῖς
» καρτερίαις ἐνούσας: οὐδὲν ἀνεξέταστον παρέλιπεν, ἀλλ'
» οὕτως ἀκριβῶς καὶ τὰς πράξεις ᾔδει, καὶ τῶν πολιτῶν
» ἕκαστον ἐγίνωσκεν, ὥστε μήτε τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ
» φθάνειν, μήτε τοὺς ἐπιεικεῖς ὄντας λανθάνειν, ἀλλὰ πάν-
» τας τυγχάνειν τῶν προσηκόντων. οὐ γὰρ ἐξ ὧν ἑτέρων ἤ-
κουεν, οὔτ' ἐκόλαζεν, οὔτ' ἐτίμα τοὺς πολίτας: ἀλλ'
ἐξ ὧν αὐτὸς συνῄδει, τὰς κρίσεις ἐποιεῖτο περὶ αὐτῶν. ἐν
ταῖς τοιαύταις δ' ἐπιμελείαις ἑαυτὸν καταστήσας, οὐδὲ
περὶ τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προσπιπτόντων,
» οὐδὲ περὶ ἓν πεπλανημένως εἶχεν: ἀλλ' οὕτω θεοφι-
» λῶς καὶ φιλανθρώπως διῴκει τὴν πόλιν, ὥστε τοὺς ἀ-
φικνουμένους μὴ μᾶλλον εὐαγόραν τῆς ἀρχῆς ζηλοῦν, ἢ
τοὺς ἀρχομένους τῆς ὑπ' ἐκείνου βασιλείας. ἅπαντα
γὰρ τὸν χρόνον διετέλεσεν οὐδένα μὲν ἀδικῶν, τοὺς δὲ
χρηστοὺς τιμῶν: καὶ σφόδρα μὲν ἁπάντων ἄρχων, νο-
μίμως δὲ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας κολάζων. οὐδὲν μὲν
συμβούλων δεόμενος, ὅμως δὲ τοῖς φίλοις συμ-
βουλευόμενος: πολλὰ μὲν τῶν ἑταίρων ἡττώμενος,
ἅπαν-

nio felicißimo esset, plurimaq; ritè conficere posset; non tamē negligenter ac temerè quicquā agendum sibi censuit: sed in inquirēdo, & cogitando, & deliberādo plurimum temporis cōsumpsit: existimans, si mentem probè exercuisset, regnū quoq; suum fore præclarū: eorumq; mores demiratus, qui uitæ tuendæ causa cæterarū rerum curam susciperent, ipsam uerò mentem, à qua uitæ ratio pendet, prorsus negligerent, in rebus deinde administrandis idem planè sensit. Cū enim uideret eos qui suas res diligentißimè curarent, molestijs affici minimis: & ueras animi remißiones non in ignauia esse positas, sed rectè factis & tolerantia laborum cōstare: nihil inexploratū reliquit: sed ita perfectè res tenebat, ita ciues singulos norat, ut nec ab insidiatoribus opprimeretur, nec bonos ignoraret, sed omnes pro merito tractaret. Non enim ciues aut puniebat, aut honorabat ex aliorum sermonibus: sed pro sua conscientia de eis iudicabat. Cū igitur in huiusmodi curationes se collocasset, ne in eorum quidem negociorum, quæ indies incidūt, uel unico deceptus est: sed urbi tanta & pietate & humanitate præfuit, ut hospites non magis Euagoram, qui imperaret, quàm ciues, qui tali regi parērent, fortunatos iudicarent. Nam hoc perpetuum eius studium fuit, neminem iniuria lædere, & bonos honorare: & pro imperij quidē autoritate cū omnib. agere, sed delinquentes legitimis supplicijs coercere. Nihil ille quidem cōsiliarijs indigebat: sed tamen amicorum sentētias de rebus omnibus audiebat. Amicis sæpe de iure suo cōcedebat,

ἅπαντα δὲ τῶν ἐχθρῶν περιγιγνόμενος· σεμνὸς ὢν οὐ ταῖς
τοῦ προσώπου συναγωγαῖς, ἀλλὰ ταῖς τοῦ βίου κατα-
σκευαῖς· οὐδὲ πρὸς ἓν ἀτάκτως, οὐδ' ἀνωμάλως δια-
κείμενος, ἀλλ' ὁμοίως τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὁμολογίας,
” ὥσπερ τὰς ἐν τοῖς ὅρκοις διαφυλάττων· μέγα φρονῶν
” οὐκ ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς δι' αὑτὸν γιγνο-
” μένοις ἀγαθοῖς, τοὺς μὲν φίλους ταῖς εὐεργεσίαις ὑφ'
αὑτῷ ποιούμενος· τοὺς δ' ἄλλους τῇ μεγαλοψυχίᾳ
” καταδουλούμενος· φοβερὸς ὢν οὐ τῷ πολλοῖς χαλεπαί-
” νειν, ἀλλὰ τῷ πολὺ τὴν φύσιν τῶν ἄλλων ὑπερβάλ-
” λειν· ἡγούμενος τῶν ἡδονῶν, ἀλλ' οὐκ ἀγόμενος ὑπ'
αὐτῶν· ὀλίγοις πόνοις πολλὰς ῥᾳστώνας κτώμενος, ἀλλ'
οὐ διὰ μικρὰς ῥᾳθυμίας μεγάλους πόνους ὑπολειπόμε-
νος· ὅλως δ' οὐδὲν παραλιπὼν, ὧν προσεῖναι τοῖς βα-
„ σιλεῦσι πρέπει· ἀλλ' ἐξ ἑκάστης πολιτείας ἐκλεγόμενος
„ τὸ βέλτιστον· καὶ δημοτικὸς μὲν ὢν τῇ τοῦ πλήθους θερα-
„ πείᾳ, πολιτικὸς δὲ τῇ τῆς πόλεως διοικήσει, στρατηγικὸς
„ δὲ τῇ πρὸς κινδύνους εὐβουλίᾳ, τυραννικὸς δὲ τῷ πᾶ-
„ σι τούτοις διαφέρειν. Καὶ ταῦθ' ὅτι προσῆν Εὐαγόρᾳ,
καὶ πλείω τούτων, ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων ῥᾴδιον καταμα-
θεῖν. παραλαβὼν γὰρ τὴν πόλιν ἐκβεβαρβαρωμένην,
καὶ διὰ τὴν Φοινίκων ἀρχὴν οὔτε τοὺς ἕλληνας προσδε-
χομένην, οὔτε τέχνας ἐπισταμένην, οὔτ' ἐμπορίῳ χρω-
μένην, οὔτε λιμένας κεκτημένην· ταῦτά τε πάντα διώρ-
θωσε, καὶ πρὸς τούτοις καὶ χώραν πολλὴν προσεκτήσατο,
καὶ τείχη προσπεριεβάλετο, καὶ τριήρεις ἐναυπηγήσατο,
καὶ ταῖς ἄλλαις παρασκευαῖς οὕτως ηὔξησε τὴν πό-
λιν, ὥστε μηδεμιᾶς τῶν ἑλληνίδων πόλεων ἀπολελεῖ-
φθαι· καὶ δύναμιν τοσαύτην ἐνεποίησεν, ὥστε φοβεῖσθαι
„ πολλοὺς τῶν πρότερον καταφρονούντων αὐτῆς. καί τοι

τηλι-

semper autem hostes superabat. Maiestatem tuebatur non contracto supercilio, sed uitæ instituto. Nulla in re ordinem, constantiámue negligebat: sed quicquid uerbis promisisset, non minus seruabat, quàm si iusiurandum dedisset. Animosus non ob fortunæ munera, sed rectè factorum conscientia. Amicos beneficijs sibi deuinciebat, alios animi magnitudine subigebat. Terribilis erat non frequenti sæuitia, sed excellenti sapientia: uoluptatibus imperabat, non autem cupiditatibus seruiebat. Paucis laboribus multum ocij parabat: non ob paruas oblectationes magnos labores cumulabat. Denique nihil prætermittebat, quod regibus inesse deceat: sed è singulis Rerumpub. formis præstantissima quæque deligebat: qui & popularis esset, obseruantia multitudinis: & politicus, gubernatione urbis: & imperatorius, recto in periculis consilio: & regalis, harum rerum omnium excellentia. Atque hæc in Euagora fuisse, & plura etiam his, ex ipsis factis facilè intelligetur. Nam cùm ciuitatem Barbarie deformatam suscepisset, quæ ob Phœnicum imperium, nec Græcos admitteret, nec artes sciret, nec emporio uteretur, nec portus teneret: tum hæc omnia correxit, tum agri etiam multum adiecit: urbémque muro circundedit, & triremes ædificauit: & reliquis apparatibus sic auxit, ut cum quauis Græcarum urbium certare possit: tantisq; copijs muniuit, ut multi nunc eam timeant, qui prius contemnebant. Neq; uerò

„ τηλικαύτας ἐπιδόσεις τὰς πόλεις λαμβάνειν, οὐχ οἷόν τ' „ ἐστιν: ἂν μή τις αὐτὰς διοικῇ τοιούτοις ἤθεσιν, οἵοις Εὐα- „ γόρας μὲν εἶχεν, ἐγὼ δ' ὀλίγῳ πρότερον ἀπεράθην „ διελθεῖν. ὥστ' οὐ δέδοικα, μὴ φανῶ μείζω λέγων τῶν ἐκείνῳ προσόντων, ἀλλὰ μὴ πολὺ λίαν ἀπολειφθῶ τῶν πεπραγμένων αὐτῷ. τίς γὰρ ἂν ἐφίκοιτο τοιαύτης φύσεως, ὃς οὐ μόνον τὴν αὑτοῦ πόλιν πλείονος ἀξίαν ἐποίησεν: ἀλλὰ καὶ τὸν περιέχοντα τόπον, τὴν νῆσον, ἐπὶ πραότητα καὶ μετριότητα προήγαγε; πρὶν μὲν γὰρ λαβεῖν Εὐαγόραν τὴν ἀρχὴν: οὕτως ἀπροσοίστως καὶ χαλεπῶς εἶχον, ὥστε καὶ τῶν ἀρχόντων τούτους ἐνόμιζον εἶναι βελτίστους, οἵτινες ἂν ὠμότατα πρὸς τοὺς Ἕλληνας διακείμενοι τυγχάνοιεν. Νῦν δὲ τοσοῦτον μεταπεπτώκασιν, ὥσθ' ἁμιλλᾶσθαι μέν, οἵτινες αὐτῶν δόξουσι φιλέλληνες μᾶλλον εἶναι: παιδοποιεῖσθαι δὲ τοὺς πλείστους αὐτῶν, γυναῖκας λαμβάνοντας παρ' ἡμῶν: χαίρειν δὲ καὶ τοῖς κτήμασι καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τοῖς ἑλληνικοῖς μᾶλλον, ἢ τοῖς παρὰ σφίσιν αὐτοῖς: πλείους δὲ καὶ τῶν περὶ τὴν μουσικήν, καὶ τῶν περὶ τὴν ἄλλην παίδευσιν ἐν τούτοις τοῖς τόποις διατρίβειν, ἢ παρ' οἷς πρότερον εἰωθότες ἦσαν. καὶ τούτων ἁπάντων οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν Εὐαγόραν αἴτιον εἶναι ὁμολογήσειεν. μέγιστον δὲ τεκμήριον καὶ τοῦ τρόπου, καὶ τῆς ὁσιότητος τῆς ἐκείνου· τῶν γὰρ ἑλλήνων πολλοὶ καὶ καλοὶ κἀγαθοὶ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ἀπολιπόντες, ἦλθον εἰς Κύπρον οἰκήσοντες: ἡγούμενοι κοινοτέραν εἶναι καὶ νομιμωτέραν τὴν Εὐαγόρου βασιλείαν τῶν οἴκοι πολιτειῶν. ὧν τοὺς μὲν ἄλλους ὀνομαστὶ διελθεῖν, πολὺ ἂν ἔργον εἴη. * Κόνωνα δὲ τὸν διὰ πλείστας ἀρετὰς πρωτεύσαντα τῶν ἑλλήνων, τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι

* παρέκβασις περὶ τῶν Κόνωνος κατορθωμάτων, τοῦ Λακεδαιμονίους καταναυμαχήσαντος.

fieri potest, ut urbes ita crescant, nisi talib. moribus gubernentur, quales Euagoras habuit, atq; ego paulo antè studui commemorare. Quare non metuo, ne maiora quàm pro eius uirtute dicere uidear: sed illud uerendum potius, ne magnitudinem rerum ab eo gestarum, oratione mea nequaquam attingam. Quis enim satis prædicet uirum tali præditũ ingenio, qui non suam tãtùm urbem bonis institutis excoluit: sed & finitimos insulares ad mansuetudinẽ & moderationẽ deduxit? Priusquam enim Euagoras regno potiretur, ea fuerunt sæuitia & immanitate, ut eos etiam principes putarent optimos, qui Græcos crudelissimè tractarẽt. Nunc uerò usq; adeò sunt alij facti, ut inter se certẽt, quínam ex eis Græcorum amantiores uideantur: eorumq́; plurimi nostratib. uxoribus ductis, liberos procreent: & magis cùm instrumento, tum institutis Græcanicis gaudeant, quàm patrijs & domesticis: plurésq́; in musicis & alijs artibus eruditi, his in locis uersentur, quàm apud eos, ubi antea degere soliti fuerant. Neq; uerò quisquam est, quin hæc accepta esse Euagoræ referenda fateatur. Illud autem certissimum signum est & morum, & sanctitatis eius, quòd Græcorum complures optimi & honestissimi uiri, patria relicta, habitatum in Cyprum concesserunt: cum existimarent, regnum Euagoræ plus humanitatis & æquitatis habere, quàm suas domi Respublicas. Ac cæteros quidem nominatim recensere, perquàm operosum fuerit. * Cononem autem, qui uirtutibus plurimis princeps Græcorum fuit, quis ignorat,

*Digressio in Cononis res gestas, qui Lacedemonios debellauit.

ὅτι δυστυχησάσης τῆς πόλεως, ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενος, ὡς Εὐαγόραν ἦλθε· νομίσας καὶ τῷ σώματι βεβαιοτάτην εἶναι τὴν παρ' ἐκείνῳ καταφυγὴν, καὶ τῇ πόλει τάχιστ' ἂν αὐτὸν γενέσθαι βοηθόν. πολλὰ δὲ πρότερον ἤδη κατωρθωκὼς, οὐδὲ περὶ ἑνὸς πώποτε πράγματος ἔδοξεν ἄμεινον ἢ περὶ τούτων βεβουλεῦσθαι. συνέβη γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν ἄφιξιν τὴν εἰς Κύπρον, καὶ ποιῆσαι καὶ παθεῖν πλεῖστα ἀγαθά. πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἔφθησαν ἀλλήλοις πλησιάσαντες, καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσαντο σφᾶς αὐτοὺς, ἢ τοὺς πρότερον οἰκείους ὄντας. ἔπειτα περί τε τῶν ἄλλων ὁμονοοῦντες, ἅπαντα τὸν χρόνον διετέλεσαν: καὶ περὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχον. ὁρῶντες γὰρ αὐτὴν ὑπὸ Λακεδαιμονίοις οὖσαν, καὶ μεγάλῃ μεταβολῇ κεχρημένην: λυπηρῶς καὶ βαρέως ἔφερον, ἀμφότεροι προσήκοντα ποιοῦντες. τῷ μὲν γὰρ ἦν φύσει πατρὶς, τὸν δὲ διὰ πολλὰς καὶ μεγάλας εὐεργεσίας νόμῳ πολίτην ἐπεποίηντο. σκοπουμένοις δ' αὐτοῖς, ὅπως τῆς συμφορῶν αὐτὴν ἀπαλλάξωσι, ταχὺ τὸν καιρὸν Λακεδαιμόνιοι παρεσκεύασαν. ἄρχοντες γὰρ τῶν ἑλλήνων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, εἰς τοῦτ' ἀπληστίας ἦλθον, ὥστε καὶ τὴν ἀσίαν κακῶς ποιεῖν ἐπεχείρησαν. λαβόντες δ' ἐκεῖνοι τοῦτον τὸν καιρὸν, καὶ τῶν στρατηγῶν τῶν βασιλέως ἀπορούντων, ὅ,τι χρήσονται τοῖς παροῦσιν: ἐδίδασκον αὐτοὺς μὴ κατὰ γῆν, ἀλλὰ κατὰ θάλατταν τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους ποιεῖσθαι: νομίζοντες, εἰ μὲν πεζὸν στρατόπεδον καταστήσαιντο, καὶ τούτῳ περιγένοιντο, τὰ περὶ τὴν ἤπειρον μόνην καλῶς ἕξειν. εἰ δὲ κατὰ θάλατταν κρατήσειαν, πᾶσαν τὴν ἑλλάδα τῆς νίκης ταύτης μεθέξειν· ὅπερ συνέβη. πεισθέντων γὰρ ταῦτα τῶν στρατηγῶν, καὶ ναυτικοῦ συλλεγέντος, Λακεδαι-

cùm nostra urbs cladem accepisset, ad Euagoram, selectum è cæteris omnibus, se contulisse? quòd putabat, se apud eum & saluti suæ rectißimè consulturum, & Reipub. erigendæ adiutorem quamprimùm habiturum. Cùm autem prius multis de rebus recta cõsilia iniÿsset: nulla tamen de re unquam uisus est, quàm de hac, melius statuisse. Siquidem ita contigit, ut propter aduentum in Cyprum, plurima beneficia & daret, & acciperet. Primùm enim statim ut congreßi sunt, pluris uterq; alterum fecit, quàm uetustate amicitiæ coniunctos. Deinde cùm cæteris de rebus perpetuò consenserunt, tum de nostra ciuitate in eadem sententia fuerunt. Quam cùm uiderent, ingenti mutatione facta, parêre Lacedæmonijs: grauiter molesteq́; tulerunt, sicut utrunq; decuit. Nam alteri natura erat patria, alterum ob multa & magna beneficia lege in ciuitatem ascripserant. Cogitantibus igitur eis, quomodo è calamitatibus eam eriperent, mox opportunitatem Lacedæmonÿ præbuerunt. Qui cùm Græcis terra mariq́; imperarent, insatiabili cupiditate incitati, Asiam quoq; uastare cœperunt. Ea igitur hi occasione arrepta, regios duces, quid consilÿ capiendum esset dubitantes, docuerunt, non terra, sed mari aggrediendos esse Lacedæmonios: existimantes, si peditatu conscripto terra uicissent, Asianis duntaxat consultum fore. Sin mari superassent, totam Græciam ex ea uictoria fructus esse capturam. id quod euênit. Nam cum duces huic consilio paruissent, ac classem comparassent: & Lace-

κεδαιμόνιοι μὲν κατεναυμαχήθησαν, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπεστερήθησαν: οἱ δ' ἕλληνες ἠλευθερώθησαν, ἡ δὲ πόλις ἡμῶν τῆς τε παλαιᾶς δόξης μέρος τι πάλιν ἀπέλαβε, καὶ τῶν συμμάχων ἡγεμὼν κατέστη. καὶ ταῦτ' ἐπράχθη Κόνωνος μὲν στρατηγοῦντος, Εὐαγόρου δ' αὐτόν τε παρασχόντος, καὶ τῆς δυνάμεως τὴν πλείστην παρασκευάσαντος. ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς μὲν αὐτοὺς ἐτιμήσαμεν ταῖς μεγίσταις τιμαῖς, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἐστήσαμεν: οὗπερ τὸ τοῦ Διὸς ἄγαλμα τοῦ σωτῆρος, πλησίον ἐκείνου τε καὶ σφῶν αὐτῶν, ἀμφοτέρων ὑπόμνημα, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς εὐεργεσίας, καὶ τῆς φιλίας τῆς πρὸς ἀλλήλους. βασιλεὺς δ' οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχε περὶ αὐτῶν: ἀλλ' ὅσῳ μείζω καὶ πλείονος ἄξια κατειργάσαντο, τοσούτῳ μᾶλλον ἔδεισεν αὐτούς. περὶ μὲν οὖν Κόνωνος ἄλλος ἡμῖν ἔσται λόγος. ὅτι δὲ πρὸς Εὐαγόραν οὕτως ἔσχεν, οὐδ' αὐτὸς λαθεῖν ἐζήτησε. φαίνεται γὰρ μᾶλλον μὲν σπουδάσας περὶ τὸν ἐν κύπρῳ πόλεμον, ἢ περὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας: μείζω δὲ καὶ χαλεπώτερον ἐκεῖνον ἀνταγωνιστὴν νομίσας, ἢ Κῦρον τὸν περὶ τῆς βασιλείας ἀμφισβητήσαντα. καὶ τούτου μέγιστον τεκμήριον. τοῦ μὲν γὰρ ἀκούων τὰς παρασκευὰς, τοσοῦτον κατεφρόνησεν, ὥστε διὰ τὸ μὴ φροντίζειν, μικροῦ δεῖν ἔλαθεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ βασίλειον ἐπιστάς. πρὸς δὲ τοῦτον οὕτως ἐκ πολλοῦ περιδεῶς ἔσχεν: ὥστε μεταξὺ πάσχων εὖ, πολεμεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπεχείρησε: δίκαια μὲν οὐ ποιῶν, οὐ μὴν παντάπασιν ἀλόγως βουλευσάμενος. ἠπίστατο μὲν γὰρ πολλοὺς καὶ τῶν ἑλλήνων, καὶ τῶν βαρβάρων, ἐκ ταπεινῶν καὶ φαύλων πραγμάτων,
„ μεγάλας δυναστείας κατεργασαμένους: ᾐσθάνετο δὲ αὐτοῦ
„ τὴν Εὐαγόρου μεγαλοψυχίαν: καὶ τὰς ἐπιδόσεις αὐτοῦ
„ καὶ τὰς δόξας τῶν πραγμάτων οὐ κατὰ μικρὸν γιγνομένας

γ. ἐπάνοδος αὖθις τὴν ὑπόθεσιν, καὶ διήγησις αὐξητικὴ τῶν πρὸς βασιλέα πραχθέντων.

dæmonij nauali prælio uicti, & imperio priuati sunt, & Græci libertatē recuperarūt, & nostra urbs antiquæ gloriæ partem quandā denuò recepit, delatūq; a socijs principatū accepit. Atq; hæc gesta sunt, Conone quidē duce, Euagora uerò cùm ipso strenuā operā nauante, tū maximā copiarū partem comparāte. Pro quib. meritis nos eis maximos honores decreuimus, & statuas posuimus in eo loco, in quo Iouis Seruatoris simulachrū est, tum illi, tū inter se uicinas: quæ utriusq; rei monumentū essent, & maximi beneficij et amicitiæ, quæ fuit inter ipsos. Rex uerò Persarū non eodē modo erga eos affectus fuit: sed quo res maiores & illustriores gesserāt, eo magis eos formidauit. Ac de Conone alio loco dicemus. Quæ uerò mēs eius erga Euagorā fuerit, ne ipse quidem dissimulare studuit. Constat enim, eum in bellū Cyprium maiore conatu incubuisse, quàm in cætera uniuersa: & hunc maiorem ac grauiorem aduersarium iudicasse, quàm Cyrum, qui cum eo de regno decertauit. Cuius rei hoc maximū signum est, quòd auditis fratris apparatibus, adeò securus fuit, ut parum abesset, quin ob incuriam in ipsa propè regia opprimeretur: alterum uerò tamdiu antè formidauit, ut inter accipiēdum beneficia, bellum aduersus eum moliretur: non ille quidem iusticiæ studio, sed tamen non stulto prorsus cōsilio. Sciebat enim, multos tum Græcorum, tum Barbarorum à contemptis initijs profectos, maxima imperia euertisse. Intelligebat etiam Euagoræ magnanimitatem: & successus eius, gloriamq; rerum gestarum non lentè progre-

III. Reditus ad causam: & narratio, quanta uirtute regnū contra Persas defenderit.

„ γνομένας, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν ἀνυπέρβλητον ἔχοντα,
„ καὶ τὴν τύχην αὐτῷ συναγωνιζομένην. ὥστ' οὐχ ὑπὲρ
τῶν γεγενημένων ὀργιζόμενος, ἀλλὰ περὶ τῶν μελλόν-
των φοβούμενος: οὐδὲ περὶ Κύπρου μόνον δεδιώς, ἀλ-
λὰ πολὺ περὶ μειζόνων, ἐποιήσατο τὸν πόλεμον πρὸς
αὐτόν. οὕτω δ' οὖν ὥρμησεν, ὥστ' εἰς τὴν στρατείαν ταύτην
πλέον ἢ πεντάκις μύρια τάλαντα κατηνάλωσεν.
ἀλλ' ὅμως Εὐαγόρας, πάσης ἀπολελειμμένος ταῖς
δυνάμεσιν, ἀντιτάξας τὴν ἑαυτοῦ γνώμην πρὸς τὰς
οὕτως ὑπερμεγέθεις παρασκευάς, ἐπέδειξεν αὐτὸν ἐν
τούτοις πολὺ θαυμαστότερον, ἢ τοῖς ἄλλοις τοῖς προειρη-
μένοις. ὅτε μὲν γὰρ αὐτὸν εἴων εἰρήνην ἄγειν, τὴν ἑαυτοῦ
μόνην πόλιν εἶχεν. Ἐπειδὴ δ' ἠναγκάσθη πολεμεῖν,
τοιοῦτος ἦν, καὶ τοιοῦτον εἶχε Πρωταγόραν τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ
συναγωνιστήν, ὥστε μικροῦ μὲν ἐδέησε κύπρον ἅπασαν
κατασχεῖν, φοινίκην δ' ἐπόρθησε, τύρον δὲ κατὰ κράτος
εἷλε, κιλικίαν δὲ βασιλέως ἀπέστησε. τοσούτους δὲ τῶν πο-
λεμίων ἀπώλεσεν, ὥστε πολλοὺς τῶν Περσῶν, πενθοῦντας
τὰς ἑαυτῶν συμφοράς, μεμνῆσθαι τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκεί-
νου. τελευτῶν δ' οὕτως ἐνέπλησεν αὐτοὺς τοῦ πολεμεῖν,
ὥστ', εἰθισμένων τὸν ἄλλον χρόνον τῶν βασιλέων, μὴ διαλ-
λάττεσθαι τοῖς ἀποστᾶσι, πρὶν κύριοι γένοιντο τῶν σωμά-
των: ἄσμενοι τὴν εἰρήνην ἐποιήσαντο, λύσαντες μὲν τὸν
νόμον τοῦτον, οὐδὲν δὲ κινήσαντες τῆς Εὐαγόρου τυραννί-
δος. καὶ Λακεδαιμονίων μὲν τὴν καὶ δόξαν καὶ δύναμιν
μεγίστην ἐχόντων κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν, ἐντὸς τριῶν
ἐτῶν ἀφείλετο τὴν ἀρχήν: Εὐαγόρᾳ δὲ πολεμήσας
ἔτη δέκα, τῶν αὐτῶν κύριον κατέλιπεν, ὧνπερ ἦν
καὶ πρὶν εἰς τὸν πόλεμον εἰσελθεῖν. ὃ δὲ πάντων
θαυμαστότατον· τὴν γὰρ πόλιν, ἣν Εὐαγόρας, ἑτέρου τυ-

αὐξητικὰ τῶν κατορθωμάτων κατ' ἀντιπαραβολάς.

ραν-

gredi uidebat: sed et insuperabili eum esse ingenio, & fortunam habere adiutricem. Quare nō iratus ob antè facta, sed de futuris solicitus: neq; Cypro tantùm metuens, sed rebus longè maiorib. timens, bellum cōtra eum suscepit: idq; tāta mole, ut in eam expeditionem amplius quinquaginta millia talentûm insumpserit. Euagoras tamen omnibus copijs inferior, opposito suo consilio contra tam immensos apparatus, se in his longè admirabiliorem præbuit, quàm in ijs omnibus quæ suprà diximus. Dū enim eum pace frui patiebantur, suam duntaxat urbem habuit. Postquam uerò armis se defendere coactus est, talem se præbuit, talemq; adiutorem filium Protagoram habuit, ut parum abesset, quin tota Cypro potiretur. Phœniciam uerò uastauit, Tyrum ui cepit, Ciliciam ad defectionem à rege impulit: & tantam hostium stragem edidit, ut multi Persarum sua mala deplorantes, uirtutem illius recordentur: eò denique rem redegit, ut eos tanta belli satietas caperet, ut, cùm reges, superiori tempore, non redire in gratiam cum ijs, qui defecerant, consueuissent, antequam corporibus eorum potiti essent, cupidè pacem fecerint: soluta quidem lege illa, sed nihil mutato Euagoræ imperio. Ac Lacedæmonijs quidem, qui ea tempestate & gloria & potentia excellebant, intra triennium eripuit imperium: sed bello hoc in decimum usq; annum prorogato, dominum earundem rerum reliquit Euagorā, quas ante illatum bellum habuerat. Et quod admiratione maxima dignum est, quam urbem Euagoras altero regnante,

Exaggerationes rei bene gestæ per contentionem.

ραννεύοντος, μετὰ πεντήκοντα ἀνδρῶν εἷλε: ταύτην βασιλεὺς ὁ μέγας, τοσαύτην δύναμιν ἔχων, οὐχ οἷός τ' ἐγένετο χειρώσασθαι. καίτοι πῶς ἄν τις τὴν ἀνδρείαν ἢ τὴν φρόνησιν, ἢ σύμπασαν τὴν ἀρετὴν τὴν εὐαγόρου φανερώτερον ἐπιδείξειεν, ἢ διὰ τοιούτων ἔργων καὶ κινδύνων; οὐ γὰρ μόνον φανεῖται τοὺς ἄλλους πολέμους, ἀλλὰ καὶ τὸν τῶν ἡρώων ὑπερβαλόμενος, τὸν ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ὑμνούμενον. οἱ μὲν γὰρ μετὰ πάσης ἑλλάδος, τροίαν μόνην εἷλον: ὁ δὲ μίαν πόλιν ἔχων, πρὸς ἅπασαν τὴν ἀσίαν ἐπολέμησεν. ὥστ' εἰ τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ἐγκωμιάζειν αὐτὸν ἐβουλήθησαν, ὅσοιπερ ἐκείνους: πολὺ μείζω ἂν καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν ἔλαβε.
„ τίνα γὰρ ἂν εὑρήσομεν τῶν τότε γενομένων,
„ εἰ τοὺς μύθους νῦν ἀφέντες, τὴν ἀλήθειαν σκοπῶ-
„ μεν, τοιαῦτα διαπεπραγμένον; ἢ τίνα τοσούτων μεταβολῶν ἐν τοῖς πράγμασιν αἴτιον γεγενημένον; ὃς ἑαυτὸν μὲν ἐξ ἰδιώτου τύραννον κατέστησε: τὸ δὲ γένος ἀπεληλαμένον ἅπαν τῆς πολιτείας, εἰς τὰς προσηκούσας τιμὰς πάλιν ἐπανήγαγε: τοὺς δὲ πολίτας ἐκ βαρβάρων μὲν ἕλληνας ἐποίησεν, ἐξ ἀνάνδρων δὲ πολεμικοὺς, ἐξ ἀδόξων δ' ὀνομαστούς. τὸν δὲ τόπον ἀμίκτως ἔχοντα, καὶ παντάπασιν ἐξηγριωμένον ὅλον παραλαβὼν, ἡμερώτερον καὶ πρᾳότερον κατέστησεν; ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, εἰς ἔχθραν μὲν βασιλεῖ καταστὰς, οὕτως αὐτὸν ἠμύνατο καλῶς, ὥστ' ἀείμνηστον γενέσθαι τὸν πόλεμον τὸν περὶ Κύπρον; ὅτε δ' ἦν αὐτῷ σύμμαχος, τοσούτῳ χρησιμώτερον ἑαυτὸν παρέσχε τῶν ἄλλων, ὥστ' ὁμολογουμένως μεγίστην αὐτῷ συμβαλέσθαι δύναμιν, εἰς τὴν ναυμαχίαν τὴν περὶ κνίδον; ἧς γενομένης, βασιλεὺς μὲν ἁπάσης τῆς ἀσίας κύριος κατέστη:

gnante, cum quinquaginta uiris ceperat: eam magnus Rex tantis copijs instructus, subigere non potuit. Enimuerò qua ratione uel fortitudo, uel prudentia, uel uniuersa uirtus Euagoræ dilucidius ostendi posset, quàm talibus facinoribus & pugnis? Non enim cætera bella tantùm, sed illud etiam ab heroibus gestum, & ab omnibus mortalibus celebratum, superauit. Nam illi quidem cum uniuersa Græcia Troiam solam ceperunt: hic uerò cum unam tantùm haberet urbem, bellum totius Asiæ tolerauit. Quare si tot eum laudare uoluissent, quot illos: maiorem etiam quàm illi gloriam adeptus esset. Quem enim inueniemus illius seculi, si nunc, omißis fabulis, rem ipsam spectemus, qui talia perfecerit, aut qui tantarum in rebus mutationum fuerit autor? Nam & è priuata uita ad regnum suapte uirtute ascendit: & suum genus planè pulsum à Republica, in conuenientem dignitatis gradum restituit: & ciues, è Barbaris Græcos, ex effœminatis bellicosos, ex obscuris celeberrimos effecit. Præterea, locum eum cum abhorrentem à commercijs, & prorsus efferatum inuenisset, mansuetiorem & mitiorem reddidit. Pòst, susceptis cum rege inimicitijs, tam præclarè eum ultus est, ut bellum in Cypro gestum nulla obliuione queat aboleri. Dum uerò socius regis esset, tanto plus in eo quàm cæteris præsidij fuit, ut extra controuersiam ad Gnidium nauale prælium maximas ei uires contulerit. Quo confecto, non modò rex totius Asiæ dominatu potitus

τέσῃ: Λακεδαιμόνιοι δ', ἀντὶ τοῦ τὴν ἤπειρον πορθεῖν,
περὶ τῆς ἑαυτῶν κινδυνεύειν ἠναγκάσθησαν: οἱ δ' ἕλ-
ληνες ἀντὶ δουλείας αὐτονομίαν ἔχον: ἀθηναῖοι δὲ
τοσοῦτον ἐπέδοσαν, ὥστε τοὺς πρότερον αὐτῶν ἄρχον-
τας, ἐλθεῖν ὡς αὐτοὺς, τὴν ἀρχὴν παραδώσοντας. ὥστ'
εἴ τις ἔροιτό με, τί νομίζω μέγιστον εἶναι τῶν εὐαγόρᾳ
πεπραγμένων: πότερον τὰς ἐπιμελείας, καὶ τὰς πα-
ρασκευὰς τὰς πρὸς λακεδαιμονίους, δι' ὧν ταῦτα προει-
ρημένα γέγονεν: ἢ τὸν τελευταῖον πόλεμον, ἢ τὴν κα-
τάληψιν τῆς βασιλείας; ἢ τὴν ὅλην τῶν πραγμά-
„ των διοίκησιν; εἰς πολλὴν ἀπορίαν ἂν καταστάιην. τοῦ-
„ το γάρ μοι δοκεῖ μέγιστον εἶναι, καὶ θαυμαστότατον, καθ'
„ ὅ, τι ἂν αὐτῶν ἐπιστήσω τὴν γνώμην. ὥστ' εἴ τινες τῶν
προγεγενημένων δι' ἀρετὴν ἀθάνατοι γεγόνασιν, οἶμαι
κἀκεῖνον ἠξιῶσθαι ταύτης τῆς δωρεᾶς: σημείοις χρώ-
μενος, ὅτι καὶ τὸν ἐνθάδε βίον εὐτυχέστερον καὶ θεο-
φιλέστερον ἐκείνων διαβεβίωκε. τῶν μὲν γὰρ ἡμιθέων
τοὺς πλείστους καὶ ὀνομαστοτάτους εὑρήσομεν, ταῖς μεγί-
„ σταις συμφοραῖς περιπεσόντας: εὐαγόρας δ' οὐ μόνον
„ θαυμαστότατος ἐξ ἀρχῆς ὢν διετέλεσεν, ἀλλὰ καὶ μα-
καριστότατος. τί γὰρ ἀπέλιπεν εὐδαιμονίας, ὃς τοιού-
των μὲν προγόνων ἔτυχεν, οἵων οὐδεὶς ἄλλος, πλὴν
εἴ τις ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ γέγονε; τοσοῦτον δὲ καὶ τῷ
σώματι τῶν ἄλλων καὶ τῇ ῥώμῃ διήνεγκεν, ὥστε μὴ
μόνον σαλαμῖνος, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀσίας ἁπάσης ἄξιος
εἶναι τυραννεῖν. κάλλιστα δὲ κτησάμενος τὴν βασιλεί-
αν, ἐν ταύτῃ τὸν βίον διετέλεσε. θνητὸς δὲ γενόμενος,
„ ἀθάνατον τὴν περὶ αὐτοῦ μνήμην κατέλιπε. τοσοῦτον
„ δ' ἐβίω χρόνον, ὥστε μήτε τοῦ γήρως ἄμοιρος γενέσθαι,
„ μήτε τῶν νοσημάτων μετασχεῖν τῶν διὰ ταύτην τὴν
ἡλι-

ἐπίλογος κατ' ἀνακεφαλαίωσιν.

tius est: sed & Lacedæmonij, qui antè in Asia grassabantur, de aris & focis dimicare sunt coacti: & Græci, excusso iugo seruitutis, libertatē receperunt: & Atheniensiū opes ita creuerunt, ut qui prius illis imperarant, ad ipsos uenirent imperiū tradituri. Quare si quis me roget, quid inter Euagoræ facinora maximū esse iudicem, utrum nauatā operam, et apparatus cōtra Lacedæmonios, propter quæ hæc quæ diximus facta sunt, an extremū bellū, an occupationem regni, an totam rerum administrationē? quid respondeam, non sim habiturus. Nam singula, quæ accuratius cū animo meo expēdo, maxima & maximè admirabilia mihi uidentur. Quare si qui ueterum immortalitatem uirtute sibi pepererunt, illum etiam eo munere dignatum esse censeo: his argumentis adductus, quòd hanc quoq; uitam felicius, & Deo longè acceptius, quàm illi, ad obitum usque exegit. Nam semideorum plerosq;, & eos quidem celeberrimos, in maximas scimus incidisse calamitates. Euagoras uerò non admirabilissimus tātùm iam inde ab initio permansit, sed etiam beatissimus. Quæ enim felicitatis pars ei defuit, qui tales maiores habuit, quales nemo alius, nisi ex eâdem familia oriundus? qui tantum & corpore & robore cæteris præstitit, ut nō Salaminis tātùm, sed totius Asiæ dignus esset imperio? Deinde in regno, quod pulcherrimè parauerat, uitā exegit: &, cum mortalis esset natus, immortalem nominis sui memoriam reliquit: & eò usq; uixit, ut neq; senectutis esset expers, neq; morbis qui hanc ætatem comitari

Epilogus enumeratione constans.

» ἡλικίαν γινομένων. πρὸς δὲ τούτοις, ὃ δοκεῖ σπανιώτα-
τον εἶναι καὶ χαλεπώτατον, εὐπαιδίας τυχεῖν ἅμα καὶ
πολυπαιδίας, οὐδὲ τούτου διήμαρτεν, ἀλλὰ καὶ τοῦτ' αὐ-
τῷ συνέπεσε. καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι τῶν ἐξ αὐτοῦ γινομένων
οὐδένα κατέλιπεν ἰδιωτικοῖς ὀνόμασι προσαγορευό-
μενον: ἀλλὰ τὸν μὲν βασιλέα καλούμενον, τοὺς δ' ἄνακ-
τας, τὰς δ' ἀνάσσας. ὥστ' εἴ τινες τῶν ποιητῶν περί τι-
νος τῶν προγεγενημένων ὑπερβολαῖς κέχρηνται,
λέγοντες, ὡς ἦν θεὸς ἐν ἀνθρώποις, ἢ δαίμων, ἀλλ' οὐ
» θνητός: ἅπαντα τὰ τοιαῦτα περὶ τὴν ἐκείνου ῥηθῆναι
» φύσιν μάλιστ' ἂν ἁρμόσειε. Τῶν μὲν οὖν εἰς Εὐαγόραν
πολλὰ μὲν οἴομαι παραλιπεῖν (ὑστερίζω γὰρ τῆς ἀκμῆς
τῆς ἐμαυτοῦ, μεθ' ἧς ἀκριβέστερον καὶ φιλοπονώτερον ἐξειρ-
γασάμην ἂν τὸν ἔπαινον τοῦτον) οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ νῦν, ὅσον
ἦν κατὰ τὴν ἐμὴν δύναμιν, οὐκ ἀνεγκωμίαστός ἐστιν.
ἐγὼ δ', ὦ Νικόκλεις, ἡγοῦμαι καλὰ μὲν εἶναι μνημεῖα,
καὶ τὰς τῶν σωμάτων εἰκόνας, πολὺ μέντοι πλείονος ἀ-
ξίας τὰς τῶν πράξεων καὶ τῆς διανοίας: ἃς ἐν τοῖς λόγοις
ἄν τις μόνον, τοῖς τεχνικῶς ἔχουσι, θεωρήσειε. προκρίνω
δὲ ταύτας, πρῶτον μὲν εἰδὼς τοὺς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς τῶν
ἀνδρῶν, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ σώματος σεμνυ-
νομένους, ὡς ἐπὶ τοῖς ἔργοις καὶ τῇ μνήμῃ φιλοτιμουμέ-
νους. ἔπειθ' ὅτι τοὺς μὲν τύπους ἀναγκαῖον παρὰ τούτοις
» εἶναι μόνον, παρ' οἷς ἂν σταθῶσι: τοὺς δὲ λόγους ἐξενε-
» χθῆναι οἷόν τ' ἐστὶν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ διαδοθέντας, ἐν
» ταῖς τῶν εὖ φρονούντων διατριβαῖς ἀγαπᾶσθαι: παρ' οἷς
» κρεῖττόν ἐστιν, ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν εὐδοκιμεῖν,
» πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τοῖς μὲν πεπλασμένοις καὶ τοῖς
γεγραμμένοις, οὐδεὶς ἂν τὴν τοῦ σώματος φύσιν ὁμοιώ-
σειε: τοὺς δὲ τρόπους τοὺς ἀλλήλων, καὶ τὰς διανοίας
τὰς

Παραίτησις τῆς ἰδίας ἀσθενείας, καὶ σύγκρισις τοῦ λόγου κατὰ σύγκρισιν.

solent, premeretur. Præterea, quod rarißimum & difficilimum habetur, ut idem & multos & felices liberos suscipiat, ne id quidem ei defuit, sed & ipsum contigit: &, quod maximum est, neminem è se natum reliquit, qui plebeijs nominibus salutetur: sed alium regem, alios principes, alias principũ uxores. Quare si qui ueterum poetarum magnificentius locuti, Deum aliquem esse inter homines dixerunt, aut numen, & non mortalem: ea uniuersa de illius natura et ingenio cõuenientißimè dicerentur. Ac multa quidem me, quæ dicenda essent de Euagora, prætermisisse arbitror. Desidero enim uigorem ætatis, cuius ope accuratius & studiosius laudationem hanc perfecissem. Veruntamen etiam nunc, quantum in meis uiribus fuit, non defuit ei laudatio. Ego uerò, Nicocles, pulchra monimẽta esse statuo, etiam corporum imagines: sed longè maioris precij esse puto, simulacra mentis & actionum, quæ in artificiosis duntaxat orationibus conspiciuntur. Quas ego ideo cæteris rebus antepono, cùm quòd præstantes uiros animaduerto non tam forma corporis superbire, quàm facinora, nominisq́; memoriam sibi laudi ducere: tum quia necesse est, expressas corporum formas apud eos duntaxat esse, apud quos positæ fuerint. Orationes autem in Græcia uulgari possunt, & in cœtus eruditorum editæ, magni fieri ac diligi: apud quos esse in gloria præstat, quàm apud alios uniuersos. Deinde fictis & pictis imaginibus nemo naturam corporis expresserit: mores autem aliorum, & ingenia,

Excusatio suę imbecillitatis, & cõmendatio orationis, collatione imaginum.

τὰς ἐν τοῖς λεγομένοις ἐνούσας, ἐκ τούτων ῥᾴδιόν ἐστι μιμεῖσθαι τοῖς μὴ ῥᾳθυμεῖν αἱρουμένοις, ἀλλὰ χρηστοῖς εἶναι βουλομένοις. ὧν ἕνεκα καὶ μᾶλλον ἐπεχείρησα γράφειν τοῦτον τὸν λόγον· ἡγούμενος καὶ σοὶ καὶ τοῖς σοῖς παισὶ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀπ᾽ Εὐαγόρου γεγονόσι, πολὺ καλλίστην ἂν γενέσθαι ταύτην τὴν παράκλησιν, εἴ τις ἀθροίσας τὰς ἀρετὰς τὰς ἐκείνου, καὶ τῷ λόγῳ κοσμήσας, παραδοίη θεωρεῖν ὑμῖν, καὶ συνδιατρίβειν αὐταῖς. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους προτρέπομεν ἐπὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἑτέρους ἐπαινοῦντες· ἵνα ζηλοῦντες ἐκ τούτων τοὺς εὐλογουμένους, τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιτηδευμάτων ἐπιθυμῶσιν. ἐγὼ δὲ σὲ καὶ τοὺς σοὺς, οὐκ ἀλλοτρίοις παραδείγμασι χρώμενος, ἀλλ᾽ οἰκείοις, παρακαλῶ, καὶ συμβουλεύω προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως καὶ λέγειν καὶ πράττειν μηδενὸς ἧττον δυνήσῃ τῶν Ἑλλήνων.

παράκλησις Νικοκλέους εἰς τὴν τῆς πατρῴας ἀρετῆς μίμησιν κατὰ προκατάληψιν ἐγκωμιαστικήν.

Καὶ μὴ νόμιζέ με καταγινώσκειν, ὡς νῦν ἀμελεῖς, ὅτι πολλάκις σοι διακελεύομαι περὶ τῶν αὐτῶν. οὐ γὰρ οὔτ᾽ ἐμὲ λέληθεν, οὔτε τοὺς ἄλλους, ὅτι καὶ μόνος καὶ πρῶτος τῶν ἐν τυραννίδι καὶ πλούτῳ καὶ τρυφαῖς ὄντων, φιλοσοφεῖν καὶ φιλοπονεῖν ἐπεχείρησας· οὐδ᾽ ὅτι πολλοὺς τῶν βασιλέων ποιήσεις, ζηλώσαντας τὴν σὴν παίδευσιν, τούτων τῶν διατριβῶν ἐπιθυμεῖν, ἀφεμένους ἐφ᾽ οἷς νῦν λίαν χαίρουσιν. ἀλλ᾽ ὅμως ἐγὼ ταῦτα εἰδὼς, οὐδὲν ἧττον καὶ ποιῶ καὶ ποιήσω ταῦθ᾽, ὅπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς τῶν
,, ἀγῶσιν οἱ θεαταί. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι παρακελεύονται τῶν
,, δρομέων, οὐ τοῖς ἀπολελειμμένοις, ἀλλὰ τοῖς περὶ τῆς
,, νίκης ἀγωνιζομένοις. ἐμὸν μὲν οὖν ἐστι καὶ τῶν ἄλλων φίλων, τοιαῦτα καὶ λέγειν καὶ γράφειν, ἐξ ὧν μέλλομέν σε παροξύνειν ὀρέγεσθαι τούτων, ὧνπερ καὶ νῦν τυγχάνεις ἐπιθυμῶν· σοὶ δὲ προσήκει μηδὲν ἐλλείπειν, ἀλλ᾽ ὥσπερ

ἐν τῷ

quæ oratione repræsentantur, hac ratione facile est imitari, si qui, repudiata ignauia, uiri boni esse meditentur. Quo libentius etiã orationẽ hanc scribendã suscepi, quòd existimabã, & tibi & tuis liberis, & cæteris ab Euagora oriũdis lõgè pulcherrimã fore adhortationẽ, si quis cõgregatas eius uirtutes, & uerbis exornatas, uobis spectandas, quotidieq́ uersandas manibus atq; animis tradidisset. Nã cæteros ad sapiẽtiæ studiũ, laudib. aliorũ propositis, exhortamur: ut earũ laudũ æmulatione incitati, earundẽ etiã uirtutũ desiderio inflammẽtur. Ego uerò te ac tuos, non alienis exẽplis usus, sed domesticis, hortor: & in eo elaborandũ tibi esse cẽseo, ne uel eloquẽtia, uel sapiẽti rerũ administratione, ullo Græcorũ sis inferior. Neq; uerò putes te accusari à me ignauiæ, ꝙ te ad easdẽ res toties exhortor. Nec enim uel me uel alios præterit, te et solũ & primũ eorũ qui regia dignitate præditi, opib. & delicijs circũfluunt, sapientiæ studiũ amplexũ, honestos labores prõptißimè capessere. Nec illud etiã obscurũ est, multos reges, exẽplo doctrinæ tuæ incitatos, omißis ijs rebus quibus nunc impensè gaudent, istud studiorum & disciplinæ genus expetituros. Verùm ego, quãuis hæc sciã, nihilominus tamen & facio, & faciam idem, quod in ludis gymnicis à spectatoribus fieri solet. Nam illi acclamant cursoribus non ignauißimis, sed uictoriæ proximis. Quare meum & cæterorum amicorum officiũ est, ea tum dicere, tum scribere, per quæ te acuamus ad ea desideranda, quæ tibi etiam nunc placuerũt. Te uerò decet nihil prætermittere, sed ut

Adhortatio Nicoclis ad paternæ uirtutis imitationẽ, cum honorifica occupatione.

ἐν τῷ παρόντι καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τὴν ψυχὴν ἀσκεῖν, ὅπως ἄξιος ἔσῃ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἄλλων προγόνων. ὡς ἅπασι μὲν προσήκει περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τὴν φρόνησιν: μάλιστα δ' ὑμῖν, τοῖς πλείστων κυρίοις οὖσι. χρὴ δ' οὐκ ἀγαπᾶν, εἰ τῶν παρόντων τυγχάνεις ὢν ἤδη κρείττων: ἀλλ' ἀγανακτεῖν, εἰ τοιοῦτος μὲν αὐτὸς ὢν τὴν φύσιν, γεγονὼς δὲ τὸ μὲν παλαιὸν ἀπὸ Διὸς: τὸ δ' ὑπογυιώτατον, ἐξ ἀνδρὸς τοιούτου τὴν ἀρετὴν, εἰ μὴ πολὺ διοίσεις καὶ τῶν ἄλλων, καὶ τῶν ἐν ταῖς αὐταῖς σοι τιμαῖς ὄντων. ἔστι δ' ἐπὶ σοὶ, μὴ διαμαρτεῖν τούτων. ἐὰν γὰρ ἐμμένῃς τῇ φιλοσοφίᾳ, καὶ τοσοῦτον ἐπιδιδῷς, ὅσονπερ νῦν, ταχέως γενήσῃ τοιοῦτος, οἷόν σε προσήκει.

ὙΠΟΘΕΣΙΣ ἹΕΡΩΝΥΜΟΥ

βολφίου, εἰς τὸν β. λόγον.

Τὸ ὑποκείμενον τοῦ λόγου, κἂν ἐκ ψιλῆς τῆς ἐπιγραφῆς δῆλον. ἔστι δὲ σχεδὸν, εἴ τῳ λέγειν ἂν δοκοίη, πλείω τὰ πάρεργα τῶν ἔργων· τοῦτο μὲν γὰρ τοῖς σοφισταῖς ἐπιπλήττων, τοῦτο δὲ τοῖς Θησέως ἔργοις ἐμπομπεύων, τοῦτο δὲ τοῦ Πάριδος ὑπεραπολογούμενος, τοῦτο δὲ ἑαυτὸν τῆς αἰτίας ἀπολύων, οὐ σμικρὸν τοῦ λόγου μέρος ἐν παρεκβάσεσιν ἀνήλωσεν, οὐ μὴν δὲ καταφρονητοῖς οὔσαις, οὔτ' αὖ πάνυ ἀπροσδιονύσοις, ἀλλ' ὅμως μακροτέραις τοῦ δέοντος: ὅπως ἂν ἡ ὑπόθεσις καθ' αὑτὴν οὐκ εὐποροῦσα λόγων, ἐπεισάκτων ἀπολαύσειεν ἀγαθῶν. καὶ ταύτην γενέσθαι τοῦτ' Ἰσοκράτους καὶ Γοργίου τέχνην, Ἀριστοτέλης διδάσκει, τῶν πρὸς Θεοδέκτην ῥητορικῶν τῷ γ. τὴν δὲ περὶ κάλλους, κατ' ἰδίαν Λυκιανὸς μιμήσασθαι πραγματείαν ἐπιχειρήσας, οὐ μὴν κατορθωκέναι δοκεῖ τοῖς κριτικωτέροις τῶν φιλοσοφούντων.

ἙΛΕ'

in præsentia, sic in posterum quoq; curam tui gerere: & exercere ingenium, ut & patre dignũ te præbeas, & cæteris tuis maioribus. Nam cùm omnibus conuenit magni facere sapientiam, tum uobis, qui in multos habetis imperium, in primis. Non autem eo contentus esse debes, si ijs qui nunc sunt, iam sis præstãtior: sed indignari, si ipse, & tali præditus ingenio: & si prima origo repetatur, Ioue: sin ad proxima ueniamus, è uiro uirtute præstantissimo natus, non multum antecellas cùm cæteris, tum ijs etiam qui in pari dignitatis gradu sunt collocati. Est aũt in te situm, ne his frustrère. Nam si in studio sapientiæ perseuerâris, & tantos progressus feceris, quantos hactenus: celeriter talis euades, qualem te esse decet.

ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFII in secundam orationem.

ARgumentum huius orationis ex inscriptione satis intelligitur. Sunt autem ferè, si dicere liceat, hîc plura præter rem, quàm ad rem. Nam dum Sophistas reprehendit, dum Thesei res gestas ornat, dum Paridem excusat, dum seipsum tuetur: magna orationis pars in digresionibus, prolixis illis quidem, sed egregijs tamen, & ab instituto non prorsus alienis, consumitur: ut sterile per se argumentum, inuectis aliunde bonis locupletetur. idq; nostri autoris & Gorgiæ fuisse artificium, Aristoteles libro ad Theodecten tertio testatur. Partem de pulchritudine, peculiari opere Lucianus æmulatus est, conatu maiore, si doctis credimus, quàm successu.

ἙΛΈΝΗΣ ἘΓΚΏΜΙΟΝ, λόγος β.

διασυρμὸς τῶν παραδοξολόγων ῥητόρων.



Εἰσί τινες, οἳ μέγα φρονοῦσιν, ἢν ὑπόθεσιν ἄτοπον καὶ παράδοξον ποιησάμενοι, περὶ ταύτης ἀνεκτῶς εἰπεῖν δυνηθῶσι· καὶ καταγεγηράκασιν, οἱ μὲν οὐ φάσκοντες οἷόν τ᾽ εἶναι ψευδῆ λέγειν, οὐδ᾽ ἀντιλέγειν, οὐδὲ δύο λόγω περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀντειπεῖν· οἱ δὲ διεξιόντες, ὡς ἀνδρεία καὶ σοφία καὶ δικαιοσύνη ταυτόν ἐστι· καὶ φύσει μὲν οὐδὲν αὐτῶν ἔχομεν· μία δ᾽ ἐπιστήμη κατὰ πάντων ἐστίν. ἄλλοι δὲ περὶ τὰς ἔριδας διατρίβουσι, τὰς οὐδὲν μὲν ὠφελούσας, πράγματα δὲ παρέχειν τοῖς πλησιάζουσι δυναμένας. ἐγὼ δ᾽, εἰ μὲν ἑώρων νεωστὶ τὴν περιεργίαν ταύτην ἐν τοῖς λόγοις γεγενημένην, καὶ τούτους ἐπὶ καινότητι τῶν εὑρημένων φιλοτιμουμένους· οὐκ ἂν ὁμοίως ἐθαύμαζον αὐτούς. νῦν δὲ τίς οὕτως ὀψιμαθής ἐστιν, ὅστις οὐκ οἶδε, Πρωταγόραν, καὶ τοὺς κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένους σοφιστάς, ὅτι καὶ τοιαῦτα, καὶ πολὺ τούτων ἔτι πραγματωδέστερα συγγράμματα καταλέλοιπεν ἡμῖν; πῶς γὰρ ἄν τις ὑπερβάλοιτο Γοργίαν, ἢ τὸν τολμήσαντα λέγειν, ὡς οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστίν; ἢ Ζήνωνα, τὸν ταυτὰ δυνατὰ καὶ πάλιν ἀδύνατα πειρώμενον ἀποφαίνειν; ἢ Μέλισσον, ὃς, ἀπείρων τὸ πλῆθος πεφυκότων τῶν πραγμάτων, ὡς ἑνὸς ὄντος τοῦ παντός, ἐπεχείρησεν ἀποδείξεις εὑρίσκειν; *ἀλλ᾽ ὅμως οὕτω φανερῶς ἐκείνων ἀποδειξάντων, ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι, περὶ ὧν ἄν τις προθῆται ψευδῆ μηχανήσασθαι λόγον, ἔτι περὶ τὸν τόπον τοῦτον

*ὅτι φιλοχρηματίαν ἀντὶ καλοκἀγαθίας αἱρούμενοι, διὰ ἀσθένειαν τερατεύονται.

HELENAE LAVDATIO, HIERONYMO VVOLFIO INTERPRETE. Oratio II.

SVnt qui sibi ualde placeant, si argumentum absurdum & admirabile aggreßi, de eo tolerabiliter dicere queant: & per omnem ætatem in ore habent, alij, non posse mentiri quenquam, aut contradicere, neque duas de rebus ijsdem contrarias orationes habere: alij, fortitudinem & sapientiam & iusticiam idem esse, neque nos istarum rerum natura quicquam habere, sed unam esse scientiam, qua hæc omnia tradantur. alij tempus rixis terunt, quæ quidem utilitatis nihil afferunt, sed negocia facessere possunt auditoribus. Ego uerò, si nuper ineptias istas in eloquentiæ studium inuectas uiderem, illosq; inuentorum nouitate gloriari: eorum insolentiam non perinde mirarer. Nunc quis adeò rudis est, qui nesciat, Protagoram, ac illius temporis sophistas, & talia, & his longè operosiora scripta nobis reliquisse? Nam qui superari ab ullo posset Gorgias, qui nihil in rerum natura esse dixit, quod sit? aut Zeno, qui probare conatur, eadem & posse & non posse fieri? aut Melissus, qui, cùm res infinitæ sint, rationes inuenire conatus est, quibus demonstraret, unum quiddam esse totam rerum uniuersitatem? * Etsi autem illi tam euidenter ostenderunt, facile esse de quacunq; re, si libeat, falsam orationem comminisci: adhuc tamen in eo

Reprehensio Rhetorum, qui absurda argumenta tractant.

*Sophistas, quibus pecunia officio sit antiquior, ex ingenij imbecillitate cõfugere ad ineptias.

,, τον διατρίβουσιν: οὓς ἐχρῆν, ἀφεμένους ταύτης τῆς
,, τερθρείας, τῆς ἐν μὲν τοῖς λόγοις ἐξελέγχειν προσ-
,, ποιουμένης, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις πολὺν ἤδη χρόνον ἐξε-
,, ληλεγμένης, τὴν ἀλήθειαν διώκειν: καὶ περὶ τὰς πρά-
,, ξεις ἐν αἷς πολιτευόμεθα, τοὺς συνόντας παιδεύειν:
,, καὶ περὶ τὴν ἐμπειρίαν τὴν τούτων γυμνάζειν: ἐνθυ-
,, μουμένους, ὅτι πολὺ κρεῖττόν ἐστι περὶ τῶν χρησίμων
,, ἐπιεικῶς δοξάζειν: ἢ περὶ τῶν ἀχρήστων ἀκριβῶς
,, ἐπίστασθαι: καὶ μικρὸν προέχειν ἐν τοῖς μεγάλοις: ἢ
,, πολὺ διαφέρειν ἐν τοῖς μικροῖς, καὶ τοῖς μηδὲν πρὸς
,, τὸν βίον ὠφελοῦσιν. ἀλλὰ γὰρ οὐδενὸς αὐτοῖς ἄλ-
λου μέλει, πλὴν τοῦ χρηματίζεσθαι παρὰ τῶν νεω-
τέρων. ἔστι δ' ἡ περὶ τὰς ἔριδας φιλοσοφία, δυνα-
μένη τοῦτο ποιεῖν. οἱ γὰρ μήτε τῶν ἰδίων, μήτε τῶν
κοινῶν φροντίζοντες: τούτοις μάλιστα χαίρουσι τῶν λό-
γων: οἳ μηδὲ πρὸς ἓν χρήσιμοι τυγχάνουσιν ὄντες. τοῖς
μὲν οὖν τηλικούτοις πολλὴ συγγνώμη ταύτην ἔχειν
τὴν διάνοιαν. ἐπὶ γὰρ ἁπάντων τῶν πραγμάτων
πρὸς τὰς περιττότητας καὶ θαυματοποιίας οὕτω δια-
κείμενοι διατελοῦσι. τοῖς δὲ παιδεύειν προσποιουμέ-
νοις, ἄξιον ἐπιτιμᾶν, ὅτι κατηγοροῦσι μὲν τῶν ἐπὶ
τοῖς συμβολαίοις ἐξαπατώντων, καὶ μὴ δικαίως τοῖς
λόγοις χρωμένων: αὐτοὶ δ' ἐκείνων δεινότερα ποιοῦ-
σιν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλους τινὰς ἐζημίωσαν: οὗτοι δὲ τοὺς
συνόντας μάλιστα βλάπτουσι. τοσοῦτον δ' ἐπιδεδω-
κέναι πεποιήκασι τὸ ψευδολογεῖν: ὥσθ' ἤδη τινὲς,
ὁρῶντες τούτους ἐκ τῶν τοιούτων ὠφελουμένους, τολ-
μῶσι γράφειν: ὡς ἔστιν ὁ τῶν πτωχευόντων καὶ φευ-
γόντων βίος ζηλωτότερος, ἢ ὁ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων.
καὶ ποιοῦνται τεκμήριον, ὡς, εἰ περὶ πονηρῶν πραγ-
μάτων

loco immorantur isti: quos decuit, omißis præstigijs illis, quæ cùm uerbis alios conuincere se profiteantur, reipsa iam olim ipsæ conuictæ sunt, ueritati studere: & suos auditores in ijs rebus quæ in uita communi usum habent, erudire: atq; in actionibus ciuilibus earūq; peritia exercere: illud cogitantes, lōgè præstabilius esse, de rebus utilib. mediocres opiniones habere, quàm superuacanearum exquisitam cognitionem: & alijs paulò superiorem esse in magnis; quàm in paruis, præsertim ijs quæ uitam nihil adiuuant, multum excellere. Verùm istis nihil aliud curæ est, nisi ut ab adolescentibus pecuniā auferant: idq; præstare potest rixarū illa contentio. Nam qui neq; publicam, neq; priuatam rem curāt: hi disputationibus illis delectantur maximè, quæ prorsus omni carent utilitate. Ac adolescentibus quidem omnino uenia huius erroris danda est: cùm omnibus in rebus ea maximi faciant, quæ superuacanea sunt, & à communi sensu abhorrent. Qui autem magistros se perhiberi uolunt, reprehendendi sunt: qui, cùm eos accusent, qui in contractibus fraudant & fallunt aliquos, & sermone ad iniurias abutuntur: ipsi multo grauius delinquūt. Nam illi quidem damnū dant alienis: hi uerò suis familiaribus potißimùm incommodant: mentiendi licentia tantopere aucta, ut iam quidam, dum istos huiusmodi rebus ditari uident, scribere audeant, mendicorum & exulum uitam magis expetendam esse, quàm hominum cæterorum. Id autem uenantur, ut uulgo persuadeant, se, cùm de rebus ita impro-

μάτων ἔχουσι τὶ λέγειν· περὶ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ῥᾳ-
δίως εὐπορήσουσιν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ πάντων εἶναι κατα-
γελαστότατον, τὸ διὰ τούτων τῶν λόγων ζητεῖν πείθειν,
ὡς περὶ τῶν πολιτικῶν ἐπιστήμην ἔχουσιν· ἐξὸν ἐν αὐτοῖς
,, οἷς ἐπαγγέλλονται τὴν ἀπόδειξιν ποιεῖσθαι. τοὺς γὰρ ἀμ-
,, φισβητοῦντας τοῦ φρονεῖν, καὶ φάσκοντας εἶναι σοφι-
,, στὰς, οὐκ ἐν τοῖς ἠμελημένοις ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐλλείπων,
,, ἀλλ' ἐν οἷς ἅπαντές εἰσιν ἀνταγωνισταὶ, προσήκει δια-
,, φέρειν, καὶ κρείττους εἶναι τῶν ἰδιωτῶν. νῦν δὲ παραπλή-
σιον ποιοῦσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις προσποιοῖτο κράτιστος
εἶναι τῶν ἀθλητῶν, ἐνταῦθα καταβαίνων, οὗ μηδεὶς
ἂν ἄλλος ἀξιώσειε. τίς γὰρ ἂν τῶν εὖ φρονούντων, συμ-
φορὰς ἐπαινεῖν ἐπιχειρήσειεν; ἀλλὰ δῆλον, ὅτι δι' ἀ-
σθένειαν ἐνταῦθα καταφεύγουσιν. ἔστι γὰρ τῶν μὲν τοιού-
των συγγραμμάτων μία τις ὁδὸς· ἣν οὔθ' εὑρεῖν, οὔ-
,, τε μαθεῖν, οὔτε μιμήσασθαι δύσκολόν ἐστιν. οἱ δὲ κοι-
,, νοὶ καὶ πιστοὶ καὶ τούτοις ὅμοιοι τῶν λόγων, διὰ πολ-
,, λῶν ἰδεῶν καὶ καιρῶν δυσκαταμαθήτων εὑρίσκονταί
,, τε καὶ λέγονται· καὶ τοσούτῳ χαλεποτέραν ἔχουσι τὴν
,, σύνθεσιν, ὅσωπερ τὸ σεμνύνεσθαι τοῦ σκώπτειν, καὶ τὸ
,, σπουδάζειν τοῦ παίζειν ἐπιπονώτερόν ἐστι. σημεῖον δὲ μέ-
γιστον. τῶν μὲν γὰρ τοὺς βομβυλιοὺς, καὶ τοὺς ἅλας,
καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαινεῖν οὐδεὶς πώ-
ποτε λόγων ἠπόρησεν. οἱ δὲ περὶ τῶν ὁμολογουμένων
ἀγαθῶν ἢ καλῶν, ἢ τῶν διαφερόντων ἐπ' ἀρετῇ τι
λέγειν ἐπιχειρήσαντες· πολὺ καταδεέστερον τῶν ὑπαρ-
χόντων ἅπαντες εἰρήκασιν. οὐ γὰρ τῆς αὐτῆς γνώμης ἐστὶν,
,, ἀξίως εἰπεῖν περὶ ἑκατέρων αὐτῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν μι-
,, κρὰ ῥᾴδιον τοῖς λόγοις ὑπερβαλέσθαι· τῶν δὲ χα-
,, λεπῶν τοῦ μεγέθους ἐφικέσθαι· καὶ περὶ μὲν τῶν δόξαν
ἐχόν-

improbatis uerba ſuppetant, ad res præclaras exponẽdas luculẽta oratione facilè abũdaturos. Mihi uerò nihil æquè ridiculum uidetur, ac quòd iſtis rationib. probare ſtudent, ſe rerũ ciuiliũ peritos eſſe: cùm in iis ipſis quæ pollicentur, ſpecimen eruditionis ſuæ præbere poſſent. Nã qui prudẽtia præſtare cæteris, et Sophiſtæ uideri uolunt, excellere ac ſuperare indoctos debẽt: nõ rebus quas alij Græci negligũt, ſed iis quas uniuerſi æmulãtur. Nũc perinde faciũt, ac ſi is, qui ſe pugilũ præſtãtiſsimũ eſſe profiteatur, eũ in locũ deſcendat, quò nemo ſequi dignetur. Quis enim ſanæ mentis homo calamitates laudare inſtituat? Facilè igitur cernitur, eos ob ingeniorũ infirmitatẽ huc confugere. Eſt enim eiuſmodi ſcriptionum una quædã uia, nec ad inueniendũ, nec ad diſcendũ, nec ad imitandũ difficilis. Communes aũt et fide dignæ et uериſimiles orationes, per multas formas & obſeruationes cognitu difficiles, tũ inueniuntur, tũ diſcũtur: ac tanto difficilius cõponuntur, quanto grauitas, ſcurrarum leuitate, res ſeria, ludis & iocis eſt laborioſior. Idq́ue ex eo intelligitur, quòd neminem unquam, qui apiculas, & ſalem, & reliqua eius generis laudare uoluit, uerba defecerunt. Qui uerò de rebus omnium cõfeſsione præclaris & bonis, aut uiris uirtute præſtantib. aliquid dicere conati ſunt: hi uniuerſi longè tenuius dixerũt, quàm argumenti magnitudo poſtulabat. Non enim eiuſdẽ eſt ingenij, pro utrorũq́ue dicere dignitate: ſed ut expeditũ, parua, oratione ſuperare: ſic ingentiũ æquare dicendo magnitudinẽ, difficilimũ. Ac de rebus luculentis

difficile

,, ἐχόντων ῥᾴδιον εὑρεῖν, ὃ μηδεὶς πρότερον εἴρηκε· πε-
,, ρὶ δὲ τῶν φαύλων καὶ ταπεινῶν, ὅ, τι ἂν τις τύχῃ φθεγ-
ξάμενος, ἅπαν ἴδιόν ἐστι. Διὸ καὶ τὸν γράψαντα
περὶ τῆς Ἑλένης, ἐπαινῶ μάλιστα τῶν εὖ λέγειν τι
βουληθέντων· ὅτι περὶ τοιαύτης ἐμνήσθη γυναικός, ἣ
καὶ τῷ γένει, καὶ τῷ κάλλει, καὶ τῇ δόξῃ, πολὺ διή-
νεγκεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτον μικρόν τι παρέλαθε.
φησὶ γὰρ ἐγκώμιον γεγραφέναι περὶ αὐτῆς· τυγχάνει δ'
ἀπολογίαν εἰρηκὼς ὑπὲρ τῶν ἐκείνῃ πεπραγμέ-
νων. ἔστι δ' οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν ἰδεῶν, οὐδὲ περὶ τῶν
,, αὐτῶν ἔργων ὁ λόγος· ἀλλ' ἅπαν τοὐναντίον. ἀπο-
,, λογεῖσθαι μὲν γὰρ προσήκει περὶ τῶν ἀδικεῖν αἰτίαν
,, ἐχόντων· ἐπαινεῖν δὲ τοὺς ἐπ' ἀγαθῷ τινὶ διαφέρον-
τας. ἵνα δὲ μὴ δοκῶ τὸ ῥᾷστον ποιεῖν, ἐπιτιμᾶν τοῖς
ἄλλοις, μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἐμαυτοῦ· πειράσομαι
περὶ αὐτῆς ταύτης εἰπεῖν· παραλιπὼν ἅπαντα τὰ τοῖς
ἄλλοις εἰρημένα. Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τοῦ λόγου, ποιή-
σομαι τὴν ἀρχὴν τοῦ γένους αὐτῆς. πλείστων γὰρ ἡμι-
θέων γεννηθέντων ὑπὸ Διός· μόνης ταύτης τῆς γυναι-
κὸς πατὴρ ἠξίωσε κληθῆναι. σπουδάσας δὲ μάλι-
στα περὶ τὸν ἐξ Ἀλκμήνης· τοσούτῳ μᾶλλον Ἑλένην
Ἡρακλέους προὐτίμησεν· ὥστε τῷ μὲν ἰσχὺν ἔδωκεν·
,, ἣ βίᾳ τῶν ἄλλων ἁπάντων κρατεῖν δύναται· τῇ δὲ
,, κάλλος ἀπένειμεν· ὃ καὶ τῆς ῥώμης αὐτῆς ἄρχειν πέ-
,, φυκεν. εἰδὼς δὲ τὰς λαμπρότητας καὶ τὰς ἐπι-
,, φανείας, οὐκ ἐκ τῆς ἡσυχίας, ἀλλ' ἐκ τῶν πολέ-
,, μων καὶ τῶν ἀγώνων γιγνομένας· καὶ βουλόμενος
αὐτοῖς μὴ μόνον τὰ σώματα εἰς θεοὺς ἀναγαγεῖν· ἀλ-
λὰ καὶ τὰς δόξας ἀειμνήστους καταλιπεῖν· τοῦ μὲν
ἐπίπονον καὶ φιλοκίνδυνον τὸν βίον κατέστησε· τῆς δὲ
περί-

προσιντικὴ προκατάληψις, ὅτι καὶ μετὰ Γοργίαν, ἔξεστιν ἐπαινεῖν τὴν Ἑλένην.

ἀπὸ τοῦ γένους ἡ σύγκρισις Ἑλένης καὶ πρὸς Ἡρακλέα, κάλλους ἢ πρὸς ῥώμην.

difficile est aliquid afferre in medium, quod nemo antè usurpârit: de reb. aût cōtemptis & humilibus, quicquid uel in buccam uenerit, omne propriū fuerit. Quapropter eū, qui de Helena scripsit, maximè laudo inter eos, qui dicēdo aliquid illustrare noluerūt: quòd eam mulierē celebrandam duxit, quæ & genere & forma & gloria multū excelluit. Sed & illū tamen paruū quiddam fefellit. Nā cùm se laudationē scribere profiteatur: defensionem potius factorū illius edidit. Neq; uerò eiusdē generis est, nec de rebus ijsdē habetur oratio: imò nihil fieri posset magis cōtrariū. Defendēdi enim sunt, qui criminis alicuius accusantur: laudandi, qui bono quopiam alijs antecellunt. Ne uerò id, quod facilimum est, facere uidear, ut in reprehensione aliorum nihil ipse meum proferam: de hac ipsa facere uerba conabor, prætermissis omnib. ijs quæ cæteri dixerunt. Orationis autem à primordio generis ipsius ducam exordium. Nam cum semidei plurimi à Ioue procreati sint: solius huius mulieris pater uocari uoluit: & quamuis Alcmenæ filium maximi fecerit: tanto plus tamen honoris Helenæ habuit: ut illi robur dederit, quod ui cæteros omnes uincere potest: huic pulchritudinem attribuerit, quæ ipsi robori solet imperare. Quia uerò non quiete & ocio, sed bellis & periculis splendorem atq; excellentiam comparari sciebat: nec eorum corpora tantùm immortalitate donare, sed ipsos etiam perpetuitate nominis ornare decreuerat: alterius uitam laboribus & periculis plurimis obnoxiam esse uoluit: alterius natu-

Attētio, cū occupatione: etiā post Gorgiā Helenæ laudādæ esse locum.

I. Nobilitas & comparatio Helenæ cum Hercule: & formæ cū robore.

β. τὸ κάλλος πιστούμενον διὰ τῶν μνηστήρων.

περίβλεπτον καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν ἐποίησε. Καὶ
πρῶτον μὲν θησεὺς, ὁ λεγόμενος μὲν αἰγέως, γενό-
μενος δ' ἐκ ποσειδῶνος, ἰδὼν αὐτὴν οὔπω μὲν ἀκ-
μάζουσαν, εἴδει δὲ τῶν ἄλλων διαφέρουσαν: τοσοῦτον ἡττή-
θη τοῦ κάλλους, κρατεῖν τῶν ἄλλων εἰθισμένος: ὥσθ', ὑ-
παρχούσης αὐτῷ καὶ πατρίδος μεγίστης, καὶ βα-
σιλείας ἀσφαλεστάτης: ἡγησάμενος οὐκ ἄξιον εἶναι
ζῆν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς, ἄνευ τῆς πρὸς ἐκεί-
νην οἰκειότητος: ἐπειδὴ παρὰ τῶν κυρίων οὐχ οἷός τ'
ἦν αὐτὴν λαβεῖν: ἀλλ' ἀνέμενον τήν τε τῆς παιδὸς
ἡλικίαν, καὶ τὸν χρησμὸν τὸν παρὰ τῆς πυθίας: ὑ-
περιδὼν τὴν ἀρχὴν τὴν τυνδάρεω: καὶ καταφρο-
νήσας τῆς ῥώμης τῆς κάστορος καὶ πολυδεύκους: καὶ
πάντων τῶν ἐν λακεδαίμονι δεινῶν ὀλιγωρήσας:
βίᾳ λαβὼν αὐτὴν, εἰς ἄφιδναν τῆς ἀττικῆς ἐκόμι-
σε. καὶ τοσαύτην χάριν ἔσχε πειρίθῳ, τῷ μετασχόντι
τῆς ἁρπαγῆς: ὥστε, βουληθέντος αὐτοῦ μνηστεῦσαι κό-
ρην τὴν διὸς καὶ δήμητρος: καὶ παρακαλοῦντος
αὐτὸν ἐπὶ τὴν εἰς ἅδου κατάβασιν: ἐπειδὴ συμβουλεύων
οὐχ οἷός τ' ἦν ἀποτρέπειν: προδήλου τῆς συμφορᾶς
„ οὔσης, ὅμως αὐτῷ συνηκολούθησε: νομίζων, ὀφείλειν
„ τοῦτον τὸν ἔρανον, μηδενὸς ἀποστῆναι τῶν ὑπὸ πει-
„ ρίθου προσταττομένων: ἀνθ' ὧν ἐκεῖνος αὐτῷ συνε-
κινδύνευσεν. Εἰ μὲν οὖν ὁ ταῦτα πράξας, εἷς ἦν τῶν
τυχόντων: ἀλλὰ μὴ τῶν πολὺ διενεγκόντων: οὐκ ἂν
πω δῆλος ἦν ὁ λόγος, πότερον Ἑλένης ἔπαινος,
ἢ κατηγορία θησέως ἐστί; νῦν δὲ, τῶν μὲν ἄλλων, τῶν
εὐδοκιμησάντων, εὑρήσομεν, τὸν μὲν ἀνδρείας, τὸν δὲ
σοφίας, τὸν δ' ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων μερῶν ἀπε-
στερημένον: τοῦτον δὲ μόνον οὐδενὸς ἐνδεᾶ γενόμενον:
ἀλλὰ

παρέκβασις ἐγκωμιαστικὴ θησέως, τοῦ πρώτου ἁρπάσαντος ἑλένην: κατὰ σύγκρισιν ἢ προκατάληψιν.

naturam illustrem & expetendam reddidit. Ac primùm Theseus, Aegei uerbo, reipsa Neptuni filius, uisa ea, dum quidem immatura esset adhuc, sed alijs forma præstaret: usque adeò pulchritudine eius superatus est is, qui alios uincere solebat: ut, cùm patriam haberet amplißimam, & regnum tutißimum: in illis ipsis bonis absque huius familiaritate uitam sibi acerbam fore putaret. Sed quia eorum uoluntate, quorum erat autoritas, ea potiri non poterat (nam illi & ætatem puellæ, & oraculum Delphicum expectabant) despecto Tyndarei regno, & Castoris Pollucisque uiribus, & periculis omnibus, quæ à Lacedæmonijs impendebant, neglectis, Aphidnam, Atticæ oppidum, ui raptam pertulit: tantoque se Pirithoi beneficio, qui eius rapiendæ socius fuerat, affectum esse putauit: ut, cùm ille ambire Proserpinam, Iouis & Cereris filiam, uellet: eumque, ut secum ad inferos descenderet, rogaret: cùm dehortando & dissuadendo nihil profecisset: quanquam in conspectu erat calamitas, tamen eum comitatus sit: existimans, hanc mercedem eius debere meritis, & susceptæ unà periculi societati: ne ulla Pirithoi iussa detrectaret. Quòd si is qui hæc egit, uulgaris aliquis fuisset, & non uir excellentißimus: nondum constaret, utrum hæc oratio laus Helenæ, an Thesei potius esset accusatio? Nunc inter cæteros illustres uiros, alium fortitudinis, alium sapientiæ laude, alios alijs huiusmodi uirtutibus caruisse reperias: huic uerò soli defuisse nihil:

II. Formæ præstantiā comprobat excellentia procorum.

Digreßio in Thesei laudes, primi raptoris, per occupationē & collationem.

ἀλλὰ παντελῆ τὴν ἀρετὴν κεκτημένον. δοκεῖ δέ
μοι, περὶ αὐτοῦ καὶ διὰ μακροτέρων εἰπεῖν. ἡγοῦμαι γὰρ
ταύτην μεγίστην εἶναι πίστιν τοῖς βουλομένοις Ἑλένην
ἐπαινεῖν: ἢν ἐπιδείξωμεν, τοὺς ἀγαπήσαντας καὶ θαυ-
μάσαντας ἐκείνην, αὐτοὺς τῶν ἄλλων θαυμαστοτέρους ὄν-
,, τας. ὅσα μὲν γὰρ ἐφ' ἡμῶν γέγονεν: εἰκότως ἂν ταῖς δό-
,, ξαις ταῖς ἡμετέραις αὐτὰ διακρίνοιμεν. περὶ δὲ τῶν οὕτω
,, παλαιῶν, προσήκει τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον εὖ φρο-
,, νήσασιν ὁμονοοῦντας ἡμᾶς φαίνεσθαι. κάλλιστον μὲν
οὖν περὶ θησέως τοῦτ' εἰπεῖν ἔχω: ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν
χρόνον ἡρακλεῖ γενόμενος: ἐφάμιλλον τὴν ἑαυτοῦ
δόξαν πρὸς τὴν ἐκείνου κατέστησεν. οὐ γὰρ μόνον τοῖς
ὅπλοις ἐκοσμήσαντο παραπλησίως: ἀλλὰ καὶ τοῖς
ἐπιτηδεύμασιν ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς: πρέποντα τῇ
συγγενείᾳ ποιοῦντες. ἐξ ἀδελφῶν δὲ γεγονότες: ὁ
μὲν ἐκ διός, ὁ δ' ἐκ ποσειδῶνος: ἀδελφὰς καὶ τὰς
ἐπιθυμίας ἔσχον. μόνοι γὰρ οὗτοι τῶν προγεγενημένων
ὑπὲρ τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων ἀθληταὶ κατέστησαν.
συνέβη δὲ τὸν μὲν ὀνομαστοτέρους καὶ μείζους: τὸν δ'
ὠφελιμωτέρους, καὶ τοῖς ἕλλησιν οἰκειοτέρους ποιήσα-
σθαι τοὺς κινδύνους. τῷ μὲν γὰρ εὐρυσθεὺς προσέτατ-
τε, τάς τε βοῦς τὰς ἐξ ἐρυθείας ἀγαγεῖν: καὶ τὰ μῆλα
τῶν ἑσπερίδων ἐνεγκεῖν: καὶ τὸν κέρβερον ἀναγαγεῖν:
καὶ τοιούτους πόνους ἄλλους: ἐξ ὧν ἤμελλεν οὐ τοὺς ἄλ-
,, λους ὠφελεῖν: ἀλλ' αὐτὸς κινδυνεύσειν. ὁ δ' αὐτὸς
,, αὑτοῦ κύριος ὤν: τούτους προῄρητο τῶν ἀγώνων: ἐξ
,, ὧν ἔμελλεν, ἢ τῶν ἑλλήνων, ἢ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος
,, εὐεργέτης νομισθήσεσθαι. καὶ τόν τε ταῦρον, τὸν ἀνεθέν-
τα μὲν ὑπὸ ποσειδῶνος: τὴν δὲ χώραν λυμαινόμε-
νον: ὃν πάντες οὐκ ἐτόλμων ὑπομένειν: μόνος χειρω-
σάμενος

τὰ θησέως ἔργα τῶν ἡρακλέους ἄθλων προτιμᾷ.

sed uirtutem numeris omnibus absolutã contigisse. Lubet autem de eo dicere prolixius. Nam laudatores Helenæ, hoc argumento maximam sibi fidem conciliaturos existimo: si ostenderint, amatores & admiratores eius, ipsos alijs admirabiliores extitisse. Nam quæ nostra ætate facta sunt: de ijs haud iniuria nostrum iudicium interponimus. In rebus uerò à nostra memoria ita remotis, par nos est illorum temporum prudentibus uiris assentiri. Ac pulcherrimum de Theseo dicere illud habeo, quòd Herculis temporibus natus, ita se gessit, ut parem cum illo gloriam consequeretur. Nec enim simili armorum genere duntaxat sese ornarunt: sed eadem quoque studia coluerunt: ut decebat eorum necessitudinem. E fratribus enim geniti, alter Ioue, Neptuno alter: fraternas etiam cupiditates habuerunt. Nam hi soli ex omni memoria, pro defensione humani generis, pugilum instar, semper uelut in procinctu steterunt. Sic autem contigit, ut alter celebriora & maiora: alter utiliora & coniunctiora Græcis certamina subiret. Nam illi Euristheus imperabat, ut boues ex Erythea abigeret: ut mala Hesperidum afferret: ut Cerberum adduceret: & alios eius generis labores susciperet: quibus nihil alijs commodaret: sed ipse in discrimen atque periculum uocaretur. Hic uerò cum sui iuris esset, ea certamina delegit, quibus uel Græciam, uel patriam suam beneficijs sibi obligaret. Proinde cum taurum & à Neptuno immissum, & Atticam uastantem, cum quo uniuersi congredi non audebant, solus ipse do-

Facta Thesei rebus ab Hercule gestis antepo-nit.

 muit,

σάμενος: μεγάλου φόβου καὶ μεγάλης ἀπορίας πάντας τοὺς οἰκοῦντας τὴν πόλιν ἀπήλλαξε. καὶ μετὰ ταῦτα λαπίθαις σύμμαχος γενόμενος: καὶ στρατευσάμενος ἐπὶ κενταύρους, τοὺς διφυεῖς: οἳ καὶ τάχει, καὶ ῥώμῃ, καὶ τόλμῃ διενεγκόντες, τὰς μὲν ἐπόρθουν, τὰς δ' ἔμελλον, ταῖς δ' ἠπείλουν τῶν πόλεων: τούτους μάχῃ νικήσας, εὐθὺς μὲν αὐτῶν τὴν ὕβριν ἔπαυσεν: οὐ πολλῷ δ' ὕστερον τὸ γένος ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισε. περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, τὸ τέρας τὸ τραφὲν μὲν ἐν Κρήτῃ: γενόμενον δ' ἐκ πασιφάης, τῆς ἡλίου θυγατρός: ᾧ κατὰ μαντείαν δασμὸν τῆς πόλεως δὶς ἑπτὰ παῖδας ἀποστελλούσης: ἰδὼν αὐτοὺς ἀγομένους, καὶ πανδημεὶ προπεμπομένους ἐπὶ θάνατον ἄνομον καὶ προῦπτον: καὶ πενθουμένους ἔτι ζῶντας: οὕτως ἠγανάκτη-
,, σεν, ὥσθ' ἡγήσατο, κρεῖττον εἶναι τεθνάναι μᾶλλον, ἢ
,, ζῆν αἰσχρῶς, ἄρχων τῆς πόλεως, τῆς οὕτως οἰκτρὸν
,, τοῖς ἐχθροῖς φόρον ὑποτελεῖν ἠναγκασμένης. σύμπλους δὲ γενόμενος, καὶ κρατήσας φύσεως ἐξ ἀνδρὸς μὲν καὶ ταύρου μεμιγμένης: τὴν δ' ἰσχὺν ἐχούσης οἵαν προσήκει τὴν ἐκ σωμάτων τοιούτων συγκειμένην: τοὺς μὲν παῖδας διασώσας τοῖς γονεῦσιν ἀπέδωκεν: τὴν δὲ πόλιν, οὕτως ἀνόμου τε δεινοῦ καὶ δυσαπαλλάκτου προστάγματος ἠλευθέρωσεν. ἀπορῶ δ', ὅ, τι χρήσωμαι τοῖς ἐπιλοίποις. ἐπιστὰς γὰρ ἐπὶ τὰ θησέως ἔργα, καὶ λέγειν ἀρξάμενος περὶ αὐτῶν: ὀκνῶ μὲν μεταξὺ παύσασθαι, καὶ παραλιπεῖν τὴν σκείρωνος καὶ κερκύονος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων παρανομίαν: πρὸς οὓς ἀνταγωνιστὴς γενόμενος ἐκεῖνος, πολλῶν καὶ με-
,, γάλων συμφορῶν τοὺς ἕλληνας ἀπήλλαξεν. αἰσθά-
,, νομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῶν καιρῶν: καὶ

Διαπόρησις προκαταληπτική τε καὶ παρακλητικὴ, προσοχὴν ἀνακαινίζουσα.

δέδοι-

muit, magnoq́ metu & magna omnes qui urbem incolebant trepidatione liberauit: tum inita cum Lapithis societate, & expeditione contra Centauros bimembres, & celeritate & uiribus & audacia præstantes, suscepta: qui urbes alias uastârant, aliis imminebant, aliis minitabantur: his prælio uictis: mox & eorum ferociæ modum statuit: neque multo pòst genus omne prorsus deleuit. Circa eadẽ tempora cũ monstrũ illud in Creta educatũ: atq; ex Pasiphae Solis filia natũ extitisset: cui tributi nomine nostra urbs bis septenos pueros ex oraculo mittebat; cum uideret eos duci, toto populo comitante, ad necem indignam, certumq́ interitum: & uiuentes adhuc lugeri pro mortuis: tanta indignatione exarsit; ut potius esse duxerit emori, quàm uiuere turpiter: & imperare ciuitati, quæ tam miserabile tributũ hostibus péndere cogeretur. Conscenso igitur unà cum illis nauigio: & ea natura superata: quæ quidem è uiro & tauro conflata esset: tantoq́ robore polleret, quanto par est eam, quæ talibus corporibus constat: non pueros solùm parentib. incolumes restituit: sed urbem etiam tam iniusto, tamq́ acerbo & ineuitabili edicto liberauit. Equidẽ sum animi dubius, quid consilij de reliquis capiam. Posteaquã enim ad Thesei facinora perueni, deq́ illis dicere cœpi: uereor ut deceat, in medio ueluti cursu oratione abrupta, Scironis & Cercyonis, aliorumq́ eius generis immanitatem prætermittere: quib. ille fortiter superatis, multarũ et magnarũ calamitatũ Græcis remediũ attulit. Sed me excedere modũ, ac

Occupatio, per dubitationem & præteritionem, attentionem renouans.

δέδοικα, μή τισι δόξω περὶ τούτου μᾶλλον σπουδάζειν ἢ περὶ ἧς τὴν ἀρχὴν ὑπεθέμην. ἐξ ἀμφοτέρων οὖν τούτων αἱροῦμαι, τὰ μὲν πλεῖστα παραλιπεῖν, διὰ τοὺς δυσκόλως ἀκροωμένους· περὶ δὲ τῶν ἄλλων ὡς ἂν δύνωμαι συντομώτατα διελθεῖν: ἵνα τὰ μὲν ἐκείνοις, τὰ δ' ἐμαυτῷ χαρίσωμαι: καὶ μὴ παντάπασιν ἡττηθῶ τῶν εἰθισμένων φθονεῖν: καὶ τοῖς λεγομένοις ἅπασιν ἐπιτιμᾶν.

μετάβασις ἐπὶ τοὺς θησέως πολέμους.

τὴν μὲν οὖν ἀνδρείαν ἐν τούτοις ἐπεδείξατο τοῖς ἔργοις: ἐν οἷς αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἐκινδύνευσε, τὴν δ' ἐπιστήμην, ἣν εἶχε πρὸς τὸν πόλεμον, ἐν ταῖς μάχαις: ἐν αἷς μεθ' ὅλης τῆς πόλεως ἠγωνίσατο· τὴν δ' εὐσέβειαν τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς, ἐπί τε ταῖς ἀδράστου καὶ ταῖς τῶν παίδων τῶν ἡρακλέους ἱκετείαις. τοὺς μὲν γὰρ, μάχῃ νικήσας πελοποννησίους, διέσωσε: τῷ δὲ τοὺς ὑπὸ τὴν Καδμείαν τελευτήσαντας, βίᾳ θηβαίων, θάψαι παρέδωκε. τὴν δ' ἄλλην ἀρετὴν καὶ τὴν σωφροσύνην ἔν τε τοῖς προειρημένοις: καὶ μάλιστα ἐν οἷς τὴν πόλιν διῴκησεν.

δημοκρατίας κατάστασις πρὸς τυραννίδα ἀντιπαραβαλλομένης.

ὁρῶν γὰρ τοὺς βίᾳ τῶν πολιτῶν ἄρχειν ζητοῦντας, ἑτέροις δουλεύοντας: καὶ τοὺς ἐπικίνδυνον τὸν βίον τοῖς ἄλλοις καθιστάντας, αὐτοὺς περιδεῶς ζῶντας: καὶ πολεμεῖν ἀναγκαζομένους, μετὰ μὲν τῆς πόλεως πρὸς τοὺς ἐπιστρατευομένους: μετ' ἄλλων δέ τινων πρὸς τοὺς συμπολιτευομένους: ἔτι δὲ συλῶντας μὲν τὰ τῶν θεῶν: ἀποκτιννύντας δὲ τοὺς βελτίστους τῶν πολιτῶν: ἀπιστοῦντας δὲ τοῖς οἰκειοτάτοις: οὐδὲν δ' ἀθυμότερον ζῶντας τῶν ἐπὶ θανάτῳ συνειλημμένων: ἀλλὰ τὰ μὲν ἔξω ζηλουμένους: αὐτοὺς δὲ παρ' αὐτοῖς μᾶλλον τῶν ἄλλων λυπουμένους (τί γάρ ἐστιν ἄλγιον, ἢ ζῆν ἀεὶ δεδιότα, μή τις αὐτὸν τῶν παρεστώτων ἀποκτείνῃ: καὶ μηδὲν ἧττον φοβούμενον τοὺς φυ-

λάττον-

prouidendũ eſſe uideo: ne qui me putẽt de hoc laborare magis; quàm de ea, propter quã hæc inſtituta fuit oratio. Quæ utraq; cùm ita ſe habeãt, plurima trãſire ſilentio ſtatui, propter moroſos auditores: ac cætera quàm potero breuiſſimè percurrere: ut partim illis, partim mihi ipſe gratificer: neq; prorſus illis cedã, qui obtrectare, atq; omnia quæ dicũtur, cauillari cõſueuerũt. Fortitudinis igitur ſuæ ſpecimen in his facinorib. edidit: quibus ipſe ſolus pugnauit: rei militaris aũt ſcientiã in prælijs oſtendit: quæ totius ciuitatis copijs munitus fecit: pietatẽ porrò erga Deos immortales in Adraſti et liberorũ Herculis ſupplicationib. Nã hos, prælio uictis Peloponnenſibus, cõſeruauit: illi, eos qui ſub Cadmea ceciderant, Thebanis inuitis, ſepeliendos tradidit. Cæteras uerò uirtutes & moderationẽ, cùm in his quæ iam diximus, tum in urbis adminiſtrandæ ratione. Cum enim animaduerteret, eos qui ciuibus per uim imperare ſtuderent, ſeruire alijs: & qui cæteris uitã periculoſam redderent, ipſos metu perterritos uiuere: cogiq; bella gerere, ciuibus quidẽ adiutoribus contra externos hoſtes: copijs uerò aliunde paratis contra ipſos ciues: præterea ſpoliare templa Deorũ: & optimos quoſq; ciues interficere: & diffidere coniũctiſſimis: & nihilo uiuere tranquillius, quàm eos, qui in uincula coniecti, iudicium capitis ſubituri ſunt: & cum foris felices uideantur, ipſos intra ſeſe pluribus quàm alios confici moleſtijs (quid enim acerbius eſt, quàm in perpetuo uiuere metu, ne à proximo quoq; iuguleris: & cuſtodes non minus

Bella Theſei.

Democratiæ conſtitutio cũ tyrannide cõparatæ.

,, λάπτοντας, ἢ τοὺς ἐπιβουλεύοντας;) τούτων ἁπάντων
,, καταφρονήσας: καὶ νομίσας, οὐκ ἄρχοντας, ἀλλὰ νο-
,, σήματα τῶν πόλεων εἶναι τοὺς τοιούτους: ἀπέδειξεν,
,, ὅτι ῥᾷόν ἐστιν, ἅμα τυραννεῖν: καὶ μηδὲν χεῖρον διακεῖ-
σθαι τῶν ἐξ ἴσου πολιτευομένων. καὶ πρῶτον μὲν τὴν
πόλιν σποράδην καὶ κατὰ κώμας οἰκοῦσαν, εἰς ταὐτὸν
συναγαγὼν, τηλικαύτην ἐποίησεν: ὥστ' ἔτι καὶ νῦν,
ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου, μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων
εἶναι. μετὰ δὲ ταῦτα, κοινὴν τὴν πατρίδα καταστή-
σας, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πολιτευομένων ἐλευθερώ-
σας: ἐξ ἴσου τὴν ἅμιλλαν αὐτοῖς περὶ τὴν ἀρχὴν ἐποίη-
σε: πιστεύων μὲν, ὁμοίως αὐτῶν περιέξειν ἀσκούντων, ὥσ-
,, περ ἀμελούντων· εἰδὼς δὲ, τὰς τιμὰς ἡδίους οὔσας, τὰς
,, παρὰ τῶν μέγα φρονούντων, ἢ τὰς παρὰ τῶν δου-
,, λευόντων: τοσοῦτον ἐδέησεν ἀκόντων τι ποιεῖν τῶν
πολιτῶν: ὥσθ' ὁ μὲν τὸν δῆμον καθίστη κύριον τῆς
πολιτείας: οἱ δὲ μόνον αὐτὸν ἄρχειν ἠξίουν: ἡγούμενοι,
πιστοτέραν, καὶ κοινοτέραν εἶναι τὴν ἐκείνου μοναρ-
,, χίαν, τῆς αὐτῶν δημοκρατίας. οὐ γὰρ, ὥσπερ ἕτεροι, τοὺς
,, μὲν πόνους ἄλλοις προσέταττε: τῶν δ' ἡδονῶν αὐτὸς
,, μόνος ἀπέλαυεν: ἀλλὰ τοὺς μὲν κινδύνους ἰδίους ἐ-
,, ποιεῖτο: τὰς δ' ὠφελείας ἅπασιν εἰς τὸ κοινὸν ἀπεδί-
,, δου. καὶ γάρ τοι διετέλεσε τὸν βίον οὐκ ἐπιβουλευόμενος,
,, ἀλλ' ἀγαπώμενος: οὐδ' ἐπακτῷ δυνάμει τὴν ἀρ-
,, χὴν διαφυλάττων: ἀλλὰ τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ δορυ-
,, φορούμενος: τῇ μὲν ἐξουσίᾳ τυραννῶν: ταῖς δ' εὐεργε-
σίαις δημαγωγῶν. οὕτω γὰρ νομίμως καὶ καλῶς διῴκει
τὴν πόλιν: ὥστ' ἔτι καὶ νῦν ἴχνος τῆς ἐκείνου πρᾳό-
τητος ἐν τοῖς ἤθεσιν ἡμῶν καταλελεῖφθαι.* τὴν δὴ
γεννηθεῖσαν μὲν ὑπὸ Διός: κρατήσασαν δὲ τοιαύτης

ἀρετῆς

συνοικισμὸς ἀθηναίων, καὶ ἰσοτιμία.

* ἐπάνοδος ἤδη τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ἐφαρμογὴ τοῦ θησέως τῇ ἑλένῃ.

formidare, quàm insidiatores?) His igitur omnib. cõtemptis, cũ id genus hominũ nõ esse principes, sed pestes ciuitatũ existimaret: facilius esse demonstrauit, simul & imperare, & nihilo deteriore esse cõditione, quàm eos qui pari & æquo iure uiuũt cũ cæteris ciuib. Ac primùm ciuitatẽ, quæ prius sparsim & uicatim habitabat, in unũ locũ congregatã, effecit tantã, ut etiã nunc ex eo tempore Græcarũ urbiũ sit amplissi na. Deinde patriã cõmunem omnibus constituit: & liberatis ciuiũ animis, in cõtentione honorũ, parẽ aditũ ad magistratus omnibus esse uoluit. Confidebat enim, se non minus fore principẽ, si sese exercerẽt, quàm si ignauia torperent. Cũ aũt sciret, eos honores longè suauiores esse, qui à uiris magnanimis deferrẽtur, quàm eos qui à seruitute oppressis haberentur, tantũ abfuit, ut quicquã ciuibus inuitis ageret: ut & ipse summã rerum administrare populũ iuberet: & illi solũ eũ regnare uellẽt: existimãtes, eius monarchiã fideliorẽ & æquiorẽ esse, quàm suã democratiã. Non enim, quod alij solent, labores ciuibus mandabat, uoluptates solus ipse capiebat: sed pericula sibi priuatim uendicabat, utilitates in commune conferebat. Itaq; uitam & sine ullis insidijs, & summa omniũ charitate peregit: nõ peregrino milite imperiũ muniendo, sed beneuolentia ciuiũ se tuẽdo: potestate rex, beneficijs popularis. Tanta enim æquitate tam præclarè urbem administrauit: ut etiam hodie quoddam eius mansuetudinis uestigium, in nostris institutis reliquum, animaduertatur. * *Eam igitur quæ & Ioue nata, & tantæ*

Atheniẽsiũ coniũctio, & æqualitas.

* Reditus ad causam, & Thesei ad Helenã applicatio.

ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης: πῶς οὐκ ἐπαινεῖν χρὴ καὶ τιμᾶν; καὶ νομίζειν, πολὺ τῶν πώποτε γενομένων διενεγκεῖν; οὐ γὰρ δὴ μάρτυρά γε πιστότερον, οὐδὲ κριτὴν ἱκανώτερον ἕξομεν ἐπαγαγέσθαι, περὶ τῶν ἑλένῃ προσόντων ἀγαθῶν, τῆς θησέως διανοίας. ἵνα δὲ μὴ δοκῶ περὶ τὸν αὐτὸν τόπον, δι' ἀπορίαν, διατρίβειν: μηδ' ἀνδρὸς ἑνὸς δόξῃ καταχρώμενος ἐπαινεῖν αὐτὴν:

Πάντες βασιλεῖς μνηστῆρες Ἑλένης.

βούλομαι καὶ περὶ τῶν ἐχομένων διελθεῖν. μετὰ γὰρ τὴν θησέως εἰς ᾅδου κατάβασιν, ἐπανελθούσης αὐτῆς εἰς λακεδαίμονα: καὶ πρὸς τὸ μνηστεύεσθαι λαβούσης ἡλικίαν: ἅπαντες οἱ τότε βασιλεύοντες καὶ δυναστεύοντες ἐν ταῖς πόλεσι, τὴν αὐτὴν γνώμην ἔσχον περὶ αὐτῆς. ἐξὸν γὰρ αὐτοῖς λαμβάνειν ἐν ταῖς αὑτῶν πόλεσι γυναῖκας τὰς πρωτευούσας: ὑπεριδόντες τοὺς οἴκοι γάμους, ἦλθον ὡς ἐκείνην μνηστεύσοντες. οὔπω δὲ κεκριμένου τοῦ μέλλοντος αὐτῇ συνοικεῖν: ἀλλ' ἔτι κοινῆς τῆς τύχης οὔσης: οὕτω πρόδηλος ἦν ἅπασιν ἀνθρώποις, ἐσομένη περιμάχητος: ὥστε συνελθόντες, πίστεις ἔδοσαν ἀλλήλοις, ἦ μὴν βοηθήσειν, εἴ τις ἀποστεροίη τὸν ἀξιωθέντα λαβεῖν αὐτήν: νομίζων ἕκαστος, ταύτην

» τὴν ἐπικουρίαν ἑαυτῷ παρασκευάζειν. τῆς μὲν οὖν

» ἰδίας ἐλπίδος, πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς, ἅπαντες ἐψεύσθησαν: τῆς δὲ κοινῆς δόξης, ἣν ἔσχον, περὶ ἐκείνης, οὐδ' εἷς αὐτῶν διήμαρτεν. Οὐ πολλοῦ γὰρ χρόνου διελθόντος: καὶ γενομένης ἐν θεαῖς περὶ κάλλους ἔριδος: ἧς ἀλέξανδρος, ὁ πριάμου κατέστη κριτής: καὶ διδούσης ἥρας μὲν ἁπάσης αὐτῷ βασιλείαν τῆς ἀσίας: ἀθηνᾶς δὲ, κρατεῖν ἐν πολέμοις: ἀφροδίτης δὲ τὸν γάμον τὸν ἑλένης: τῶν μὲν σωμάτων οὐ δυνηθεὶς λαβεῖν διάγνωσιν: ἀλλ' ἡττηθεὶς τῆς τῶν θεῶν ὄψεως:

Ἐβ. ἁρπαγὴ, καὶ παρέκβασις ὑπεραπολογουμένη τῆς ἀλεξάνδρου κρίσεως, κατὰ σύγκρισιν τῶν ἀγαθῶν.

uirtuti ac modestiæ dominata est: nónne laudari decet, ac honorari? longeq́; omnibus omnium temporum hominibus anteferri? Nec enim testem fide digniorem, neque iudicem magis idoneum bonorum, quibus Helena prædita fuit, quàm Thesei mentem adducere poterimus. Ne uerò ex inopia hoc loco immorari, aut uiri unius ad eam laudandam abuti gloria uidear: ea quæ restant explicabo. Nam cum post Thesei descensum ad inferos, Lacedæmonem reuersa, iam nubilis esset: uniuersi reges illius temporis, & principes urbium, idem quod Theseus de ea senserunt. Etsi enim potestas eis dabatur, primarias è suis urbibus mulieres deligendi: spretis tamen domesticis nuptijs, ad eam profecti sunt, ambiendi gratia. Cùm uerò nondum esset exploratum, communi adhuc fortuna, quis nam eius nuptias obtineret: adeò tamen nemo erat, qui uocaret in dubium, quin armis de ea dimicandum foret: ut congressi fidem mutuò dederint, se omnino adiuturos eum, qui connubio illius potiretur, si quis eam per uim abduxisset. Putabat enim quisque, se sibi præsidium illud parare. Ac spe quidem priuata, uno uiro excepto, sunt omnes frustrati: communis autem, quæ de ea fuit opinio, fefellit neminem. Post paruum enim temporis spaciũ, orta inter Deas lis est de præstantia formæ: & eius arbiter honorarius Priami filius Alexander delectus. Is Iunone regnum Asiæ, Minerua uictoriã in bellis, Venere coniugium Helenæ pollicente: cum non posset corpora dijudicare, neq; diuinorum uultuum fulgorem

Omnes reges Helenę proci.

Secũdus raptus ab Alexandro, & approbatio iudicij Alexãdrei, per collationẽ munerum.

sustine-

ὄψεως: τῶν δὲ δωρεῶν ἀναγκασθεὶς γενέσθαι κριτὴς εἵλετο τὴν οἰκειότητα τῆς ἑλένης ἀντὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων: οὐ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀποβλέψας (καίτοι τοῦτο τοῖς εὖ φρονοῦσι πολλῶν αἱρετώτερόν ἐστιν: ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐπὶ τοῦθ' ὥρμησεν) ἀλλ' ἐπεθύμησε διὸς γενέσθαι καὶ κληθῆναι κηδεστής: νομίζων, πολὺ μείζω καὶ καλλίω ταύτην εἶναι τὴν τιμὴν, ἢ τὴν τῆς ἀσίας βασιλείαν. καὶ μεγάλας μὲν ἀρχὰς καὶ δυναστείας καὶ φαύλοις ἀνθρώποις ποτὲ παραγενήσεσθαι: τοιαύτης δὲ γυναικὸς οὐδένα τῶν ἐπιγινομένων ἀξιωθήσεσθαι. πρὸς δὲ τούτοις, οὐδὲν ἂν κάλλιον κτῆμα καταλιπεῖν τοῖς παισίν: ἢ παρασκευάσας αὐτοῖς, ὅπως καὶ πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρὸς, ἀπὸ διὸς ἔσονται γεγονότες. ἠπίστατο γὰρ, τὰς μὲν ἄλλας εὐτυχίας ταχέως μεταπιπτούσας: τὴν δ' εὐγένειαν, ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς παραμένουσαν. ὥστε ταύτην μὲν τὴν αἵρεσιν ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ γένους ἔσεσθαι: τὰς δ' ἑτέρας δωρεὰς ὑπὲρ τοῦ χρόνου μόνου τοῦ καθ' ἑαυτόν. τῶν μὲν οὖν εὖ φρονούντων οὐδεὶς ἂν τοῖς λογισμοῖς τούτοις ἐπιτιμήσειεν: τῶν δὲ μηδὲν πρὸ τοῦ πράγματος ἐνθυμουμένων: ἀλλὰ τὸ συμβαῖνον μόνον σκοπούντων: ἤδη τινὲς ἐλοιδόρησαν αὐτόν: ὧν τὴν ἄνοιαν, ἐξ ὧν ἐβλασφήμησαν περὶ ἐκείνου, ῥᾴδιον ἅπασι καταμαθεῖν. πῶς γὰρ οὐ καταγέλαστα πεπόνθασιν: εἰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἱκανωτέραν εἶναι νομίζουσι, τῆς ὑπὸ τῶν θεῶν προκριθείσης; οὐ γὰρ δὴ περὶ ὧν εἰς τοσαύτην φιλονεικίαν κατέστησαν, τὸν τυχόντα διαγνῶναι κύριον ἐποίησαν: ἀλλὰ δῆλον, ὅτι τοσαύτην ἔχοντες σπουδὴν, κριτὴν ἐκλέξασθαι τὸν βέλτιστον: ὅσην περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐπιμέλειαν ἐποιήσαντο. χρὴ δὲ σκοπεῖν, ὁποῖός τις ἦν, καὶ δοκιμά-

ἀνασκευὴ τῶν κατ' ἀλεξάνδρου βλασφημιῶν.

sustinere: ac munerũ potius esse iudex cogeretur: cõsuetudinẽ Helenæ cæteris omnibus anteposuit: non quòd uoluptates præcipuè spectaret (etsi enim eas uiri sapiẽtes multis alijs reb. præferũt: non tamen eò impulsus est) sed Iouis gener fieri & nominari studuit: quẽ honorẽ lõgè maiorẽ & præclariorẽ, quàm Asiæ regnũ existimabat. Magna enim imperia & potentiã, etiã nihili hominibus olim obuẽtura: tali uerò muliere ex omni posteritate dignatũ iri nemině. Animaduertit etiã, se nullũ pulchrius patrimoniũ suis liberis posse relinquere, quàm si, tam paternã quàm maternã originẽ, ad Iouẽ referrẽt: quippe qui sciret, cætera fortunæ cõmoda celeriter aut interire, aut transire ad alios: nobilitatem uerò semper apud eosdẽ permanere. Quare hunc delectũ in totius sui generis cõmodũ cessurũ prospiciebat, cũ cætera munera non ultra sui æui terminos duratura essent. Nemo itaq; uir cordatus est, quin hæc prudentissimè cogitata fateatur. Quidã aũt ex eorũ numero, qui nihil quod rem antecessit cõsiderant: sed ex euẽtu iudicãt omnia: cõuicijs eũ incessere nõ dubitarunt: quorũ amentia ex ipsis maledictis animaduerti ab omnib. facilè potest. Quid enim magis ridiculũ admittere queãt: quàm si sua ingenia illi antecellere putent, cui primas Deæ detulerũt? Nec enim quibus de rebus tanta inter ipsas orta erat contentio: eas cuiuslibet autoritati dijudicãdas permiserũt: sed de optimo iudice deligendo nõ eas minus fuisse solicitas, quàm de re ipsa laborasse, facilè apparet. Considerandum est autem, qualis fuerit: & indi-

Refutatio reprehẽsionũ Alexandri.

„ δοκιμάζειν αὐτὸν, οὐκ ἐκ τῆς ὀργῆς τῶν ἀποτυχουσῶν,
„ ἀλλ' ἐξ ὧν ἅπασαι βουλευσάμεναι προείλοντο τὴν ἐ-
„ κείνου διάνοιαν. κακῶς μὲν γὰρ παθεῖν ὑπὸ τῶν κρειττό-
νων, οὐδὲν κωλύει καὶ τοὺς μηδὲν ἐξημαρτηκότας. τοιαύ-
της δὲ τιμῆς τυχεῖν, ὥστε θνητὸν ὄντα, θεῶν γενέσθαι κρι-
τὴν, οὐχ οἷόν τε μὴ οὐ τὸν πολὺ τῇ γνώμῃ διαφέροντα.
ἐκ τ(ῶν) τ(ῶν) ἡρώων καὶ θεῶν κρίσεως. θαυμάζω δ' εἴ τις οἴεται κακῶς βεβουλεῦσθαι τὸν μετὰ
ταύτης ζῆν ἑλόμενον· ἧς ἕνεκα πολλοὶ τῶν ἡμιθέων ἀ-
ποθνήσκειν ἠθέλησαν. πῶς δ' οὐκ ἂν εἴη ἀνόητος, εἰ,
τὰς θεὰς εἰδὼς περὶ κάλλους φιλονεικούσας, αὐτὸς κάλ-
λους κατεφρόνησε· καὶ μὴ ταύτην ἐνόμισε μεγίστην εἶναι
τῶν δωρεῶν· περὶ ἧς κἀκείνας ἑώρα μάλιστα σπουδα-
ζούσας; τίς δ' ἂν τὸν γάμον τὸν Ἑλένης ὑπερεῖδεν· ἧς ἁρπα-
σθείσης, οἱ μὲν Ἕλληνες οὕτως ἠγανάκτησαν, ὥσπερ ὅλης
τῆς Ἑλλάδος πεπορθημένης· οἱ δὲ βάρβαροι τοσοῦτον ἐ-
φρόνησαν· ὅσον περ ἂν, εἰ πάντων ἡμῶν ἐκράτησαν· δῆ-
αὔξησις ἐκ τ(ῶν) περιστατικῶν. λον δ' ὡς ἑκάτεροι διετέθησαν. πολλῶν γὰρ αὐτοῖς πρότε-
ρον ἐγκλημάτων γενομένων· περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἡσυχί-
αν ἦγον· ὑπὲρ δὲ ταύτης τοσοῦτον συνεστήσαντο πόλεμον·
οὐ μόνον τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς· ἀλλὰ καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου,
καὶ τῷ πλήθει τῶν παρασκευῶν· ὅσος οὐδεὶς πώποτε γεγό-
νεν. ἐξὸν δὲ, τοῖς μὲν ἀποδοῦσιν Ἑλένην, ἀπηλλάχθαι τῶν
παρόντων κακῶν· τοῖς δ' ἀμελήσασιν ἐκείνης, ἀδε-
ῶς οἰκεῖν τὸν ἐπίλοιπον χρόνον· οὐδέτεροι ταῦτ' ἠθέ-
λησαν· ἀλλ' οἱ μὲν περιεώρων, καὶ πόλεις ἀναστάτους γι-
νομένας, καὶ τὴν χώραν πορθουμένην· ὥστε μὴ προέσθαι
αὐτὴν τοῖς Ἕλλησιν· οἱ δ' ᾑροῦντο μένοντες ἐπὶ τῆς
ἐκ τ(ῆς) αἰτίας καὶ τῆς τῶν προσώπων ποιότητος. ἀλλοτρίας καταγηράσκειν, καὶ μηδέ ποτε τοὺς ἑαυ-
τῶν ἰδεῖν μᾶλλον· ἢ ἐκείνην καταλιπόντες, εἰς τὰς
ἑαυτῶν πατρίδας ἐπανελθεῖν. * καὶ ταῦτ' ἐποίουν
οὐχ

iudicium de eo faciendū, non è uictarū iracundia: sed ex illarum omnium sententia, cùm eius mentē præ cæteris delegerūt. Nihil enim prohibet, à potentioribus malè accipi etiā innocentes: eum aūt honorem adipisci, ut qui mortalis est, Dearū iudex fiat, id uerò contingere non potest, nisi uiro laude sapientiæ præstātissimo. Miror autem esse quenquam, qui malè sibi cōsuluisse illū putet: qui cū ea uiuere decreuerit, propter quam multi ex semideis emori uoluerunt. An uerò nō desipuisset, qui Deas de forma contendere sciret, si formam ipse spreuisset: nec id maximum donum existimasset, quod ab illis quoq; maximi fieri uidisset? Quis uerò coniugium Helenæ aspernatus esset? qua rapta, Græci non secus ac si tota Græcia uastata fuisset, indignati sunt: & Barbari ita superbierunt, quasi nos omnes superassent? Neq; uerò obscurum est, quibus animis utriq; fuerint. Nam cùm antè alteri alteris multa crimina intulissent: propter alia nihil mouerunt. Ob hanc autem tantum bellum concitarunt: non solùm iræ magnitudine, sed & longitudine temporis, & apparatuum copijs: quantum ad eum diem nullum fuerat unquam. Etsi autem potestas dabatur, alteris, Helena reddita, urgentibus malis liberari: alteris, ea neglecta, omne deinceps tempus ætatis domi securè degere: neutri tamen hæc uoluerunt: sed illi & urbes excindi, & agros uastari siuerunt, ne Græcis eam redderent: hi peregrè consenescere, & suos nunquam intueri, quàm hac relicta domum reuerti maluerunt.* Et hæc egerunt, non

A' iudicio heroum & deorum.

Exaggeratio à circūstantijs.

* A' causa & qualitatibus personarum.

οὐχ ὑπὲρ ἀλεξάνδρου καὶ μενελάου φιλονεικοῦντες: ἀλλ' οἱ μὲν ὑπὲρ τῆς ἀσίας, οἱ δ' ὑπὲρ τῆς εὐρώπης: νομίζοντες, ἐν ὁποτέρᾳ τὸ σῶμα τὸ ἐκείνης κατοικήσειε: ταύτην τὴν χώραν εὐδαιμονεστέραν ἔσεσθαι. τοσοῦτος δ' ἔρως ἐνέπεσε τῶν πόνων καὶ τῆς στρατείας ἐκείνης, οὐ μόνον τοῖς ἕλλησι καὶ τοῖς βαρβάροις, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς: ὥστ' οὐδὲ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας ἀπέτρεψαν τῶν ἀγώνων, τῶν περὶ τροίαν. ἀλλὰ ζεὺς μὲν προειδὼς τὴν Σαρπηδόνος εἱμαρμένην, ἠὼς δὲ τὴν μέμνονος, ποσειδῶν δὲ τὴν κύκνου, θέτις δὲ τὴν ἀχιλλέως, ὅμως αὐτοὺς συνεξώρμησαν, καὶ συνεξέπεμψαν: ἡγούμενοι, κάλλιον αὐτοῖς εἶναι τεθνάναι μαχομένοις περὶ τῆς διὸς θυγατρὸς μᾶλλον: ἢ ζῆν, ἀπολειφθεῖσι τῶν περὶ ἐκείνης κινδύνων. καὶ τί δεῖ θαυμάζειν, ἃ περὶ τῶν παίδων ἔγνωσαν; αὐτοὶ γὰρ πολὺ μείζω καὶ δεινοτέραν ἐποιήσαντο τὴν παράταξιν, τῆς πρὸς τοὺς γίγαντας αὐτοῖς γενομένης. πρὸς μὲν γὰρ ἐκείνους μετ' ἀλλήλων ἐμαχέσαντο: περὶ δὲ ταύτης πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ἐπολέμησαν. εὐλόγως δὲ κἀκεῖνοι ταῦτ' ἔγνωσαν: κἀγὼ τηλικαύταις ὑπερβολαῖς ἔχω χρήσασθαι περὶ αὐτῆς. κάλλους γὰρ πλεῖστον μέρος μετέσχηκεν: ὃ σεμνότατον, καὶ τιμιώτατον, καὶ θειότατον τῶν ὄντων ἐστί. ῥᾴδιον δὲ διαγνῶναι τὴν δύναμιν αὐτοῦ. τῶν μὲν γὰρ ἀνδρείας ἢ σοφίας ἢ δικαιοσύνης μετεχόντων, πολλὰ φανήσεται τιμώμενα μᾶλλον, ἢ τούτων ἕκαστον. τῶν δὲ κάλλους ἀπεστερημένων, οὐδὲν εὑρήσομεν ἀγαπώμενον: ἀλλὰ πάντα καταφρονούμενα, πλὴν ὅσα τῆς ἰδέας ταύτης κεκοινώνηκε. καὶ τὴν ἀρετὴν διὰ τοῦτο μάλιστα εὐδοκιμοῦσαν, διότι κάλλιστον τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐστίν. γνοίη δ' ἄν τις κἀκεῖθεν, ὅσον διαφέρει τῶν ὄντων,

γ. αὐτοῦ τοῦ κάλλους ἔπαινος κατὰ σύγκρισιν, ἢ ἐκ τῆς δυνάμεως.

non quòd uel Alexandrum uel Menelaum tanti facerent: sed alteri pro Europa, alteri pro Asia dimicabant: existimantes, in utra corpus eius incoleret, eam regionem feliciorem fore. Tanta certè cupiditas incessit laborum & expeditionis illius, non Græcis tantùm & Barbaris, sed dijs etiam: ut ne filios quidem suos à Troiani belli discriminibus abesse uellent. Nam quamuis præuidisset Iupiter fatum Sarpedonis, Aurora Memnonis, Neptunus Cygni, Thetis Achillis: tamen eos cohortati, cæteris adiunxerunt: existimantes, gloriosius eis fore, si de filia Iouis dimicantes occumberent: quàm si, periculorum illorum expertes, domi consenescerent. Quis uerò miretur, eos de suis filijs ita statuisse: cum ipsi dij eo bello multo acrius & uehementius præliati sint, quàm contra Gigantes? Nam illos quidem coniunctis uiribus propulsarunt: propter hanc ipsi inter sese dimicarunt. Rectè autem & illi sic senserunt: & hæc mihi grandiloquentia concessa est. Nam insigni pulchritudine prædita fuit: qua in tota rerum natura nihil est augustius, nihil preciosius, nihil diuinius. Cuius uires hinc facilè intelliguntur. Multa enim sunt, quibus plus honoris quàm uel fortitudine, uel iustitia, uel sapientia præditis habeatur. Eorum autem quæ pulchritudine destituuntur, nihil diligi: sed contemni potius omnia, quæ huius boni expertia sunt: & uirtutem eo potissimùm celebrari, quòd omnium actionum pulcherrima sit, reperiemus. Quantum autem pulchritudo antecellat omnibus

III. Ipsius formæ laudatio per collationẽ, & ab effectibus.

ὄντων, ἐξ ὧν αὐτοὶ διατιθέμεθα πρὸς ἕκαστον αὐτῶν.
τῶν μὲν γὰρ ἄλλων, ὧν ἂν ἐν χρείᾳ γιγνώμεθα, τυχεῖν
μόνον βουλόμεθα: περαιτέρω δὲ περὶ αὐτῶν οὐδὲν
„ τῇ ψυχῇ προσπεπόνθαμεν: τῶν δὲ καλῶν ἔρως ἡ-
„ μῖν ἐγγίνεται, τοσούτῳ μείζω τοῦ βούλεσθαι ῥώ-
„ μην ἔχων, ὅσῳ περ καὶ τὸ πρᾶγμα κρεῖττόν ἐστι. καὶ
τοῖς μὲν κατὰ σύνεσιν ἢ κατ' ἄλλο τι προέχουσι φθο-
νοῦμεν: ἢν μὴ τῷ ποιεῖν ἡμᾶς εὖ καθ' ἑκάστην ἡμέ-
ραν, προσάγωνται, καὶ στέργειν σφᾶς αὐτοὺς ἀναγκά-
σωσι: τοῖς δὲ καλοῖς εὐθὺς ἰδόντες εὖνοι γιγνόμεθα:
καὶ μόνους αὐτοὺς ὥσπερ τοὺς θεοὺς, οὐκ ἀπαγορεύο-
μεν θεραπεύοντες: ἀλλ' ἥδιον δουλεύομεν τοῖς τοιού-
τοις, ἢ τῶν ἄλλων ἄρχομεν: πλείω χάριν ἔχοντες τοῖς
πολλὰ προστάττουσιν, ἢ τοῖς μηδὲν ἐπαγγέλλουσι. καὶ
τοὺς μὲν ἄλλῃ τινὶ δυνάμει γιγνομένους, λοιδοροῦ-
μεν, καὶ κόλακας ἀποκαλοῦμεν: τοὺς δὲ τῷ κάλλει
λατρεύοντας, φιλοκάλους καὶ φιλοπόνους νομίζο-
μεν εἶναι. τοσαύτῃ δ' εὐσεβείᾳ καὶ προνοίᾳ χρώμεθα
περὶ τὴν ἰδέαν τὴν τοιαύτην: ὥστε καὶ αὐτῶν τῶν κε-
κτημένων τὸ κάλλος, τοὺς μὲν μισθαρνήσαντας, καὶ
κακῶς βουλευσαμένους περὶ τῆς αὐτῶν ἡλικίας: μᾶλ-
λον ἀτιμάζομεν, ἢ τοὺς εἰς τὰ τῶν ἄλλων σώματα ἐ-
„ ξαμαρτάνοντας. ὅσοι δ' ἂν τὴν αὐτῶν ὥραν διαφυ-
„ λάξωσιν, ἄβατον τοῖς πονηροῖς ὥσπερ ἱερὸν ποιήσαν-
„ τες: τούτους εἰς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον τιμῶμεν, ὥσπερ
„ τοὺς ὅλην τὴν πόλιν ἀγαθόν τι δράσαντας. καὶ τί δεῖ
τὰς ἀνθρωπίνας δόξας λέγοντα διατρίβειν; ἀλλὰ
Ζεὺς, ὁ κρατῶν ἁπάντων, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τὴν αὐ-
τοῦ δύναμιν ἐνδείκνυται: πρὸς δὲ τὸ κάλλος ταπει-
νὸς γιγνόμενος ἀξιοῖ πλησιάζειν. Αμφιτρύωνι μὲν γὰρ
εἰκα-

ἐκ τῆς διὸς καὶ τῶν θεῶν περὶ τοῦ κάλλους κρίσεως.

rebus: è nostris affectionibus erga formosos potest intelligi. Nam cæteris rebus, quarum usus aliquis nobis esse potest, tantùm potiri uolumus: animi uerò propensione ulterius haud progredimur. at pulchrorum amor natura nobis est insitus: cuius tanto maiores uires sunt, quàm ut deliberandi spacium præbeat: quanto res ipsa est præstantior. Ac ijs quidem qui uel sapientia, uel alia quapiam facultate præcellunt, inuidemus, nisi nos quotidianis beneficijs alliciãt, & sui amorem quasi extorqueant: formosis autem è primo statim aspectu beneuolentia coniungimur: & solos eos, quemadmodũ Deos, colendo non defatigamur: sed libentius eis inseruimus, quàm alijs imperamus: maioremq́; illis gratiam habemus, si multa imperent: quàm si nihil faciendum denũcient. Iam si qui alteri cuipiam præcellentiæ obnoxij sunt: eos insectamur, & adulatores nominamus: seruos autẽ pulchritudinis, elegantes & industrios existimamus. Tanta deniq; pietate & cura formam complectimur: ut, si qui formosorum malo cõsilio florem ætatis prostituerint: seueriore censura notemus, quàm eos qui aliena corpora uiolarunt. Qui uerò ita suam formã custodiunt, ut, tanquam in templum, nullus improbis pateat aditus: eos reliqua ætate, perinde ac si toti ciuitati benefecissent, honoramus. Et quid opus est humanis opinionibus recensendis immorari? cum Iupiter optimus maximus in alijs potentiam suam demonstret, ad pulchritudinem uerò humili persona susceptа accedendum esse censeat? Amphitryoni enim

A Iouis & deorum de forma iudicio.

εἰκασθεὶς, ὡς ἀλκμήνην ἦλθε: χρυσὸς δὲ ῥυεὶς, δα-
νάῃ συνεγένετο: κύκνος δὲ γενόμενος, εἰς τοὺς νεμέ-
σεως κόλπους κατέφυγε: τούτῳ δὲ πάλιν ὁμοιωθεὶς,
„ λήδαν ἐνυμφεύσατο: ἀεὶ δὲ μετὰ τέχνης, ἀλλ' οὐ μετὰ
„ βίας θηρώμενος φαίνεται τὰς φύσεις τὰς τοιαύτας.
τοσούτῳ δὲ μᾶλλον προτετίμηται τὸ κάλλος παρ' ἐ-
κείνοις ἢ παρ' ἡμῖν, ὥστε καὶ ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἑαυτῶν
ὑπὸ τούτου κρατουμέναις συγγνώμην ἔχουσι. καὶ πολ-
λὰς ἂν τις ἐπιδείξειε τῶν ἀθανάτων, αἳ θνητοῦ κάλ-
λους ἡττήθησαν: ὧν οὐδὲ μία λαθεῖν τὸ γεγενημένον, ὡς
αἰσχύνην ἔχον, ἐζήτησεν: ἀλλ' ὡς καλῶν ὄντων τῶν
πεπραγμένων, ὑμνεῖσθαι μᾶλλον ἢ σιωπᾶσθαι περὶ
αὐτῶν ἠβουλήθησαν. μέγιστον δὲ τῶν εἰρημένων τεκμή-
ριον. πλείους γὰρ ἂν εὕροιμεν διὰ τὸ κάλλος ἀθανά-
τους γεγενημένους, ἢ διὰ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας:
ὧν ἑλένη τοσούτῳ πλέον ἔσχεν, ὅσῳ περ καὶ τὴν ὄψιν
αὐτῶν διήνεγκεν. οὐ γὰρ μόνον ἀθανασίας ἔτυχεν: ἀλ-
λὰ καὶ τὴν δύναμιν ἰσόθεον λαβοῦσα, πρῶτον μὲν τοὺς
ἀδελφοὺς ἤδη κατεχομένους ὑπὸ τῆς πεπρωμέ-
νης, εἰς θεοὺς ἀνήγαγε. βουλομένη δὲ πιστὴν ποιῆσαι τὴν
μεταβολὴν: οὕτως αὐτοῖς τὰς τιμὰς ἐναργεῖς ἔδωκεν,
ὥσθ' ὁρωμένους ὑπὸ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ κινδυνευόν-
των, σώζειν: οἵτινες ἂν εὐσεβῶς αὐτοὺς ἐπικαλέσων-
ται. μετὰ δὲ ταῦτα μενελάῳ τοσαύτην χάριν ἀπέ-
δωκεν ὑπὲρ τῶν πόνων καὶ τῶν κινδύνων, οὓς δι' ἐ-
κείνην ὑπέμεινεν: ὥστε τοῦ γένους ἅπαντος τοῦ πελο-
πιδῶν διαφθαρέντος, καὶ κακοῖς ἀνηκέστοις περιπε-
σόντος: οὐ μόνον αὐτὸν τῶν συμφορῶν τούτων ἀπήλλα-
ξεν: ἀλλὰ καὶ θεὸν ἀντὶ θνητοῦ ποιήσασα, σύνοικον
αὐτῇ καὶ πάρεδρον εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα κατεστή-
σατο.

Ἡ ἰσόθεος τῆς ἑλένης δύναμις.

factus similis, ad Alcmenam uenit: in aureum hymbrem mutatus, cum Danae congressus est: oloris figura, in sinum Nemeseos confugit: atq; iterũ eiusdem auis speciem cum haberet, Ledam sibi despõdit: deniq; semper arte quapiam, nunquam ui, tales naturas eum consectatum esse constat. Et apud Deos forma tanto est quàm apud nos honoratior: ut etiã suis uxoribus, cùm ab ea uincuntur, ignoscant: multæq; dearum immortaliũ proferri possunt: quæ, cum humanæ formæ succumberent: tantum abfuit, ut ulla rem eam sibi dedecori esse putaret, aut clàm habere studeret: ut, tanquam re bene ac laudabiliter gesta, hymnis celebrari potius quàm sileri uoluerint. Cuius rei signum illud euidẽtissimum est, quòd plures ob formæ præstãtiam, immortalitatem adeptos esse scimus: quàm propter uirtutes cæteras uniuersas. Quib. Helena tanto meliore cõditione fuit: quanto eis etiam facie præstitit. Nõ enim immortalitatem tantùm adepta est: sed & potestatem diuinam consecuta, primùm fratres, qui fato iam concesserant, inter Deos retulit. Cui mutationi cum autoritatem & fidẽ afferre uellet: honores ita manifestos eis dedit: ut in mari conspecti, periclitantes seruent, quicunq; ipsos piè inuocarint. Deinde Menelao tãtam gratiam retulit pro laborib. & periculis sua causa susceptis: ut, cùm genus omne Pelopidarum interisset, malis inexplicabilibus oppressum: non tantùm ex illis calamitatibus eum eripuerit: sed & mortalem eius sortem diuinitate mutarit: eumq; contubernalem sibi & assessorem in omne æuum constituerit.

IIII. Helenæ diuina potentia.

σατο. καὶ τούτοις ἔχω τὴν πόλιν τῶν σπαρτιατῶν, τὴν μάλιστα τὰ παλαιὰ διασώζουσαν, ἔργῳ παρεχομένην μαρτυροῦσαν. ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐν θεράπναις τῆς λακωνικῆς, θυσίας αὐτοῖς ἁγίους καὶ πατρίους ἐπιτελοῦσιν, οὐχ ὡς ἥρωσιν, ἀλλ᾽ ὡς θεοῖς ἀμφοτέροις οὖσιν. ἐπεδείξατο δὲ καὶ στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν. ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς, ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς: ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἀπεστερημένος. ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς, τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε: πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησε. λέγουσι δέ τινες καὶ τῶν ὁμηριδῶν, ὡς ἐπιστᾶσα νυκτὸς ὁμήρῳ, προστάξαι ποιεῖν περὶ τῶν στρατευσαμένων ἐπὶ τροίαν. βουλομένη τὸν ἐκείνων θάνατον ζηλωτότερον, ἢ τὸν βίον τῶν ἄλλων καταστῆσαι. καὶ μέρος μέν τι καὶ διὰ τὴν ὁμήρου τέχνην: μάλιστα δὲ διὰ ταύτην, οὕτως ἐπαφρόδιτον καὶ παρὰ πᾶσιν ὀνομαστὴν αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ποίησιν. ὡς οὖν καὶ δίκην λαμβάνειν, καὶ χάριν ἀποδοῦναι δυναμένην: τοὺς μὲν τοῖς χρήμασι προέχοντας, ἀναθήμασι καὶ θυσίαις καὶ ταῖς ἄλλαις προσόδοις ἱλάσκεσθαι καὶ τιμᾶν αὐτὴν χρή: τοὺς δὲ φιλοσόφους, πειρᾶσθαί τι λέγειν περὶ αὐτῆς ἀξίως τῶν ὑπαρχόντων ἐκείνῃ. τοῖς γὰρ πεπαιδευμένοις πρέπει τοιαύτας ποιεῖσθαι τὰς ἀπαρχάς. πολὺ δὲ πλείω τὰ παραλελειμμένα τῶν εἰρημένων ἐστί. χωρὶς γὰρ τεχνῶν καὶ φιλοσοφιῶν καὶ τῶν ἄλλων ὠφελειῶν: ἃς ἔχοι τις ἂν εἰς ἐκείνην καὶ τὸν πόλεμον τὸν τρωϊκὸν ἀνενεγκεῖν: δικαίως ἂν καὶ τοῦ μὴ δουλεύειν ἡμᾶς τοῖς βαρβάροις, ἑλένην αἰτίαν εἶναι νομίζοιμεν. εὑρήσομεν γὰρ, τοὺς ἕλληνας διὰ ταύτην ὁμονοήσαντας: καὶ κοινὴν στρατείαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ποιησαμένους:

ἐπίλογος καὶ παραίνεσις, ὅτι δεῖ τιμᾶν τὴν ἑλένην, καὶ διὰ τὰς εὐεργεσίας.

καὶ

tuerit. Quarum mihi rerum Spartiatarum urbs, diligentißima uetustatis custos, re ipsa testimonium perhibebit. Nam in huncusque diem Therapnis in Laconia, patrio ritu sanctè illis sacra faciunt, non ut heroibus, sed utrique ut diuis. Ostendit etiam Stesichoro suam potentiam: qui cùm initio sui carminis eam nonnihil perstrinxisset maledictis, surrexit oculis orbatus. Sed ubi causa eius calamitatis intellecta, palinodiam, quam uocant, fecit: illius beneficio uisum recepit. Quin etiam Homeridarum quidam aiunt, eam noctu Homero astitisse, ac mandasse, ut de ijs scriberet, qui ad Troiam militassent: quo mors eorum optabilior, quàm aliorum uita, redderetur: ac poesim eius, ex parte quidem Homeri etiam solertia, in primis uerò propter Helenam, ita gratiosam, & apud omnes celebrem esse factam. Eos igitur qui opibus pollent, donarijs & sacrificijs & supplicationibus, cæterísque cultibus: eruditos, studiosa & honorifica celebratione placare & honorare decet eam: ut quæ tum irrogare pœnam, tum gratiam referre poßit. Nam liberaliter institutos, tales ei primitias offerre conuenit. Plura sunt autem quæ præterij, quàm quæ commemoraui. Nam præter artes, & ingeniosè cogitata, cæterásque utilitates quæ in illam Troianúmque bellum referri poßent: iurè id quoque Helenæ aßcribetur, quòd Barbaris non seruimus. Constat enim, cùm propter eam Græci concordiam inijssent, & communem expeditionem contra Barbaros suscepißent:

Epilogus & admonitio de colenda Helena, ob data beneficia.

καὶ τότε πρῶτον τὴν εὐρώπην κατὰ τῆς ἀσίας τρόπαιον στῆσασαν: ἐξ ὧν τοσαύτης μεταβολῆς ἐτύχομεν: ὥστε τὸν μὲν ἐπέκεινα χρόνον, οἱ δυστυχοῦντες ἐν τοῖς βαρβάροις, τῶν ἑλληνίδων πόλεων ἠξίουν ἄρχειν: καὶ δαναὸς μὲν ἐξ αἰγύπτου φυγὼν, ἄργος κατέσχε: κάδμος δ' ὁ σιδώνιος θηβῶν ἐβασίλευσε: Κάρες δὲ τὰς νήσους κατῴκουν: πελοποννήσου δὲ συμπάσης, ὁ ταντάλου πέλοψ ἐκράτησε. μετ' ἐκεῖνον δὲ τὸν πόλεμον, τοσαύτην ἐπίδοσιν τὸ γένος ἡμῶν ἔλαβεν: ὥστε καὶ πόλεις μεγάλας καὶ χώραν πολλὴν ἀφελέσθαι τῶν βαρβάρων. ἣν οὖν τινὲς βούλωνται ταῦτ' ἐπεξεργάζεσθαι καὶ μηκύνειν: οὐκ ἀπορήσουσιν ἀφορμῆς, ὅθεν ἑλένην, ἔξω τῶν εἰρημένων, ἕξουσιν ἐπαινεῖν: ἀλλὰ πολλοῖς καὶ καλοῖς καὶ καινοῖς λόγοις ἐντεύξονται περὶ αὐτῆς.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ Βουσίριδος.

πολυκράτης. σωκράτους κατηγορήσας.

Τοῦτον τὸν λόγον γράφει πρὸς Πολυκράτη τινὰ σοφιστὴν, ἐξ ἀνάγκης ἐλθόντα ἐπὶ τὸ σοφιστεύειν διὰ πενίαν: ἀθηναῖον μὲν τῷ γένει, σοφιστεύοντα δὲ νῦν ἐν κύπρῳ. γράφει δ' αὐτῷ ὡς φίλος, ἐπανορθούμενος αὐτὸν δῆθεν, ὡς σφαλέντα ἐν τούτοις τοῖς λόγοις, οἷς ἔγραψεν, ἔν τε τῷ ἐγκωμίῳ τοῦ βουσίριδος, καὶ ἐν τῇ κατηγορίᾳ τοῦ σωκράτους. αὐτὸς γάρ ἐστιν, ὁ παραχὼν τὸν λόγον τῆς κατηγορίας σωκράτους τοῖς περὶ ἄνυτον καὶ μέλιτον, ἵνα κατηγορηθεὶς ἀποθάνῃ. κατηγόρουν δὲ αὐτοῦ, ὡς ὅτι καινὰ δαιμόνια εἰσφέρει τοῖς ἀθηναίοις, λέγων δὲ, σέβειν ὄρνεα καὶ κύνας καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ διὰ τοῦτο διαφθείρειν τοὺς νέους τοὺς μανθάνοντας. ἐζήτησαν δέ τινες, διὰ ποίαν αἰτίαν μὴ φανερῶς τὸν κατ' αὐτοῦ λόγον εἰσῆλθεν; εἴγε φαίνεται τοῦ διδασκάλου; καὶ λέγομεν, ἵνα μὴ ὀργισθῶσιν οἱ ἀθηναῖοι, ἀρτίως σωκράτους καταψηφισάμενοι. Δοκεῖ οὖν διὰ τοῦτο ὥσπερ ἐλέγχειν αὐτοὺς, ὡς κακῶς καταψηφισαμένους. καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ μετέγνωσαν ὕστερον, ὅτι ἀσεβῶς ἔπραξαν, καταψηφισάμενοι σωκράτους. εἶτα καὶ σωφρονισθέντες διὰ τοῦ λοιμοῦ τοῦ ἐγκατασκήψαντος αὐ-

τοῖς,

tum primùm Europam de Asia triumphasse. Vnde res nostræ ita mutatæ sunt, ut, superioribus temporibus, si qui apud Barbaros calamitate premebantur, imperium in Græcas urbes sibi arrogarent. Nam Danaus ex Aegypto profugus Argos occupauit: Cadmus Sidonius Thebis imperauit: Cares, insulas tenuerunt: Pelops Tantali filius, uniuersam Peloponnesum subegit. Post illud autem bellum nostræ gentis opes ita auctæ sunt, ut & magnas urbes & multas prouincias Barbaris eripuerit. Quare si qui sunt qui hæc uelint expolire & dilatare: non eis occasio defutura est Helenæ, extra ea quæ diximus, laudandæ: sed multa & præclara & noua de ea dicendi materia suppeditabitur.

ARGVMENTVM BVsiridis.

HAec oratio ad Polycratem sophistam quendam scribitur, paupertate ad docendã Rhetoricam adactum: qui cùm genere Atheniensis esset, tum in Cypro docebat. Scribit autem Isocrates ut amicus, ad ea eius errata corrigenda, quæ in orationibus duabus, laudatione Busiridis, & accusatione Socratis, admiserat. Hic enim est, qui Anyto & Melito eam orationem suppeditauit, qua Socrates capitis accusatus est. Accusationis autem capita fuerunt hæc, quòd nouos deos apud Athenienses introduceret, atq; auiculas & canes, & eius generis alia coli iuberet: eoq; pacto studiosos adolescentes corrũperet. Quæsiuerunt quidam, cur non apertè cõtra illum disputarit? An magistro illi pepercerit? Respondemus, eum iram esse ueritum Atheniensiũ, qui Socratem recens cõdemnarant, quos hac oratione uelut arguere uidetur iniustæ condẽnationis. Nam & ipsi pòst, quàm impiè Socratẽ supplicio affecissent, agnouerunt: & graui pestilentia afflicti,

Polycrates Socratis accusator.

τοῖς, διὰ τὸν σωκράτους θάνατον. ἀπέθανε δ' αὐτοῖς λάχητος ἄρχοντος· ὅθεν λοιπὸν ἐκέλευσαν μηδένα δημοσίᾳ, οἷον ἐν κοινῷ θεάτρῳ, λέγειν περὶ σωκράτους. ἀμέλει λέγεταί τι τοιοῦτον, ὡς ὅτι εὐριπίδου βουλομένου εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ, καὶ δεδιότος, ἀναπλάσασθαι παλαμήδην, ἵνα διὰ τούτου χρόνιον καιρὸν τοῦ αἰνίξασθαι εἰς τὸν σωκράτη, καὶ εἰς τοὺς ἀθηναίους: ἐκάνετε ἐκάνετε τῶν ἑλλήνων τὸν ἄριστον, ὅ ἐστιν, ἐφονεύσατε. καὶ νοήσαν, τὸ θέατρον ἅπαν ἐδάκρυσε, διότι περὶ σωκράτους ᾐνίττετο. γράφει οὖν αὐτῷ τὸν λόγον τοῦτον, ὥσπερ εἴπομεν, ἐπιλαμβανόμενος αὐτοῦ. εἰ δέ τις ζητήσει τὴν αἰτίαν, διὰ τί μὴ καὶ τὸν ἄλλον λόγον εἶπεν εἰς τὸν σωκράτην: λέγομεν, ὡς ἤδη περὶ τούτου προειρήκαμεν, ἵνα μὴ ὀργισθῶσιν αὐτῷ οἱ ἀθηναῖοι, ἔναγχος καταψηφισάμενοι. ἡ δὲ ὑπόθεσις τοῦ βουσίριδος τοιαύτη· Βούσιρις τῆς λιβύης καὶ ποσειδῶνος ἐγένετο παῖς· οὗτος τεχθεὶς ἐν λιβύῃ τῇ χώρᾳ, ὑπεριδὼν τῆς ἐκεῖ οἰκήσεως, εἵλετο τὴν ἐν αἰγύπτῳ, καὶ κτίζει πόλιν ὁμώνυμον αὐτῷ βούσιριν, ἥ τις καὶ νῦν οὕτω κέκληται. αἰτίαν δ' ἔχων ὡς ξενηλάτης, καὶ ὡς θύων τοὺς ξένους. ὁ οὖν πολυκράτης, ἅτε δὴ καὶ σοφιστὴς καὶ λογογράφος, ἠθέλησε καὶ ἀπολογίαν γράψαι ὑπὲρ τοῦ βουσίριδος, καὶ ὑπὲρ τούτων ὧν ἐνεκαλεῖτο: εἰς ἣν αὐτοῦ ὁ ἰσοκράτης ἐπιλαμβάνεται, καὶ ὑποτίθεται αὐτὸς, πῶς ἔδει αὐτὸν γράψαι τὸ ἐγκώμιον. διὸ καὶ ὁ λόγος οὗτος τῶν τεσσάρων ἐγκωμίων ἐστί.

ἡ εὐριπίδου παλαμήδης.

ἡ τοῦ βουσίριδος ὑπόθεσις.

ΕΤΕΡΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ

εἰς τὸν αὐτὸν, ἱερωνύμου βολφίου.

Τῶν καθ' ἡμᾶς ποιητῶν τις ἀνεγκωμίαστον ἀπεκάλεσε τὸν βούσιριν, οἱονεὶ μηδὲ τοὐλάχιστον τῆς ἀρετῆς κοινωνοῦντα: αἰνιττόμενος ἴσως τουτονὶ τὸν ἰσοκράτους λόγον, καὶ ψευδεῖς ἐπαίνους, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἔπαινοι, ὑποδεικνύων. ἡ μὲν οὖν ὑπόθεσις τοῦ λόγου παράδοξός τ' ἐστί, καὶ ἄδοξος. τὰ δὲ τοιουτότροπα τῶν συγγραμμάτων δοκεῖ μὲν εἰς ἐπίδειξίν τε καὶ προπαρασκευήν τινα τῶν φιλολόγων εὑρημένα: οὐ μὴν ἀλλ' ἐντεῦθεν οὐ ταύτης μόνον ἂν τῆς ὠφελείας εὐπορήσειέ τις: ἀλλὰ καὶ ἀρίστην πολιτείαν (ἐφ' ὅσον παρέργως μεταχειρισαμένῳ ἐνῆν) καλῶς ὑπογεγραμμένην ἂν εὕροι. ἔνεισι δὲ καὶ ἕτεροί τινες ἐξαίρετοι τόποι, δι' ὧν ἂν οἱ φιλομαθεῖς τῶν νεωτέρων παιδεύοιντο. ὥστε τὸ σύγγραμμα τοῦτ' ἄξιον δοκεῖν μετ' ἐπιμελείας ἀναγνωσθῆναι: οὐ μᾶλλον μέντοι διὰ τὰς τῶν λογοδαιδάλων ἐξευρέσεις, ἢ διὰ τὴν βιωφελῆ γνῶσιν τὴν ἐνυπάρχουσαν. τῷ μὲν οὖν

δοκεῖν

necis illius pœnas dederunt. Perijt autem Lachete prætore. Vnde pòst edixerũt, ne quis in posterum Socratis publicè, ut in communi theatro, meminisset. Narratur autem huiusmodi quiddam accidisse: Euripidem, cum aliquid de eo dicere uellet, nec id tamẽ auderet, finxisse fabulam de Palamede, ut sub eius persona occasionẽ haberet obscurè ad Socratis interitũ & factũ Atheniensiũ alludendi, his uerbis: Occidistis occidistis Græcorũ optimum. Animaduertente autem populo, hæc uerba ad Socratẽ pertinere: ortam in toto theatro esse cõplorationẽ. Scribit igitur Isocrates hãc orationẽ ad Polycratem, reprehẽdendi causa. Si quis autem requirat, cur non & altera oratio de Socrate sit ab autore nostro exposita? is meminerit, quod iam diximus, uitandæ offensionis Atheniensium ergò, qui recens illum condẽnarant, id esse prętermissum. Busiridis argumẽtum hoc est: Busiris Libyæ & Neptuni filius, natus in Libya regione, spreta patria, in Aegyptũ profectus, urbẽ sibi cognominẽ, Busirim, condidit: quæ id nomen etiã hodie retinet. Crimini autẽ ei datũ est, quòd nõ tantùm non admitteret hospites, sed etiã sacrificaret. Polycrates igitur, ut sophista & scriptor orationũ, defensionẽ Busiridis, & criminum quæ illi obijciebãtur, purgationẽ scribere instituit: in quo ab Isocrate reprehẽditur: qua ratione scribẽda fuisset laudatio admonente. Quare & hæc oratio inter quatuor laudatiões numeratur.

Euripidis Palamedes.

Busiridis argumentum.

ALIVD ARGVMENTVM in Busiridem, HIERONYMI VVOLFII.

Busiridem Virgilius illaudatum uocat, ut ab omni etiam specie ullius uirtutis alienissimum. Ac fieri potest, ut ad hanc Isocratis orationem alludens, falsas laudes, non esse laudes innuat. Est igitur huius orationis argumentum & admirabile, & infame. Quod quamuis ad acuenda & ostentanda ingenia potissimùm inuentum esse uideatur: hinc tamen non ea solùm utilitas petenda erit: sed optima Reipublicæ forma (quantum quidem obiter fieri potuit) præclarè descripta inuenietur. Insunt etiam alij loci insignes, quibus erudiri studiosi adolescentes possunt. Quare scriptum hoc diligenti lectione dignissimum est, non magis propter artificia Rhetorum, quàm ob rerum uitæ utilium cognitionem. Videri uult

Isocrates

δοκεῖν, φίλῳ τινὶ τῶν σοφιστῶν, τύπον ἐγκωμιαστικοῦ λόγου διεχάραξεν: ὡς ἀληθῶς δὲ προῃρημένος φαίνεται Πολυκράτους τήν τε πονηρίαν, καὶ τὴν ἀπαιδευσίαν ἐλέγχειν, ἅτε δὴ μισθοῦ μὲν κατηγορεῖν Σωκράτους, ἀνδρὸς σοφωτάτου τε καὶ ὁσιωτάτου, ὃν ὁ Ἰσοκράτης ὡς προσῆκε περὶ πλείστου ἐποιήσατο, τολμήσαντος: φιλοσοφεῖν δὲ φάσκοντος μὲν, ὅμως δὲ τῷ παραδόξους ὑποθέσεις ὡς ἔτυχε καὶ εἰκῇ μεταχειρίσασθαι χαίροντος. οὐ μὴν ἀλλὰ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς περὶ Πολυκράτους φησὶν, ὅτι ἔπαιξε, καὶ οὐκ ἐσπούδασε τὸ ἐγκώμιον: καίτοι ἐκεῖ Θερσίτου πέρι λέγειν δοκῶν. τὸ γὰρ βιβλίον παρέφθαρται.

ΒΟΥ'ΣΙΡΙΣ, ΛΟ'ΓΟΣ Γ.

εὐνοίας λῆψις ἐξ ἀμφοτέρου προσώπου, καὶ προσοχή.



ΤΗ'Ν μὲν ἐπιείκειαν τὴν σὴν, ὦ Πολύκρατες, καὶ τὴν τοῦ βίου μεταβολὴν, παρ' ἄλλων πυνθανόμενος οἶδα: τῶν δὲ λόγων τινὰς, ὧν γέγραφας, αὐτὸς ἀνεγνωκὼς, ἥδιστα μὲν ἂν σοι περὶ ὅλης ἐπαρρησιασάμην τῆς παιδεύσεως, περὶ ἣν ἠνάγκασαι διατελεῖν. ἡγοῦμαι γὰρ τοῖς μὲν ἀναξίως δυστυχοῦσιν, ἐκ δὲ φιλοσοφίας χρηματίζεσθαι ζητοῦσιν, ἅπαντας τοὺς πλείω πεπραγματευμένους, καὶ μᾶλλον ἠκριβωμένους, προσήκειν ἐθελοντὰς τοῦτον εἰσφέρειν τὸν ἔρανον. ἐπειδὴ δ' οὔπω περιτετυχήκαμεν ἀλλήλοις, περὶ μὲν τῶν ἄλλων, ὁπόταν εἰς ταυτὸ συνέλθωμεν, τόθ' ἡμῖν ἐξέσται διὰ πλειόνων ποιήσασθαι τὴν συνουσίαν. ἃ δ' ἐν τῷ παρόντι δυναίμην ἂν εὐεργετῆσαί σε: ταῦτα δ' ᾤηθην δεῖν σοὶ μὲν ἐπιστεῖλαι, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους, ὡς οἷόν τε μάλιστ' ἀποκρύψασθαι. γινώσκω μὲν οὖν, ὅτι τοῖς πλείστοις τῶν νουθετουμένων ἔμφυτόν ἐστι, μὴ πρὸς τὰς ὠφελείας ἀποβλέπειν: ἀλλὰ τοσούτῳ χαλεπώτερον ἀκούειν τῶν λεγομένων, ὅσῳπερ ἄν τις ἀκριβέστερον αὐτῶν ἐξετάζῃ τὰς ἁμαρτίας. ὅμως δ' οὐκ ὀκνη-

προκατάληψις.

Isocrates amico cuidam sophistæ rationem laudationis præscribere: sed reuera id eũ agere credibile est, ut Polycratis improbitatem & inscitiam coarguat, qui mercenarius accusator Socratis, uiri sapientissimi & sanctissimi (quē noster autor, ut decuit, maximi fecerat) esse non dubitarit: & philosophiæ studium professus, portentosis argumentis, sine ulla dexteritate tractandis delectetur. Verùm Demetrius Phalereus ait, Polycratem laudationē quandā non seriò, sed ioco tractasse: quam quam ibi de Thersite loqui uidetur. codex enim mutilus est.

BVSIRIDIS LAVDATIO, Oratio III. HIERONYMO VVOLFIO interprete.



Vum æquitatem tuam, Polycrates, mutatumq́ uitæ genus ex aliјs cognouissem, & orationum tuarum quasdam ipse legissem: de tota quidē docendi ratione, ad quam necessitate cõpulsus es, cupidissimè tecũ ac liberè disseruissem. Arbitror enim omniũ esse officium, qui & exercitatiores sunt, et solidiorem rei cognitionem habēt, ut hanc quasi stipē ultrò conferant ad eos subleuãdos, qui nulla sua culpa calamitosi, philosophia docēdarem facere conantur. Sed quia nondum ita cõtigit, ut conueniremus: cætera quidem differemus, dum coràm copiosius colloqui licuerit. Quæ uerò in præsentia tibi conferre possem, ea ut ad te scribenda, sic cæteros summò studio celanda esse duxi. Etsi autem intelligo, plerisq; uelut innatum esse, ut, cùm admonentur, nõ ad secuturas utilitates respiciant: sed reprehēsiones tanto iniquiorib. animis ferãt, quanto seueriore cēsura in errata inquisitũ fuerit: subeũdæ tamen

Beneuolentię captatio ab utriusq; persona, & attentio.

Occupatio.

» ὀκνητέον ὑπομένειν τὴν ἀπέχθειαν ταύτην, τοῖς εὐνοϊ-
» κῶς πρός τινας ἔχουσιν· ἀλλὰ πειρατέον μεθιστάναι τὴν
» δόξαν τῶν οὕτω πρὸς τοὺς συμβουλεύοντας διακειμένων. αἰσθανόμενος οὖν οὐχ ἥκιστά σε μεγαλαυχούμενον, ἐπί τε τῇ Βουσίριδος ἀπολογίᾳ, καὶ τῇ Σωκράτους κατηγορίᾳ: πειράσομαί σοι ποιῆσαι καταφανές, ὅτι τοῦ δέοντος πολὺ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς λόγοις διημάρτηκας. ἁπάντων γὰρ εἰδότων, ὅτι δεῖ τοὺς μὲν εὐλογεῖν τινας βουλομένους, πλείω τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν αὐτοῖς τὰ προσόντα ἀποφαίνειν: τοὺς δὲ κατηγοροῦντας τἀναντία τούτων ποιεῖν: τοσούτου δέεις οὕτω κεχρῆσθαι τοῖς λόγοις, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν Βουσίριδος ἀπολογήσασθαι φάσκων, οὐχ ὅπως τῆς ὑπαρχούσης αὐτὸν διαβολῆς ἀπήλλαξας, ἀλλὰ καὶ τηλικαύτην αὐτῷ τὸ μέγεθος ἀνομίαν προσῆψας, ἧς οὐκ ἔσθ' ὅπως ἄν τις δεινοτέραν ἐξευρεῖν δυνηθείη. τῶν γὰρ ἄλλων τῶν ἐπιχειρησάντων ἐκεῖνον λοιδορεῖν, τοσοῦτο μόνον περὶ αὐτοῦ βλασφημούντων, ὡς ἔθυε τῶν ξένων τοὺς ἀφικνουμένους: σὺ καὶ κατεσθίειν αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους ᾐτιάσω. Σωκράτους δὲ κατηγορεῖν ἐγχειρήσας, ὥσπερ ἐγκωμιάσαι βουλόμενος, Ἀλκιβιάδην ἔδωκας αὐτῷ μαθητήν: ὃν ὑπ' ἐκείνου μὲν οὐδεὶς ᾔσθετο παιδευόμενον: ὅτι δὲ πολὺ διήνεγκε τῶν ἄλλων, ἅπαντες ἂν ὁμολογήσειαν. τοιγαροῦν, εἰ γένοιτο ἐξουσία τοῖς τετελευτηκόσι, βουλεύσασθαι περὶ τῶν εἰρημένων, ὁ μὲν χάριν ἂν εἰδείη σοι. ὁ δ' εἰ καὶ περὶ τοὺς ἄλλους πρᾳότατος ἦν, ἀλλ' οὖν ἐπί γε τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις οὕτως ἀγανακτήσειεν, ὥστε μηδεμιᾶς ἂν ἀποσχέσθαι τιμωρίας. καίτοι πῶς οὐκ αἰσχύνεσθαι μᾶλλον, ἢ σεμνύνεσθαι προσήκει, τὸν παρὰ τοῖς λοιδορουμένοις ὑπ' αὐτοῦ, μᾶλλον ἀγαπώ-

Ἐπίδειξις τῶν ἁμαρτημάτων ἐν διαφορᾶς ἐγκωμίου καὶ ἀπολογίας.

μενον

tamen hæ sunt offensiones his, qui aliquibus ex animo bene uolunt: operáque danda est, ut qui hoc modo erga consiliarios affecti sunt, ab ista opinione deducantur. Cùm igitur animaduertam, defensione Busiridis, & Socratis accusatione, te uel inprimis gloriari: ostendere tibi conabor, te in utraque oratione longè ab oratoris officio aberrasse. Nam cùm nemo ignoret, ei quem laudare uolumus, tribuenda esse plura bona, quàm reuera habeat: in uituperando autem, contrariam uiam esse insistendam: tantum abest ut eam in dicendo rationem tu secutus sis, ut Busiridis defensionem professus, non modò crimina quæ illi obijciuntur, non refutaris, sed & tam insignem ei notam immanitatis inusseris, ut nihil contumeliosius excogitari queat. Nam cum alij quibus illi maledicere uisum est, unam in eo mactationem hospitum execrentur: tu etiam deuorare homines solitum, es criminatus. Cùm uerò Socratem accusare instituisses, Alcibiadem ei, quasi laudare uelles, discipulum tribuisti: quem ab eo fuisse eruditum, nemo norat: sed longè alijs antecelluisse, omnes confitentur. Itaque si defunctis potestas daretur, suo arbitratu de tuis orationibus statuendi, alter tibi gratiam haberet: alter, tametsi in alios fuisset humanissimus, sic indignaretur, ut tua uerba quouis supplicio uindicaret. An uerò non erubescendum potius est illi, quàm gloriandum, quem diligi magis constet ab ijs quos uituperarit,

Erratorum ostensio à discrimine dationis & defensionis sumpta.

μενον, ἢ παρὰ τοῖς ἐγκωμιαζομένοις; Οὕτω δ' ἠμέλησας, εἰ μηδὲν ὁμολογούμενον ἐρεῖς, ὥς' ἔφης μὲν αὐτὸν τὴν αἰόλου καὶ τὴν ὀρφέως ζηλῶσαι δόξαν: ἀποφαίνεις δ' αὐτὸν οὐδὲν τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἐπιτηδεύσαντα. πότερον γὰρ τοῖς περὶ αἰόλου λεγομένοις αὐτὸν παραβάλωμεν; ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τῶν ξένων τοὺς ἐπὶ τὴν χώραν ἐκπίπτοντας, εἰς τὰς αὐτῶν πατρίδας ἀπέστελλεν: ὁ δ' (εἰ χρὴ τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις πιστεύειν) τοὺς ξένους θύσας κατήσθιεν. ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀρφέως ἔργοις ὁμοιώσωμεν; ἀλλ' ὁ μὲν ἐξ ἅδου τοὺς τεθνεῶτας ἀνῆγεν: ὁ δὲ πρὸ μοίρας τοὺς ζῶντας ἀπώλλυεν. ὥσθ' ἡδέως ἂν εἰδείην, ὅ, τι ποτ' ἂν ἐποίησεν, εἰ καταφρονῶν αὐτῶν ἐτύγχανεν, ὃς θαυμάζων τὴν ἀρετὴν τὴν ἐκείνων, ἅπαντα φαίνεται τἀναντία διαπραττόμενος. ὃ δὲ πάντων ἀτοπώτατον, ὅτι περὶ τὰς γενεαλογίας ἐσπουδακὼς, ἐτόλμησας εἰπεῖν, ὡς τούτους ἐζήλωσεν, ὧν οὐδ' οἱ πατέρες πω κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γεγονότες ἦσαν. ἵνα δὲ μὴ δοκῶ τὸ προχειρότατον ποιεῖν, ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν εἰρημένων, μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἐμαυτοῦ: πειράσομαί σοι διὰ βραχέων δηλῶσαι, περὶ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν, καίπερ οὐ σπουδαίαν οὖσαν, οὐδὲ σεμνοὺς λόγους ἔχουσαν, ὡς δεῖ καὶ τὸν ἔπαινον καὶ τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι. Περὶ μὲν οὖν τῆς βουσίριδος εὐγενείας, τίς οὐκ ἂν δυνηθείη ῥᾳδίως εἰπεῖν; ὃς πατρὸς μὲν ἦν ποσειδῶνος, μητρὸς δὲ λιβύης τῆς ἐπάφου τοῦ διός: ἥν φασι πρώτην γυναῖκα βασιλεύσασαν, ὁμώνυμον αὐτῇ τὴν χώραν καταστῆσαι. * τυχὼν δὲ τοιούτων προγόνων, οὐκ ἐπὶ τούτοις μέγα ἐφρόνησεν: ἀλλ' ᾠήθη δεῖν καὶ τῆς ἀρετῆς τῆς αὐτοῦ μνημεῖον εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον καταλιπεῖν. τὴν μὲν οὖν μητρῴαν ἀρχὴν ὑπερεῖδεν;

ἐλάττω

μετάβασις ἀπὸ τῆς ἐπιπλήξεως ἐπὶ τὴν ὑπόδειξιν.

εὐγένεια βουσίριδος.

* μεγαλοψυχία καὶ φρόνησις ἐν τῷ προκρίνειν τὴν ἐν αἰγύπτῳ οἴκησιν.

rarit, quàm ab ijs quos laudãdos susceperit? Adeò aũt tibi curæ nõ fuit cõsentanea loq, ut dixeris, eum Aeoli & Orphei gloriã æmulatũ esse: ideóq; demonstres, nihil illi studio fuisse, quod cũ eorũ cõgrueret institutis. Nũqd enim facinora istius cũ factis Aeoli, quæ memorãtur, cõferemus? At is quidẽ hospites in suũ littus eiectos, in patriã quenq; suã reducendos curauit: iste uerò (si tibi qdẽ habenda fides est) hospites immolatos deuorauit. Nũqd eũ cũ Orphei factis cõparabimus? At is mortuos ab inferis reduxit: iste uiuẽtes ante fatũ Orco tradidit. Quare summopere scire uelim, quid is facturus fuisset, si eos cõtẽpsisset: quẽ in admiratione uirtutis eorũ, omnia cõtraria studio habuisse cõstat. Illud aũt omniũ est absurdissimũ, quòd in genealogijs uersatus, dicere nõ dubitasti, eũ illos esse æmulatũ, quorũ patres illis tẽporib. nati nondũ erãt. Ne uerò id quod cuiuis in prõptu est, facere uidear, ut tua dicta reprehendã, meorũq; nihil proferã: conabor tibi paucis ostendere in hoc ipso argumẽto (quanquam id minimè quidem probũ est, neq; honestam orationem suppeditat) quæ sit cùm laudandi tum defendendi ratio ineunda. De nobilitate igitur Busiridis quis nõ facilè dixerit? cui pater Neptunus, Libye Iouis ex Epapho neptis mater fuit? quam mulierem primã ferunt regno potitam, regioni suum nomen indidisse. Cùm autem tales ei parentes contigissent, non splendore natalium superbijt: sed suæ uirtutis etiam perpetuum monimentum esse relinquendũ existimauit. Quare maternum imperium aspernatus, ut

Transitio à reprehẽsione ad exemplum.

Nobilitas Busiridis.

Magnitudo animi, & prudẽtia in Aegypto regni sede deligẽda.

ἐλάττω νομίσας ἢ κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν εἶναι. πλεί-
στους δὲ καταστρεψάμενος, καὶ μεγίστην δύναμιν κτη-
σάμενος, ἐν Αἰγύπτῳ κατεστήσατο τὴν βασιλείαν,
οὐκ ἐκ τῶν παρόντων μόνον, ἀλλ' ἐξ ἁπάντων προκρί-
νας τὴν ἐκεῖσε πολὺ διαφέρειν οἴκησιν. ἑώρα γὰρ τοὺς
μὲν ἄλλους τόπους οὐκ εὐκαίρως, οὐδ' εὐαρμόστως
πρὸς τὴν τοῦ σύμπαντος κόσμου φύσιν ἔχοντας: ἀλ-
λὰ τοὺς μὲν ὑπ' ὄμβρων κατακλυζομένους, τοὺς δὲ
ὑπὸ καυμάτων διαφθειρομένους: ταύτην δὲ τὴν χώ-
ραν ἐν καλλίστῳ μὲν τοῦ κόσμου κειμένην, πλεῖστα δὲ καὶ
παντοδαπώτατα φέρειν δυναμένην, ἀθανάτῳ δὲ
τείχει τῷ Νείλῳ τετειχισμένην, ὃς οὐ μόνον φυλακὴν,
ἀλλὰ καὶ τροφὴν ἱκανὴν αὐτῇ παρέχειν πέφυκεν: ἀνά-
λωτος μὲν ὢν καὶ δυσμάχητος τοῖς ἐπιβουλεύουσιν,
εὐαγωγὸς δὲ καὶ πρὸς πολλὰ χρήσιμος τοῖς ἐντὸς
αὐτοῦ κατοικοῦσι. πρὸς γὰρ τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὴν δύναμιν
αὐτοῖς πρὸς τὴν τῆς γῆς ἐργασίαν ἰσόθεον πεποίηκε. τῶν γὰρ
ὄμβρων καὶ τῶν αὐχμῶν, ὧν τοῖς μὲν ἄλλοις ὁ Ζεὺς ταμίας
ἐστὶν, ἐκείνων δ' ἕκαστος ἀμφοτέρων τούτων αὐτὸς αὑ-
τῷ κύριος καθέστηκεν. εἰς τοσαύτην δ' ὑπερβολὴν
εὐδαιμονίας ἥκουσιν, ὥστε τῇ μὲν ἀρετῇ καὶ τῇ φύσει τῆς
χώρας, καὶ τῷ πλήθει τῶν πεδίων, ἤπειρον κεκτῆνται:
τῇ δὲ τῶν ὄντων διαθέσει, καὶ τῇ τῶν ἐλλειπόντων κομιδῇ,
διὰ τὴν τοῦ ποταμοῦ δύναμιν, νῆσον οἰκοῦσιν. κύκλῳ γὰρ
αὐτὴν περιέχων, καὶ πᾶσαν διαρρέων, πολλὴν αὐτοῖς εὐ-
,, πορίαν ἀμφοτέρων τούτων πεποίηκεν. ἤρξατο μὲν οὖν
,, ἐντεῦθεν, ὅθεν περ χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας, ἅμα τόπον
ὡς κάλλιστον * καταλαβεῖν, καὶ τὴν τροφὴν ἱκανὴν
τοῖς περὶ αὐτὸν * ἐξευρεῖν. μετὰ δὲ ταῦτα διελό-
μενος χωρὶς ἑκάστους, τοὺς μὲν ἐπὶ τὰς ἱεροσύνας
κατέ-

* καταλαβὼν

* ἐξευρὸν.

Διάταξις τῆς πολιτείας.

ut naturæ suæ præstantia minus: multis ui armorũ subactis, maximaq́; potentia parta, in Aegypto regnum cõstituit: ratus, sedem illã nõ ijs tantùm quas obtineret, sed & uniuersis regionibus multũ præstare. Videbat enim, cætera loca non cõmodè, nec conuenienter ad uniuersi mundi naturam posita, partim hymbrib. inundari, partim feruorib. infestari: hanc uerò prouinciam in commodissima orbis parte sitam, plurimorum, ac potius omnis generis bonorum esse feracissimã: & Nilo, immortali muro, circundatam, qui eam non tantùm muniat, sed insita ui etiam liberaliter alat: insuperabilis & inexpugnabilis insidiatoribus: ijs autem qui intra eũ habitant, ad deriuationes & alia cõplura opportunius. Nam præter ea quæ diximus, potentiam quoq; eorum in cultura terræ propè diuinam effecit: Hymbrium enim & siccitatum, quorum alijs Iupiter promus condus est, horum utrorunque potestatem quiuis per se habet: ac tã immensa felicitate sunt, ut si præstantiam spectes, naturamq́; regionis, & campos latissimè patentes, terra continente fruantur: exportatione autem rerum quibus abundant, & importatione quarum egent, ob fluminis huius commoditatem, insulam incolant. Nam circumcirca eam ambiens, & totam interfluens, magnam eis importunitatẽ utriusq; rei suppeditat. Inde igitur auspicatus, unde sapientes ordiri decet, locum quàm amœnissimum occupauit: eumq́; talem, unde incolis omnia ad uictum necessaria abundè suppeterent. Deinde ciuib. ordine distributis, alios sacris Reipublicę ordinatio.

 præse-

κατέστησε, τοὺς δ' ἐπὶ τὰς τέχνας ἔτρεψε, τοὺς δὲ πε-
ρὶ τὸν πόλεμον μελετᾶν ἠνάγκασεν: ἡγούμενος
τὰ μὲν ἀναγκαῖα καὶ τὰς περιουσίας, ἔκ τε τῆς χώρας
καὶ τῶν τεχνῶν δεῖν ὑπάρχειν: τούτων δ' εἶναι φυλα-
κὴν ἀσφαλεστάτην, τήν τε περὶ τὸν πόλεμον ἐπιμέλει-
αν, καὶ τὴν περὶ τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν. ἅπαντας δὲ τοὺς
ἀριθμοὺς περιλαβών, ἐξ ὧν ἄριστ' ἄν τις τὰ κοινὰ διοι-
κήσειεν, ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς τὰς αὐτὰς πράξεις μεταχειρί-
ζεσθαι προσέταξεν: εἰδώς, τοὺς μὲν μεταβαλλομένους
τὰς ἐργασίας, πρὸς οὐδὲν τῶν ἔργων ἀκριβῶς ἔχον-
,, τας: τοὺς δ' ἐπὶ ταῖς αὐταῖς πράξεσι συνεχῶς ἐπιμέ-
,, νοντας, εἰς ὑπερβολὴν ἕκαστον ἀποτελοῦντας. τοιγα-
ροῦν καὶ πρὸς τὰς τέχνας εὑρήσομεν αὐτοὺς πλεῖον
διαφέροντας τῶν περὶ τὰς αὐτὰς ἐπιστήμας, ἢ τοὺς ἄλ-
λους δημιουργοὺς τῶν ἰδιωτῶν: καὶ περὶ τὴν σύνταξιν δι' ἧς
τήν τε βασιλείαν, καὶ τὴν ἄλλην πολιτείαν διαφυ-
λάττουσιν, οὕτω καλῶς ἔχοντας: ὥστε καὶ τῶν φιλοσόφων
τοὺς ὑπὲρ τῶν τοιούτων λέγειν ἐπιχειροῦντας, καὶ μάλι-
στα εὐδοκιμοῦντας, τὴν ἐν αἰγύπτῳ προαιρεῖσθαι πολι-
τείαν: καὶ λακεδαιμονίους, μέρος τι τῶν ἐκεῖθεν μι-
μουμένους, ἄριστα διοικεῖν τὴν αὐτῶν πόλιν. καὶ γὰρ τὸ
μηδένα τῶν μαχίμων ἄνευ τῆς τῶν ἀρχόντων γνώμης
ἀποδημεῖν, καὶ τὰ συσσίτια, καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἄσκη-
σιν: ἔτι δὲ τὸ μηδενὸς τῶν ἀναγκαίων ἀποροῦντας, τῶν
κοινῶν προσταγμάτων οὐκ ἀμελεῖν: μηδ' ἐπὶ ταῖς ἄλ-
λαις τέχναις διατρίβειν, ἀλλὰ τοῖς ὅπλοις καὶ ταῖς στρα-
τείαις προσέχειν τὸν νοῦν, ἐκεῖθεν ἅπαντα ταῦτα εἰ-
λήφασι. τοσοῦτον δὲ χεῖρον τούτοις κέχρηνται τοῖς ἐπι-
τηδεύμασιν, ὅσον οὗτοι μὲν ἅπαντες στρατιῶται κα-
ταστάντες, βίᾳ τὰ τῶν ἄλλων λαμβάνειν ἀξιοῦσιν:
ἐκεῖ-

ἐπιμαρτυρία φιλοσόφων, καὶ λακεδαιμονίων μίμησις.

præfecit, alios opificijs destinauit, alios rei militari uacare coegit: existimans, res necessarias & opes tum è terræ cultu, tum ex opificijs suppeditari oportere: earum autem custodiam tutissimam esse, tum rei militaris exercitationem, tum pietatem erga deos. Omnes igitur numeros earum rerum, per quas optimè Respublica constitui queat, absoluit. Nam ut singuli easdem res perpetuò tractarent, imperauit: haud ignarus, eos qui subinde aliud atque aliud munus susciperent, nihil exquisitè cognitum habere: eos autem qui rebus ijsdem perpetuò essent occupati, in suo scientiæ genere plurimùm excellere. Vnde hoc consecuti sunt, ut & in singulis artibus longè plus alijs artificibus præstent, quàm cæteri artifices hominibus illarum ignaris: & ordinem, quo regnum cæteraq́ Reipublicæ munia tuentur, tam præclarum seruent, ut etiam philosophi celeberrimi, cum his de rebus disputationes instituunt, Aegyptiam Reipublicæ formam cæteris anteponant: & Lacedæmonij, qui partem quandam inde ad se transtulerunt, suam Rempublicam optimè administrent. Nam ut militum nemo sine uenia magistratuum peregrè abeat, & concœnationes, & corporum exercitationem, prætereaq́ ne inopia rerum necessariarum coacti publica edicta negligant, aut alijs artibus occupentur: sed omnem ætatem, omne studium in armis & expeditionibus consumant: ab Aegyptijs hæc omnia petita sunt. Tanto autē peius his institutis utuntur, quòd ipsi omnes militiæ dediti, ui alijs sua eripere studēt:

Approbatio philosophorum, & Lacedæmoniorũ imitatio.

,, ἐκεῖνοι δ' οὕτως οἰκοῦσιν, ὥσπερ χρὴ τοὺς μήτε τῶν ἰδίων
,, ἀμελοῦντας, μήτε τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύοντας.
γνοίη δ' ἂν τις ἐντεῦθεν τὸ διάφορον ἑκατέρας τῆς πο-
λιτείας. εἰ μὲν γὰρ ἅπαντες μιμησαίμεθα τὴν λακεδαι-
μονίων ἀργίαν καὶ πλεονεξίαν: εὐθὺς ἂν ἀπολοίμεθα, καὶ
διά τε τὴν ἔνδειαν τῶν καθ' ἡμέραν, καὶ διὰ τὸν πόλεμον τὸν
,, πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. εἰ δὲ τοῖς αἰγυπτίων χρῆσθαι νομίμοις
,, βουληθείημεν, καὶ τοῖς μὲν ἐργάζεσθαι, τοῖς δὲ τὰ τούτων
,, σώζειν δόξειεν. ἕκαστοι τὴν αὑτῶν ἔχοντες, εὐδαιμόνως
,, ἂν τὸν βίον διατελοῖμεν. καὶ μὲν δὴ, καὶ τῆς περὶ τὴν φρό-
νησιν ἐπιμελείας, εἰκότως ἄν τις ἐκεῖνον αἴτιον εἶναι
νομίσειεν. τοῖς γὰρ ἱερεῦσι παρεσκεύασεν, εὐπορίαν μὲν
ταῖς ἐκ τῶν ἱερῶν προσόδοις, σωφροσύνην δὲ ταῖς ἁγνείαις
ταῖς ὑπὸ τῶν νόμων προστεταγμέναις, σχολὴν δὲ ταῖς τῶν
κινδύνων καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἀτελείαις: μεθ' ὧν ἐκεῖ-
νοι βιοτεύοντες, τοῖς μὲν σώμασιν ἰατρικὴν ἐξεῦρον
ἐπικουρίαν, οὐ διακεκινδυνευμένοις φαρμάκοις
χρωμένην: ἀλλὰ τοιούτοις, ἃ τὴν μὲν ἀσφάλειαν ἔχει
ὁμοίαν τῇ τροφῇ τῇ καθ' ἡμέραν: τὰς δὲ ὠφελείας τη-
λικαύτας, ὥστε ἐκείνους ὁμολογουμένως ὑγιεινοτάτους
καὶ μακροβιωτάτους εἶναι. ταῖς δὲ ψυχαῖς φιλοσοφίας
ἄσκησιν κατέδειξαν, ἣ καὶ νομοθετῆσαι, καὶ τὴν φύσιν
τῶν ὄντων δύναται ζητῆσαι. καὶ τοὺς μὲν πρεσβυτέ-
ρους ἐπὶ τὰ βέλτιστα ἔταξε: τοὺς δὲ νεωτέρους, ἀμε-
λήσαντας τῶν ἡδονῶν, ἐν ἀστρονομίᾳ καὶ λογισμοῖς
καὶ γεωμετρίᾳ διατρίβειν ἐπῄνεσεν: ὧν τὰς δυνά-
μεις οἱ μὲν ὡς πρὸς ἔνια χρησίμους ἐπαινοῦσιν: οἱ δὲ
ὡς πλεῖστον πρὸς ἀρετὴν συλλαμβανομένας ἀποφαί-
νειν ἐπιχειροῦσι. μάλιστα δ' ἐπαινεῖν καὶ θαυμάζειν τὴν
εὐσέβειαν αὐτῶν ἄξιον, καὶ τὴν περὶ τοὺς θεοὺς θε-
ραπείαν.

illi aũt ita uiuũt, ut eos decet, qui nec sua negligũt, nec insidiantur alienis. Quantũ porrò inter utrãq; gerẽdæ Reipub. rationẽ intersit, ex eo pspici potest: quòd si omnes pigriciã & auariciã Lacedæmoniorũ imitemur, mox cùm ob annonæ penuriã, tũ propter intestina bella perierimus. Sin Aegyptiorũ instituta secuti, alij opus facere, alij horum opes tueri uoluerimus: suis quiq; cõtenti finibus, beatam uitã exigemus. Atq; etiã sapientiæ studiũ illi meritò acceptũ referetur. Nã sacerdotibus ita prospexit, primùm ut è sacris reditibus opes haberent: deinde, quia legibus eorũ sanctimonia summa requiritur, ut temperanter uiuerent: deniq;, cùm immunes sint à militia, cæterisq; laboribus, ut quietè atq; in ocio degerent. Illi igitur his usi commoditatibus ad corpora iuuanda medicinam inuenerunt, nõ eam quæ periculosis medicamentis utitur: sed eiusmodi, quæ cum æquè tutò sumi possint, ut cibi quotidiani, tantas utilitates habent, ut nemo neget eos & saluberrimis esse corporibus, & diutißimè uiuere. Ingenijs autem philosophiæ exercitationem demonstrarũt, quæ tum leges sancire, tum rerum naturam indagare potest. Ac senibus quidem optima quæq; mandauit: adolescentibus autem persuasit, ut omisso uoluptatũ studio, in astronomia & arithmetica & geometria uersarentur: quarum facultatem alij ut ad alia conducibilem laudant, alij eas ad uirtutẽ quoque consequendam adiumenti plurimum afferre contendũt. Maximis autem laudibus & admiratione digna est eorũ religio, & Deorum immortaliũ

ραπείαν. ὅσοι μὲν γὰρ σφᾶς αὐτοὺς οὕτω κατεσχηματί-
σαι, ὥστ' ἢ κατὰ φιλοσοφίαν, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ ἀρε-
τὴν ὑπολαμβάνεσθαι μειζόνως, ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν,
„ οὗτοι βλάπτουσι τοὺς ἐξαπατηθέντας. ὅσοι δὲ τῶν θείων
„ πραγμάτων οὕτω προέστησαν, ὥστε καὶ τὰς ἐπιμελεί-
„ ας, καὶ τὰς τιμωρίας εἶναι δοκεῖν ἀκριβεστέρας τῶν
„ συμβαινόντων, οἱ δὲ τοιοῦτοι πλεῖστα τὸν τῶν ἀνθρώπων
„ βίον ὠφελοῦσιν. καὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν οἱ τὸν φόβον ἡμῖν
„ ἐργασάμενοι τοῦτον, αἴτιοι γεγόνασι, τοῦ μὴ παντάπασι
„ θηριωδῶς διακεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους. ἐκεῖνοι τοίνυν
οὕτως ἁγίως καὶ σεμνῶς περὶ ταῦτα ἔχουσιν, ὥστε καὶ τοὺς
ὅρκους πιστοτέρους εἶναι τοὺς ἐν τοῖς ἐκείνων ἱεροῖς, ἢ τοὺς
„ παρ' ἄλλοις καθεστηκότας: καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἕκα-
„ στον οἴεσθαι παραχρῆμα δώσειν δίκην, ἀλλ' οὐ διαλήσειν
„ τὸν παρόντα χρόνον, οὐδὲ εἰς τοὺς παῖδας ἀναβληθήσε-
σθαι τὰς τιμωρίας. καὶ ταῦτ' εἰκότως δοξάζουσι. πολ-
λὰς γὰρ αὐτοῖς καὶ παντοδαπὰς ἀσκήσεις τῆς ὁσιότητος
ἐκεῖνος κατέστησεν, ὅστις καὶ τῶν ζώων τῶν παρ' ἡμῖν κα-
ταφρονουμένων ἔστιν ἃ σέβεσθαι καὶ τιμᾶν ἐνομοθέτησεν:
„ οὐκ ἀγνοῶν τὴν δύναμιν αὐτῶν, ἀλλ' ἅμα μὲν ἐθίζειν
„ οἰόμενος δεῖν τὸν ὄχλον, ἅπασιν ἐμμένειν τοῖς ὑπὸ
„ τῶν ἀρχόντων παραγγελλομένοις: ἅμα δὲ βουλόμε-
„ νος πεῖραν λαμβάνειν τοῖς φανεροῖς, ἥν τινα περὶ τῶν
„ ἀφανῶν διάνοιαν ἔχωσιν. ἐνόμιζε γὰρ, τοὺς μὲν τούτων
„ ὀλιγωροῦντας, τυχὸν ἂν καὶ τῶν μειζόνων καταφρονή-
„ σειν. τοὺς δ' ἐπὶ πάντων ὁμοίως ἐμμένοντας τῇ τάξει
„ βεβαίως ἔσεσθαι τὴν αὐτῶν εὐσέβειαν ἐπιδεδειγμέ-
νους. ἔχοι δ' ἄν τις μὴ σπεύδειν ὡρμημένος, πολλὰ
καὶ μεγάλα περὶ τῆς ὁσιότητος αὐτῶν διελθεῖν:
ἣν οὔτε μόνος, οὔτε πρῶτος ἐγὼ τυγχάνω κα-
θεω-

πιθανὴ ἀπολογία ὑπὲρ τῶν παρ' αἰγυπτίοις δεισιδαιμονιῶν.

πυθαγόρας τῶν αἰγυπτίων μαθητής.

cultus. Nam qui ita se pararunt, ut uel scientiæ uel uirtutis nomine maiorem de se quàm pro dignitate opinionem excitarint: hi deceptis nocent. Qui autem diuinis rebus ita præsunt, ut & auxilia & pœnæ certiores ac paratiores, quàm sunt, esse uideantur: hi uerò uitæ mortalium plurimùm prosunt. Nam qui ab initio timorem hunc nobis iniecerunt, in causa fuêre, ne inter nos planè bestiarum more uiueremus. Illi igitur hæc ita sanctè augusteq́; administrant, ut etiam iurisiurandi religio, illorum sacris interpositis, sanctior sit, quàm quæ apud alios recepta est: & ut existiment, singulis peccatis confestim paratam esse pœnam: neque fore, ut in præsentia delitescant, aut ultio in liberos differatur. Neq; temere sic opinantur. Multas enim eis & uarias diuinitatis exercitationes ille constituit: ut qui quædam ex animalibus apud nos contemptis, coli & honorari, lege lata, uoluerit: non quòd eorum uim ignoraret, sed partim uulgus assuefaciendum esse ad obseruanda omnia principum edicta existimauit, partim in rebus manifestis experiri uoluit quid de occultis sentirent? Nam qui hæc negligerent, eos fortaßis etiam maiora contempturos. Qui autem æquè in omnibus ordinem conseruarent, eos iam edidisse specimen suæ in colenda religione constantiæ arbitrabatur. Multa, nisi festinatio prohiberet, & magna, de sanctitate Aegyptiorum commemorari poßent, quæ ego neque solus, neque primus

Superstitionum Aegyptiacarum callida excusatio.

Pythagoras Aegyptiorum discipulus.

θεωρητικῶς, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν προ-
γεγενημένων, ὧν καὶ πυθαγόρας ὁ σάμιός ἐστιν· ὃς
ἀφικόμενος εἰς αἴγυπτον, καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενό-
μενος, τήν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τοὺς
ἕλληνας ἐκόμισε, καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας τε καὶ τὰς ἁγι-
στείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπου-
„ δασεν: ἡγούμενος, εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ διὰ ταῦτα
„ πλεῖον γίγνοιτο παρὰ τῶν θεῶν: ἀλλὰ παρά γε τοῖς
„ ἀνθρώποις ἐκ τούτων μάλιστ᾽ ἂν εὐδοκιμήσειν. ὅπερ
„ αὐτῷ καὶ συνέβη. τοσοῦτον γὰρ εὐδοξίᾳ τοὺς ἄλλους ὑπερέ-
βαλεν, ὥστε καὶ τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ἐπιθυμεῖν αὐ-
τοῦ μαθητὰς εἶναι, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἥδιον ὁρᾶν τοὺς
παῖδας τοὺς αὐτῶν, ἐκείνῳ συγγιγνομένους, ἢ τῶν οἰκείων
ἐπιμελουμένους. καὶ τούτοις οὐχ οἷόν τε ἀπιστεῖν. ἔτι γὰρ καὶ
νῦν τοὺς προσποιουμένους ἐκείνου μαθητὰς εἶναι, μᾶλ-
λον σιγῶντας θαυμάζομεν, ἢ τοὺς ἐπὶ τῷ λέγειν μεγί-
στην δόξαν ἔχοντας. ἴσως ἂν οὖν τοῖς εἰρημένοις ἀπαν-
τήσειας, ὅτι τὴν μὲν χώραν καὶ τοὺς νόμους, καὶ τὴν εὐσέ-
βειαν, ἔτι δὲ καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐπαινῶ τῶν αἰγυπτίων:
ὡς δὲ τούτων αἴτιος ἦν, ὃν ὑπεθέμην, οὐδὲ μίαν ἔχω
λέγειν ἀπόδειξιν. Ἐγὼ δ᾽ εἰ μὲν ἄλλος τίς μοι τὸν τρό-
πον τοῦτον ἐπέπληττεν, ἡγούμην ἂν αὐτὸν πεπαιδευμέ-
νως ἐπιτιμᾶν. σοὶ δ᾽ οὐ προσήκει ταύτην ποιεῖσθαι τὴν
ὑπόληψιν. βουληθεὶς γὰρ βούσιριν εὐλογεῖν, περιείλου,
λέγειν, ὡς τόν τε Νεῖλον περὶ τὴν χώραν περιέρρηξε, καὶ
τῶν ξένων τοὺς εἰσαφικνουμένους κατήσθιεν. ὡς δὲ ταῦτ᾽
„ ἐποίησεν, οὐδὲ μίαν πίστιν εἴρηκας. καίτοι πῶς οὐ κα-
„ ταγέλαστόν ἐστι, ταῦτα παρὰ τῶν ἄλλων ἀπαιτεῖν, οἷς
αὐτὸς μηδὲ κατὰ μικρὸν κεχρημένος τυγχάνεις;
ἀλλὰ τοσούτῳ πλέον ἡμῶν ἀπέχεις τοῦ πιστὰ λέγειν, ὅσου

προκατάληψις, δι᾽ ἧς κατασκευάζει, ὅτι τῆς κατ᾽ αἴγυπτον πολιτείας αἴτιος ὁ βούσιρις.

ἀντεξέτασις ἀμφοῖν τοῖν λόγοιν.

perspexi: sed multi cũ nostræ, tũ superioris ætatis homines: quorum de numero fuit etiã Samius ille Pythagoras. Qui cùm in Aegyptum profectus: illorũ disciplinæ se tradidisset: tum reliquam philosophiã primus in Græciam intulit, tũ sacrificiorũ & consecrationum in templis maius quàm cæteri studiũ habuit: existimãs, etiamsi propterea nihilo plus à Dijs impetrasset: at maximam celebritatẽ sermonis hominum ea re se consecuturum: id quod ei & contigit. Tantum enim nobilitate cæteris excelluit, ut & adolescentes omnes eius discipuli esse cuperẽt: & senes cũ eo uiuere mallẽt suos liberos, quàm rẽ familiarẽ curare. Atq; his abrogari fides nõ potest. Nam etiam nunc, qui se discipulos eius esse profitentur, eos magis tacentes admiramur, quàm alios eloquentiæ gloria præstantissimos. Fortassis autem ijs quæ diximus, occurres: me regionem quidem, & leges, & pietatem, atq; etiam sapientiam Aegyptiorum laudare: sed harũ rerum autorẽ eum esse, quẽ posuerim, nulla ratione demõstrare posse. Ego uerò, si quis alius hoc mihi opponeret, eruditè me ab eo reprehendi putarem. Sed tibi sic argumentari nefas est. Cùm enim Busiridem laudare uoluisses, dicere non dubitasti, eum & Nilum ui ab suo cursu abruptum, regionem circumfluere coegisse, & exteros, qui eò aduenissent, deuorasse: nec ullum argumentum, quo probaretur hæc ab eo esse facta, protulisti. Nónne igitur ridiculum fuerit, te ab alijs exigere, quæ tute ne minima quidem ex parte præstitisti? Nam lõgè absurdiora, quàm nos, dicis: qui

Occupatio, qua cõfirmat, hæc Busiridi accepta esse referenda.

Cõparatio utriusq; orationis.

ὅσον ἐγὼ μὲν οὐδενὸς αὐτὸν αἰτιῶμαι τῶν ἀδυνάτων:
ἀλλὰ νόμων καὶ πολιτείας, αἵ περ εἰσὶ πράξεις τῶν ἀν-
δρῶν τῶν καλῶν κἀγαθῶν: σὺ δὲ τοιούτων δημιουργὸν
ἀποφαίνεις, ὧν οὐδέτερον οὐδεὶς ἂν ἀνθρώπων ποιήσειεν:
ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς τῶν θηρίων ὠμότητος, τὸ δὲ τῆς τῶν θεῶν
δυνάμεως ἔργον ἐστίν. ἔπειτ' εἰ καὶ τυγχάνομεν ἀμ-
φότεροι τὰ ψευδῆ λέγοντες: ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν τούτοις
κέχρημαι τοῖς λόγοις, οἷς περ χρὴ τοὺς ἐπαινοῦντας, σὺ
» δ' οἷς προσήκει τοὺς λοιδοροῦντας. ὥστ' οὐ μόνον τῆς ἀλη-
» θείας αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἰδέας ὅλης, δι' ἧς εὐλογεῖν
δεῖ, φαίνει διημαρτηκώς. χωρὶς δὲ τούτων, εἰ δεῖ τὸν σὸν
ἀπαλλάξαντα, τὸν ἐμὸν λόγον ἐξετάζειν, οὐδεὶς ἂν αὐτῷ
δικαίως ἀπιστήσειεν. εἰ μὲν γὰρ ἄλλος τις ἦν φανερὸς
» ὁ ταῦτα πράξας, ἃ ἐγὼ φημὶ γεγενῆσθαι δι' ἐκεῖνον:
ὁμολογῶ λίαν εἶναι τολμηρὸς, εἰ περὶ ὧν ἅπαντες ἐπί-
στανται, περὶ τούτων μεταπείθειν ἐπιχειρῶ. Νῦν δ' ἐν
κοινῷ τῶν πραγμάτων ὄντων, καὶ δοξάσαι δέον περὶ
αὐτῶν: τίνα ἄν τις τῶν ἐκεῖ καθεστώτων, ἐκ τῶν εἰ-
κότων σκοπούμενος, αἰτιώτερον εἶναι νομίσειεν, ἢ τὸν
ἐκ ποσειδῶνος μὲν γεγονότα, πρὸς δὲ μητρὸς ἀπὸ
διὸς ὄντα, μεγίστην δὲ δύναμιν τῶν κατ' αὐτὸν κτησά-
μενον, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὀνομαστότατον γεγενημέ-
νον; οὐ γὰρ δή που τοὺς ἅπασι τούτοις ἀπολελειμμένους
προσήκει μᾶλλον, ἢ ἐκεῖνον, τηλικούτων ἀγαθῶν εὐερ-
γέτην γεγενῆσθαι. καὶ μὲν δὴ καὶ τοῖς χρόνοις ῥαδίως
ἄν τις τοὺς λόγους τοὺς τῶν λοιδορούντων ἐκεῖ-
νον, ψευδεῖς ὄντας ἐπιδείξειεν. οἱ γὰρ αὐτοὶ τῆς
βουσίριδος ξενοκτονίας κατηγοροῦσι, καὶ φασὶν αὐ-
τὸν ὑφ' ἡρακλέους ἀποθανεῖν. ὁμολογεῖται δὲ παρὰ
πάντων τῶν λογοποιῶν, περσέως τοῦ διὸς καὶ
δανάης

ἐκ τοῦ βουσίριδος προσώπου.

ἀνασκευὴ τῶν κατὰ βουσίριδος βλασφημιῶν: καὶ παρέκβασις, εἰς διασυρμὸν τῶν παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἀνοσίων μύθων.

qui nihil illi, quod fieri nequeat, tribuimus: sed leges & Reipublicæ constitutionem, quæ præstantiũ uirorum opera sunt. Tu uerò talium facinorum opificem eum nobis exhibes, quorum neutrum quisquam mortalium fecerit. Nam alterum belluinæ immanitatis est, alterum potentiæ diuinæ. Deinde ut falsa uterq; dicamus: ego tamen his uerbis usus sum quæ laudantium sunt, tu ijs quæ uituperantibus conueniunt. Quare non ueritatem tantùm neglexisti, sed & à tota forma laudationum aberrasti. Iam si tuis omissis, mea oratio excutiẽda est: nemo ei iurè fidem abrogabit. Nam si quem aliũ hæc fecisse constaret, quæ ego illi tribuo: ne ipse quidem negarim, me nimis audacem esse, qui notam omnibus ueritatem extorquere studerem. Nunc cùm res in medio posita, & niti coniectura necesse sit, quémnam aliquis institutorum & legum quæ apud Aegyptios sunt, si uerisimilitudo spectetur, autorem potius esse credat, quàm eum qui sit & Neptuno genitus, & maternum genus ad Iouem referat, & maxima potẽtia præditus, & ubiq; gentium nominatissimus fuerit? Nec enim consentaneum est, his reb. omnibus inferiores aliquos potius, quàm illum, tanta in Rempublicam beneficia contulisse. Quin etiam ipsa ratione temporum, conuiciatorum uerba mendacij facilè conuincuntur. Nã ijdem sunt, qui Busiridem & cæsorum hospitum accusent, & ab Hercule interfectum esse dicant. Constat autem inter omnes historicos, Perseo Iouis & Danaæ

A Busiridis persona.

Confutatio criminum, quę Busiridi obijciuntur: & digressio, qua impiæ poetarũ fabulę perstringũtur.

θανάης ἡρακλέα μὲν εἶναι τέτταρσι γενεαῖς νεώτερον
βούσιριν ἢ πλέον ἢ διακοσίοις ἔτεσι πρεσβύτερον. καί-
τοι τὸν βουλόμενον διαλύσασθαι τὰς ὑπὲρ ἐκείνου
διαβολὰς, πῶς οὐκ ἄτοπόν ἐστι ταύτην τὴν πίστιν
παραλιπεῖν, τὴν οὕτως ἐναργῆ, καὶ τηλικαύτην δύνα-
μιν ἔχουσαν; ἀλλὰ γὰρ οὐδέν σοι τῆς ἀληθείας ἐμέλη-
σεν, ἀλλὰ ταῖς τῶν ποιητῶν βλασφημίαις ἐπηκολούθη-
σας, οἳ δεινότερα μὲν πεποιηκότας καὶ πεπονθότας ἀ-
ποφαίνουσι τοὺς ἐκ τῶν ἀθανάτων γεγονότας, ἢ τοὺς
ἐκ τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀνοσιωτάτων: τοιούτους δὲ λό-
γους περὶ αὐτῶν τῶν θεῶν εἰρήκασιν, οὓς οὐδεὶς ἂν περὶ
τῶν ἐχθρῶν τολμήσειεν εἰπεῖν. οὐ γὰρ μόνον κλοπὰς καὶ
μοιχείας, καὶ παρ' ἀνθρώποις θητείας αὐτοῖς ὠνείδισαν:
ἀλλὰ καὶ παίδων βρώσεις, καὶ πατέρων ἐκτομὰς, καὶ
μητέρων συνουσίας, καὶ πολλὰς ἄλλας ἀνομίας ἐλογο-
ποίησαν κατὰ τούτων: ὑπὲρ ὧν τὴν μὲν ἀξίαν δίκην
οὐκ ἔδοσαν, οὐ μὴν ἀτιμώρητοί γε διέφυγον: ἀλλ' οἱ
μὲν αὐτῶν ἀλῆται, καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἐνδεεῖς κα-
τέστησαν: οἱ δ' ἐτυφλώθησαν: ἄλλοι δὲ φεύγοντες τὴν
πατρίδα, καὶ τοῖς οἰκείοις πολεμοῦντες, ἅπαντα τὸν χρό-
νον διετέλεσαν. Ὀρφεὺς δὲ, ὁ μάλιστα τῶν τοιούτων λόγων
ἁψάμενος, διασπασθεὶς τὸν βίον ἐτελεύτησεν. ὥστ',
ἂν σωφρονῶμεν, οὐ μιμησόμεθα τοὺς λόγους τοὺς ἐκεί-
νων: οὐδὲ περὶ μὲν τῆς ἀλλήλων κακηγορίας νομοθε-
τήσομεν, τῆς δ' εἰς τοὺς θεοὺς παρρησίας ὀλιγωρήσομεν:
ἀλλὰ φυλαξόμεθα, καὶ νομιοῦμεν ὁμοίως τούς τε λέγον-
τας τὰ τοιαῦτα πλημμελεῖν, καὶ τοὺς πιστεύοντας αὐ-
τοῖς. ἐγὼ μὲν οὖν, οὐχ ὅπως τοὺς θεοὺς, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς
ἐξ ἐκείνων γεγονότας, οὐδὲ μιᾶς ἡγοῦμαι κακίας μετα-
σχεῖν: ἀλλ' αὐτούς τε τὰς πάσας ἔχοντας ἀρετὰς φῦναι,
καὶ

παραίνεσις, ὅτι δεῖ τὴν ὀρθόδοξον θεολογίαν προσκρᾶσθαι.

Danaæ filio, quatuor ætatibus Herculem esse iuniorem: Busiridem uerò, plus quàm ducentis annis seniorem. At uerò quid absurdius, te, cum factas illi calumnias refutare institueres, quàm argumentum hoc tam euidens, tam firmum prætermisisse? Verùm tu ueritatis nulla ratione habita, poetarum maledicta secutus es: qui ex Dijs immortalibus genitos, atrociora tum perpetrasse, tum perpessos esse asserunt, quàm filios hominum nefariorum: talésque fabulas de ipsis Dijs commenti sunt, quales nemo in suos inimicos dicere audeat. Nec enim furta solùm, & adulteria, & apud homines seruitutes, eis exprobrarunt: sed & liberorum deuorationes, & patrum exectiones, & matrum concubitus, & multa alia tetra facinora de illis confinxerunt. Quorum nondum illi quidem meritas pœnas dederunt, non tamen omne supplicium effugerunt. Nam alij errones & mendici fuerunt, alij cæcati sunt: alij pulsi patria, bellũ perpetuum contra domesticos suos gesserunt. Orpheus autem talium fabularum præcipuus autor, in frusta discerptus interijt. Quare si sapimus, illorum deliramenta non imitabimur: neque committemus, cùm leges tulerimus, ne alter alteri maledicat, ut omnis licentia quiduis de Dijs effutiendi detur: sed cauebimus potius, & tam eos qui talia dicunt, quàm qui credunt, delinquere putabimus. Ego uerò non Deos tantùm, sed illorum filios etiam, alienos ab omni scelere & uitio, tum ipsos natura uirtutes omnes insitas habuisse credo, tum

Admonitio, piè de dijs sentiẽdum esse.

καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν καλλίστων ἐπιτηδευμάτων ἡγεμόνας καὶ διδασκάλους γενέσθαι. καὶ γὰρ ἄλογον, εἰ τῆς μὲν ἡμετέρας εὐπαιδίας εἰς τοὺς θεοὺς τὴν αἰτίαν ἀναφέρομεν· τῆς δὲ σφετέρας αὐτῶν μηδὲν αὐτοὺς φροντίζειν νομίζομεν. ἀλλ' εἰ μέν τις ἡμῶν τῆς τῶν ἀνθρώ-
» πων φύσεως καταστῇ κύριος· οὐδ' ἂν τοὺς οἰκέτας
» ἐάσειεν εἶναι πονηρούς· ἐκείνων δὲ οὐ καταγινώσκοιμεν, εἰ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας περιίδοιεν, οὕτως ἀσεβεῖς καὶ παρανόμους ὄντας; καὶ σὺ μὲν οἴει καὶ τοὺς μηδὲν προσήκοντας, ἂν σοι πλησιάσωσι, βελτίους ποιήσειν· τοὺς δὲ θεοὺς οὐδεμίαν ἡγῇ τῆς τῶν παίδων ἀρετῆς ἔχειν ἐπιμέλειαν; Καί τοι κατὰ τὸν σὸν λόγον, δυοῖν τοῖν αἰσχίστοιν οὐ διαμαρτάνουσιν. εἰ μὲν γὰρ μηδὲ βούλονται τοὺς χρηστοὺς αὐτοὺς εἶναι, χείρους εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν. εἰ δὲ βούλονται μὲν, ἀποροῦσι δὲ ὅπως ποιήσωσιν, ἐλάττω τῶν σοφιστῶν τὴν δύναμιν ἔχουσιν. πολλῶν δ' ἐνόντων εἰπεῖν, ἐξ ὧν ἄν τις καὶ τὸν ἔπαινον καὶ τὴν ἀπολογίαν μηκύνειεν, οὐχ ἡγοῦμαι δεῖν μακρολογεῖν. οὐ γὰρ ἐπίδειξιν τοῖς ἄλλοις ποιούμενος, ἀλλ' ὑποδεῖξαί σοι βουλόμενος, ὡς χρὴ τούτων ἑκάτερον ποιεῖν, διείλεγμαι περὶ αὐτῶν· ἐπεὶ τόν τε λόγον ὃν συνέγραψας, οὐκ ἀπολογίαν ὑπὲρ Βουσίριδος, ἀλλ' ὁμολογίαν τῶν ἐγκαλουμένων δικαίως ἄν τις εἶναι νομίσειεν. οὐ γὰρ ἀπολύεις αὐτὸν τῆς ἁμαρτίας, ἀλλ' ἀποφαίνεις, ὡς καὶ τῶν ἄλλων τινὲς ταῦτα πεποιήκασι, ῥαθυμοτάτην τοῖς ἁμαρτάνουσιν εὑρίσκων κατα-

ἀποδίωξις καὶ ἐπάνοδος ἐπὶ τὴν κατηγορίαν.

σι, ῥαθυμοτάτην τοῖς ἁμαρτάνουσιν εὑρίσκων κατα-
» φυγήν. εἰ γὰρ τῶν μὲν ἀδικημάτων οὐ ῥάδιον εὑρεῖν, ὃ
» μή πω τυγχάνει γεγενημένον· τοὺς δὲ ἐφ' ἑκάστοις αὐτῶν ἁλισκομένους, μηδὲν ἡγοίμεθα δεινὸν ποιεῖν, ὅτ' ἂν ἕτεροι ταυτὰ φαίνωνται διαπεπραγμένοι· πῶς

tum alijs ad honestissima & præclarissima quæque studia duces & magistros extitisse. Absurdum enim est, cùm nostræ sobolis prosperitatem Dijs acceptam referamus: eos existimare, suam ipsorum nihil curare. Quòd si cui nostrûm potestas naturæ humanæ moderandæ daretur, quis est qui famulos suos improbos esse pateretur? & illos non damnaremus, si ex sese genitos tanta impietate & improbitate esse paterentur? Tu quidem te putas, etiam tibi prorsus alienos, si te magistro utantur, optimos esse redditurum: Deos uerò nullam prorsus existimas curam habere uirtutis suorum liberûm? At ista ratione à duobus turpissimis criminibus non absunt. Nam si bonos eos ne quidem esse uolunt, deteriore sunt quàm homines ingenio. Sin, cum uelint, qua ratione id efficiant, non habent: sophistis sunt imbecilliores. Etsi autem multa in re insunt, per quæ & laudatio & defensio dilatari posset: non tamen pluribus uerbis opus esse censeo. Nec enim apud alios ostentandi mei, sed erudiendi tui causa: utq; ostenderem, quomodo horum utrunq; fieri debeat, hæc disserui. Nam oratio quidem à te conscripta, non defensio Busiridis, sed criminum confessio, rectè existimari potest. Nec enim eum culpa uacare ostendis, sed alios nonnullos eadem illa fecisse declaras: facilimo delinquentibus refugio excogitato. Cum enim non facile sit ullum reperire scelus, quod nondum sit perpetratũ: si facinorũ conuictos nihil graue admisisse putabimus; modò alios eadẽ fecisse cõstet, nónne

Præcisio & reditus ad reprehensionem.

οὐκ ἂν καὶ τὰς ἀπολογίας ἅπασι ῥᾳδίας ποιήσαιμεν, καὶ τοῖς βουλομένοις εἶναι πονηροῖς πολλὴν ἐξουσίαν παρασκευάσαιμεν; μάλιστα δ᾽ ἂν κατίδοις τὴν εὐήθειαν τῶν εἰρημένων, ἐπὶ σαυτοῦ θεωρήσας. ἐνθυμήθητι γὰρ, εἰ μεγάλων καὶ δεινῶν αἰτιῶν περὶ σὲ γεγονυιῶν, τοῦτον τίς σοι τὸν τρόπον συνείποι: πῶς ἂν διατεθείης; ἐγὼ μὲν οἶδ᾽ ὅτι πολὺ μᾶλλον αὐτὸν μισήσειας, ἢ τοὺς κατηγοροῦντας. καίτοι πῶς οὐκ αἰσχρὸν, τοιαύτας ὑπὲρ τῶν ἄλλων λογοποιεῖσθαι τὰς ἀπολογίας: ἐφ᾽ αἷς ὑπὲρ σαυτοῦ λεγομέναις μάλιστ᾽ ἂν ὀργισθείης; σκέψαι δὲ κἀκεῖνο, καὶ διέλθε πρὸς αὑτόν. εἴ τις τῶν σοι συνόντων ἐπαρθεὶς ποιεῖν, ἃ σὺ τυγχάνεις εὐλογῶν: πῶς οὐκ ἂν ἀθλιώτατος εἴη, καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν πώποτε γεγενημένων; ἆρ᾽ οὖν χρὴ τοιούτους λόγους συγγράφειν, οἷς τοῦτο προσέσται μέγιστον ἀγαθὸν, ἢν μηδένα πεῖσαι τῶν ἀκουσάντων δυνηθῶσιν. ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἂν εἴποις, ὡς οὐδὲ σὲ τοῦτο παρέλαθεν: ἀλλ᾽ ἐβουλήθης τοῖς φιλοσόφοις παράδειγμα καταλιπεῖν, ὡς χρὴ περὶ τῶν αἰσχρῶν αἰτιῶν καὶ δυσχερῶν πραγμάτων ποιεῖσθαι τὰς ἀπολογίας. ἀλλ᾽ εἰ καὶ πρότερον ἠγνόεις, οἶμαί σοι νῦν γεγενῆσθαι φανερὸν, ὅτι πολὺ θᾶττον ἄν τις σωθείη, μηδὲν φθεγξάμενος, ἢ τοῦτον τὸν τρόπον ἀπολογησάμενος. καὶ μὲν δὴ καὶ τοῦτο δῆλον, ὅτι τῆς φιλοσοφίας ἐπικήρως διακειμένης, καὶ φθονουμένης: διὰ τοὺς τοιούτους τῶν λόγων ἔτι μᾶλλον αὐτὴν μισήσουσιν. ἢν οὖν μοι πείθῃ, μάλιστα μὲν οὐ ποιήσεις τοὺς λοιποὺς πονηρὰς ὑποθέσεις. εἰ δὲ μὴ, τοιαῦτα ζητήσεις λέγειν, ἐξ ὧν μήτ᾽ αὐτὸς χείρων εἶναι δόξεις, μήτε τοὺς μιμουμένους λυμανῇ, μήτε τὴν περὶ τοὺς λόγους παίδευσιν διαβαλεῖς. καὶ μὴ θαύμαζε, εἰ νεώτερος ὢν, καὶ μηδέν σοι προσήκων, οὕτω προχείρως ἐπιχει-

καθ᾽ ὑπόθεσιν, ὅτι μηδ᾽ αὐτὸς ὁ Πολυκράτης τοιαύτην ἂν ἕλοιτο συνηγορίαν.

ἐπίλογος παραινετικὸς μετ᾽ ἐπιδιορθώσεως.

omnib. expeditas defensiones faciemus, & malè cogitantib. magnā fenestrā ad licentiam aperiemus? Optimè aūt perspicies, quàm stultè ista dicta sint, si ad te ipsum omnia retuleris. Illud enim cogita: si de magnis & nefariijs criminib. accusatus, ad istū modū ab aliquo defenderêre: quid animi tibi fore censes? Equidem scio, te illi multo infensiorem futurū, quàm ipsis accusatorib. An uerò turpe non est, alios ita defendere, quēadmodū te defendi iniquißimo animo ferres? Illud quoq; cōsidera, & apud animū tuū cogita: si quis tuorū familiariū induci se patere tur ad ea faciēda, quæ tu laudas, an nō miserrimus esset omniū, & qui nūc sunt, & qui unquā fuerūt? Scribēdæ ne sunt eiusmodi orationes, quarū id summū bonū sit, si nemini auditorū persuadere poßint? Fortaßis aūt dices, nec te id fefellisse: sed exemplum studiosis relinquere uoluisse, fœda crimina, & causas difficiles defendēdi. Verùm si prius ignorabas, nūc saltē te intellexisse arbitror, multo facilius aliquē absolutū iri, si nec os aperuerit, quàm si isto modo suā causam egerit. Iā cùm studia literarū ueluti fatali calamitate urgeātur, et in odio sint: istius generis orationib. maiorē etiā in illa inuidiā concitatū iri cōstat. Itaq; si mihi obtēperare uolueris, aut in posterū (idq; potißimū fuerit) nulla improba argumenta tractabis: aut operā certè dabis, ut ea dicas, per quæ nec tuā existimationē imminuas, nec imitatores tui corrūpas, nec eloquētiæ disciplinæ crimē cōfles. Neq; uerò mirari debes, me & natu minorē, neq; ulla neceßitudine tibi deuinctū, monere te adeò

Fictio, ne Polycratē quidem ipsum ita se defendi uelle.

Epilogi uice admonitio, cum occupatione.

„ ἐπιχειρῶ σε νουθετεῖν. ἡγοῦμαι γὰρ οὐ τῶν πρεσβυτάτων,
„ οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων, ἀλλὰ τῶν πλεῖστα εἰδότων καὶ βου-
„ λομένων ὠφελεῖν, ἔργον εἶναι, περὶ τῶν τοιούτων συμ-
„ βουλεύειν.

ἹΕΡΩΝΥ΄ΜΟΥ ΒΟΛΦΙ΄ΟΥ

εἰς τὸν Α. λόγον ὑπόθεσις.

Παναθήναια τὸ παλαιὸν Ἀθήναια καλούμενα, κατὰ Σουίδας φησί, διττὰ ἦν· τὰ μὲν μεγάλα κατὰ πενταετηρίδα, τὰ δὲ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀγόμενα. ἑορτάζετο δ' ἡ ἑορτὴ εἰς μνήμην Ἐριχθονίου τε καὶ Θησέως, τοῦ τοὺς Ἀθηναίους πρότερον σποράδην ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκοῦντας, εἰς τὴν πόλιν συναγαγόντος. τούτοις ὁ Φαβωρῖνος προστίθησιν, ὅτι ἐν αὐτοῖς ὠρχοῦντο οἱ παῖδες ἐν ὅπλοις· καὶ ἐπεὶ πᾶσαι αἱ ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν ἀποικισθεῖσαι πόλεις βοῦν τυθησόμενον ἔπεμπον, ὅτι συνέβαινεν ἄδειαν εἶναι τῶν κρεῶν, ὥστε πληροῦσθαι πάντας, καὶ παρὰ τὸ δέον ἐσθίοντας, διὰ τὴν ἀφθονίαν τῶν κρεῶν. προσγράψω δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ Σουίδα, καίπερ διεφθαρμένης ἐν ὀλίγοις τῆς γραφῆς. φησὶ δ' οὖν· καὶ ἀγωνίζεται παῖς ἴσθμια, ὁ πρεσβύτερος καὶ ἀγένειος καὶ ἀνήρ. τῷ δὲ νικῶντι δίδοται ἆθλον ἔλαιον ἀμφιφοροῦσι, καὶ ὁ νικῶν στεφανοῦται ἐλαίᾳ πλεκτῇ. ὁ μὲν οὖν λόγος εἴτε διὰ τὸ ἐν Παναθηναίοις εἰρῆσθαι, εἴτε διὰ τὸ πάντα τὰ Ἀθηναίων κατορθώματα καταλέγειν, καὶ τοὺς ἐπαίνους αὐτῶν ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς ἀναλαμβάνειν, Παναθηναϊκὸς ἐπιγράφεται. περὶ δὲ τούτου τοῦ συντάγματος μέμνηται καὶ Κικέρων, τοιαῦτά που γράφων· ἔστι δὲ τῆς μεθ' ἡσυχίας καὶ καθαρῶς καὶ χαριέντως ἀγομένης ἡλικίας εὔθυμον καὶ ῥᾴθυμον τὸ γῆρας, οἷον τό, τε Πλάτωνος παρειλήφαμεν, ὃς ἔτος ἄγων πρῶτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἐτελεύτησε γράφων· καὶ τὸ Ἰσοκράτους, ὃς τὸν Παναθηναϊκὸν ἐπιγραφόμενον λόγον τῷ ἐνενηκοστῷ καὶ τετάρτῳ ἔτει συνθεῖναι λεγόμενος, καὶ ἔτη πέντε ἐπιβιῶναι. καὶ ταῦτα μὲν οὗτος. ἄρχεται δ' ἀπὸ γεροντικῆς περιαυτολογίας, περί τε τῶν γεγραμμένων αὐτῷ λόγων, καὶ τῆς τύχης, καὶ τοῦ βίου, καὶ τῆς διαβολῆς τῆς ὑπὸ τῶν σοφιστῶν, διὰ πλειόνων ὑπὲρ ταύτης ἀπολογούμενος. εἶθ' ὑποθέμενος, ὅτι ἀποδείξειν μέλλει, ὡς Ἀθηναῖοι πλείω εὖ πεποιήκασι τοὺς Ἕλληνας Λακεδαιμονίων, φησίν, ὅτι τὸ αὐτὸ μὲν καὶ ἐν τῷ πανηγυρικῷ τυγχάνει πεποιηκώς, ὁ δὲ τόπος ταύτης οἰκεῖός ἐστι τῆς ὑποθέσεως. διισχυρῶν προβαίνει ἀντιπαραβάλλων αὐτούς, καὶ τοὺς μὲν τῶν Ἀθηναίων ἐπαίνους αὔξων, τοὺς

δὲ τῶν

alacriter instituisse. Nam huiusmodi de rebus dare consilia, neque natu maximorum, neque coniunctissimorum, sed eorum esse munus existimo, qui prodesse plurimum & uolunt & possunt.

HIERONYMI VVOLFII in Panathenaicum, Argumentum.

PAnathenæa, quæ Athenæa quondam dicerentur, Suida autore, duplicia fuêre: altera maiora, quinto quoque anno: altera minora, singulis annis celebrari solita. Institutæ autem hæ solennes feriæ feruntur in memoriam Erichthonij & Thesei, qui Athenienses sparsim in agris habitantes, in urbem coegerint. His Phauorinus addit, pueros in ijs armatos saltasse: & cum singulæ Atheniensium coloniæ bouem ad sacrificia mitterent: omnes, ob carnium copiam, etiam ultra satietatem comedisse. Sed & Suidæ reliqua, licet nonnihil corrupta, ascribam. Decertat, inquit, puer in Isthmijs, non senior, & imberbis, & uir, ac præmium uictori datur oleum in amphoris: & uictor redimitur oleagino serto. Hæc igitur oratio, uel quia in Panathenæis recitata fuit: uel quòd Atheniensium omnia præclara facinora prædicat, eorumque laudes omnes à prima origine repetit: Panathenaicus inscribitur. Huius operis Cicero meminit his uerbis: Est quietè & purè & eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus: qualé accepimus Platonis, qui uno & octogesimo anno scribens, mortuus est: qualem Isocratis, qui cum librum qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, uixitq; quinquennium postea. Hæc ille. Orditur autem à senili suarum rerum commemoratione, de suo scribendi genere, de fortuna & uita sua, de calumnijs Sophistarum, quas prolixè refutat. Deinde proponit, se ostensurũ, Atheniẽses melius esse de Græcia meritos, quàm Lacedæmonios. Quod licet etiam in Panegyrico sit factum: tamẽ hunc locum non illius argumenti, sed huius esse proprium. Itaq; in ea collatione pergit, Atheniensiũ laudes exaggerans,

δὲ τῶν λακεδαιμονίων μερῶν· καὶ τούτων μὲν τὰ παραπτώματα δια-
βάλλων, ἐκείνων δ' ὑπεραπολογούμενος, καὶ παντοδαπὰ προοίμιά τε καὶ
παρεκβάσεις ἐνυφαίνων. τελευτῶν δὲ οἱονεὶ διαλογικῶς εἰσάγει λακωνι-
στήν τινα, πρὸς ὃν τὰς ὑπὲρ λακεδαιμονίων ἀπολογίας καὶ ἐπαίνους ἐντό-
νως ἀντιλέγει. εἶτα σκοπεῖ μετὰ τῶν ἀκροατῶν καὶ φίλων, τί χρὴ ποιεῖν πε-
ρὶ τὴν τοῦ λόγου ἔκδοσιν. πάντων δὲ τούτων ἀποδεξαμένων, πάλιν κλη-
θεὶς ὁ φιλολάκων τὴν ἀκρίβειαν ἰσοκράτους, καὶ λανθάνουσαν τοὺς πολλοὺς τέ-
χνην ἐξηγεῖται εὐφυῶς πάνυ καὶ χαριέντως. τελευτῶν δὲ πάλιν κατὰ τὸ
εἰωθὸς αὐτῷ περὶ τοῦ γήρως καὶ τῆς νόσου λέγει, τῆς μεταξὺ γράφοντι ἐνοχλη-
σάσης· καὶ τοὺς μὲν πεπαιδευμένους τῶν ἀναγνωστῶν καὶ κριτῶν ζητεῖ, τῶν δὲ
τῶν νωθρῶν καὶ ῥαθύμων μωρίας καὶ προπετείας κατηγορεῖ. καὶ ταῦτα μὲν
τὰ κεφάλαια σχεδόν ἐστι τοῦ λόγου. τὰ δὲ κατὰ μέρος (εἴ τινι ἄρα εἴτε δι'
ἀργίαν, εἴτε δι' ἀσχολίαν, ὅλον τὸ σύνταγμα ἀναγνῶναι οὐ βουλομένῳ
ἐστὶν) ἐπιμελῶς καθ' ἑκάστην σελίδα παρεσημειωσάμεθα. παραθήσο-
μαι δ' ὅμως τὸ τοὺς ἧττον ἀποκριβωμένους ἧττον σφάλλεσθαι, καὶ προσεκ-
τικωτέρους γίγνεσθαι αὐτοῦ τοῦ συγγράψαντος περὶ τοῦ λόγου μαρτύριον.
Δοκεῖς δέ μοι (φησὶν ὁ φιλολάκων) προελέσθαι συνθεῖναι λόγον μηδὲν
ὅμοιον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ τοῖς μὲν ῥαθύμως ἀναγινώσκουσιν ἁπλοῦν εἶναι
δόξαντα, καὶ ῥάδιον καταμαθεῖν· τοῖς δ' ἀκριβῶς διεξιοῦσιν αὐτόν, καὶ
πειρωμένοις κατιδεῖν, ὃ τοὺς ἄλλους λέληθεν, χαλεπὸν φαινόμενον, καὶ
πολλῆς μὲν ἱστορίας γέμοντα καὶ φιλοσοφίας, παντοδαπῆς δὲ μεστὸν ποι-
κιλίας καὶ ψευδολογίας, οὐ τῆς εἰθισμένης μετὰ κακίας βλάπτειν τοὺς συμ-
πολιτευομένους, ἀλλὰ τῆς δυναμένης μετὰ παιδιᾶς ὠφελεῖν ἢ τέρπειν
τοὺς ἀκούοντας. τῇ αὐτῇ ὑποθέσει καὶ ἀριστείδης ὁ σοφιστὴς πρὸς ζῆλον ἰσο-
κράτους ἐπεχείρησεν οὐ πάνυ ἀτυχῶς, ἔμοιγε δοκεῖν. ἐν οὖν τοῖς προλεγο-
μένοις οὕτω γέγραπται· καίτοι δοκοῦσιν ἀμφότεροι (ὅ, τε ἰσοκράτης, καὶ
ὁ ἀριστείδης) οὐ πρὸς τὸ τῆς ἑορτῆς σημαινόμενον ἀφορῶντες, ἀλλὰ πρὸς
τὸ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀθηναίων ἐγκώμιον τὴν ἐπιγραφὴν ταύτην ἐπιγρά-
ψαι τὸν λόγον, καὶ δηλοῦν ἐθέλειν σαφῶς διὰ τῆς
προσηγορίας τοῦ λόγου τὴν δύ-
ναμιν.

ΠΑΝΑ-

Lacedæmoniorum deprimens : illorũ facta excuſando, horũ criminãdo, uarijs procœmijs & digreſsionibus paſsim intertextis. Tandem ueluti per dialogum introducit quendam defenſorem & laudatorem Laconum: cuius dicta ipſe acriter refutat. Poſtea deliberat cum auditoribus & amicis, quid de editione huius orationis ſit ſtatuendum: quę cum ab omnibus approbata eſſet, Philolacon ille denuò accerſitus, ſingulare Iſocratis, reconditumq; artificium explicat, ingenioſè omnino ac eleganter. Poſtremò iterũ more ſuo de ſenectute morboq; ſuo dicit, quo interim, dum hæc commentaretur, laborarit: eruditos lectores & cenſores requirit, hebetium & ſegnium ingeniorum in iudicando ſtulticiam atque temeritatem inſectatur. Hæc huius libri capita ſunt. Partes (ſi quis uel ignauia, uel negocijs impeditus totum Opus legere grauabitur) diligenter ad margines annotauimus. Aſcribam tamen (ut rudiores in legendo minus errent, attentioresq; ſint) ipſius autoris de hoc libro teſtimonium. Videris (inquit ille Philolacon) hanc orationem ita conficere uoluiſſe, ut omnino diſsimilis eſſet alijs, atque ignauis lectoribus ſimplex & facilis intellectu uideretur: ſed acutis & diligentibus obſcura difficiliſq;, referta hiſtorijs & multiplici doctrina, plena uarietatis & mendaciloquentiæ, nõ eius quæ ciuibus improbè nocet, ſed talis, quæ cum feſtiuitate quadam auditores oblectare ſimul & iuuare queat. Eiuſdem argumenti & nominis orationem ſcripſit Ariſtides rhetor, non infelici (ut mihi quidem uidetur) Iſocratis æmulatione. In cuius præfatione ſic ſcriptum eſt: Videntur ambo (Iſocrates & Ariſtides) non ipſius feſti ſignificationem intuentes, ſed omnium Athenienſiũ laudationem, ſic inſcripſiſſe orationem, eiuſq; uim ipſa appellatione perſpicuè declarare uoluiſſe.

ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΚΟ'Σ, ΛΟ'ΓΟΣ Β.

Ἔννοιαν λαμβάνει ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ περὶ τὸ γράφειν προαιρέσεως κατ᾽ ἀναίρεσιν καὶ θέσιν.



Εώτερος μὲν ὤν, προῃρούμην γράφειν, οὐ τῶν λόγων οὐ τοὺς μυθώδεις, οὐδὲ τοὺς τερατείας καὶ ψευδολογίας μεστούς, οἷς οἱ πολλοὶ μᾶλλον χαίρουσιν, ἢ τοῖς περὶ τῆς αὑτῶν σωτηρίας λεγομένοις· οὐδὲ τοὺς τὰς παλαιὰς πράξεις, καὶ τοὺς πολέμους τοὺς ἑλληνικοὺς ἐξηγουμένους, καίπερ εἰδὼς δικαίως αὐτοὺς ἐπαινουμένους· οὐδ᾽ αὖ τοὺς ἁπλῶς εἰρῆσθαι δοκοῦντας, καὶ μηδεμιᾶς κοσμιότητος μετέχοντας, οὓς οἱ δεινοὶ περὶ τοὺς ἀγῶνας παραινοῦσι τοῖς νεωτέροις μελετᾶν, εἴπερ βούλονται πλέον ἔχειν τῶν ἀντιδίκων. ἀλλὰ πάντας τούτους ἐάσας, περὶ ἐκείνους ἐπραγματευόμην, τοὺς περὶ τῶν συμφερόντων τῇ τε πόλει, καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι συμβουλεύοντας, καὶ πολλῶν μὲν ἐνθυμημάτων γέμοντας, οὐκ ὀλίγων δ᾽ ἀντιθέσεων καὶ παρισώσεων, καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν, καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν ἀναγκαζουσῶν. νῦν δ᾽ οὐδ᾽ ὁπωσοῦν τοὺς τοιούτους. ἡγοῦμαι γὰρ οὐχ ἁρμόττειν, ὅτε τοῖς ἔτεσι τοῖς ἐνενήκοντα καὶ τέσσαρσιν, ὧν ἐγὼ τυγχάνω γεγονώς, οὐθ᾽ ὅλως τοῖς ἤδη πολιὰς ἔχουσιν, ἐκεῖνον τὸν τρόπον ἔτι λέγειν· ἀλλ᾽ ὡς ἅπαντες μὲν ἂν ἐλπίσαιεν ἢ βουληθεῖεν, οὐδεὶς δ᾽ ἂν δυνηθείη ῥᾳδίως, πλὴν τῶν πονεῖν ἐθελόντων, καὶ σφόδρα προσεχόντων τὸν νοῦν. τούτου δ᾽ ἕνεκα ταῦτα προεῖπον, ἵν᾽ ἤν τισιν ὁ μέλλων λόγος λεχθήσεσθαι, μαλακώτερος ὢν φαίνηται τῶν πρότερον ἐκδεδομένων, μὴ παραβάλλωσι πρὸς τὴν ἐκείνων ποικιλίαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν

Προσοχὴ προκαταληπτικὴ καὶ συμπάθεια.

τὴν

ISOCRATIS PANATHENAICVS: HIERONYMO VVOLFIO interprete. Oratio IIII.



Vum iunior essem, orationes scribere institui nō fabulosas, neq; portenti mendacijq́; plenas, quibus hominū uulgus magis gaudet, quàm ad salutem suam pertinentibus: neque eas, in quibus res olim gestæ & bella Græcorum explicantur, quamuis scirem eas iurè laudari: nec eas etiam, quæ simplices habentur, & omni ornatu carent, quas causidici adolescentibus meditandas esse censent, siquidem uincere studeāt aduersarios. Sed his omnibus omissis, illas tractabam, quæ quid & Reipublicæ nostræ, & Græcis omnibus expediret, ostenderent: & cùm enthymematis multis refertæ essent, tum non pauca contraposita & comparia continerent, cæterasq́; figuras quæ in eloquentiæ studio effulgent, atq; auditores gestu & uoce applaudere cogerent. Nunc uerò longè alia mea ratio est. Nec enim annis nonaginta quatuor, quos ego natus sum, nec omnino ijs qui canos iam habent, conuenire arbitror, ut eo modo adhuc dicant: sed ita potius, quemadmodum omnes sperent aut optent: nemo autem facilè possit, nisi & tolerare labores, & uehementer ingenium intendere uoluerit. Hæc propterea sum præfatus, si quibus hæc oratio, quæ nunc recitabitur, mollior prius editis uidebitur, ne eam cum illarum uarietate conferant: sed ea

Beneuolentiam captat à suo scribēdi instituto, per remotionē & affirmationem.

Attentio, cum occupatione: & docilitas.

τὴν ὑπόθεσιν αὐτὸν κρίνωσι τὴν ἐν τῷ παρόντι δεδοκιμασμένην. Διαλέξομαι δὲ περὶ τῶν τῇ πόλει πεπραγμένων, καὶ περὶ τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς, οὐκ ἀπὸ τούτων ἀρξάμενος, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐμοὶ συμβεβηκότων. ἐντεῦθεν γὰρ οἶμαι μᾶλλον κατεπείγειν. Πειρώμενος γὰρ ἀναμαρτήτως ζῆν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλύπως· οὐδένα διαλέλοιπα χρόνον, ὑπὸ μὲν τῶν σοφιστῶν τῶν ἀδοκίμων καὶ πονηρῶν διαβαλλόμενος: ὑπὸ ἄλλων δέ τινων οὐχ οἷός εἰμι γιγνωσκόμενος, ἀλλὰ τοιοῦτος ὑπολαμβανόμενος, οἷον ἂν παρ' ἑτέρων ἀκούσωσι. Βούλομαι οὖν προδιαλεχθῆναι περί τε ἐμαυτοῦ καὶ περὶ τῶν οὕτω πρός με διακειμένων: ἵν', ἢν πως οἷός τε γένωμαι, τοὺς μὲν παύσω βλασφημοῦντας, τοὺς δ' εἰδέναι ποιήσω, περὶ ἃ προῃρημένος τυγχάνω διατρίβειν. ἢν γὰρ ταῦτα τῷ λόγῳ δυνηθῶ διοικήσασθαι κατὰ τρόπον: ἐλπίζω τὸν ἐπίλοιπον χρόνον αὐτός τε ἀλύπως διάξειν, καὶ τῷ λόγῳ τῷ μέλλοντι ῥηθήσεσθαι, τοὺς παρόντας μᾶλλον προσέξειν τὸν νοῦν. οὐκ ὀκνήσω δὲ κατειπεῖν, οὔτε τὴν νῦν γιγνομένην ἐν τῇ διανοίᾳ μου ταραχήν, οὔτε τὴν ἀτοπίαν, ἣν ἐν τῷ παρόντι τυγχάνω γιγνώσκων, οὔτ' εἴ τι πράττω τῶν δεόντων. Ἐγὼ γὰρ μετεσχηκὼς τῶν μεγίστων ἀγαθῶν, ὧν ἅπαντες ἂν εὔξαιντο μεταλαβεῖν, πρῶτον μὲν τῆς περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὑγιείας, οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ἐνάμιλλως τοῖς μάλιστα περὶ ἑκάτερον τούτων ηὐτυχηκόσιν: ἔπειτα τῆς περὶ τὸν βίον εὐπορίας οὕτως, ὥστε μηδενὸς πώποτε ἀπορῆσαι τῶν μετρίων, μηδ' ὧν ἂν ἄνθρωπος νοῦν ἔχων ἐπιθυμήσειεν: ἔτι δὲ τοῦ μὴ τῶν καταβεβλημένων εἶς εἶναι, μηδὲ τῶν κατημελημένων, ἀλλ' ἐκείνων, περὶ ὧν οἱ χαριέστατοι τῶν ἑλ-

λήνων

ἀπολογία ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἐπιεικείας καὶ φιλοσοφίας.

μεμψιμοιρία γεροντική, καὶ περιαυτολογία πρεσβυτική.

ratione, quam probari nobis in præsentia ostendimus, de ea iudicent. Differam autem de rebus nostræ urbis gestis, & de uirtute maiorum: non ab illis ducto exordio, sed ab his quæ ipsi mihi euenerunt. Hæc enim anteuertenda esse duco. Ego cùm honestè ac sine cuiusquam molestia uiuere perpetuò studuerim: ab improbis & obscuris quibusdam Sophistis nullo non tempore sum calumnijs exagitatus: unde, cum alij me non satis pernossent, talem iudicarunt, qualem esse ab alijs audierant. In primis igitur & de me ipso dicam, & de illis qui sic de me sentiunt, ut si fortè id consequi liceat, & maledicta illorum reprimam: & alijs ostendam, in quibus uersari studijs decreuerim. Quæ si oratione consentanea explicare potuero, spes mihi est, & reliqui æui sine molestia exigendi, & huius orationis, cum attentione maiore eorum qui adsunt, absoluendæ. Non autē eloqui uerebor, tum perturbationem in animo meo nunc exortam, tum absurditatem quam nunc intelligo: neq; disputabo, an rectè faciam. Ego enim maxima bona consecutus, quibus se præditos esse omnes optent, primùm sanam mentē in sano corpore: nec ea mediocriter, sed ut cum illis certare possem, quorum in his rebus singularis felicitas esse putatur: deinde tantas rei familiaris copias, ut nulla unquam re mediocri, quam ue homo prudens expetendam censeat, caruerim. deniq; illud etiam, ne unus ex abiectis et contemptis essem: sed ex eorum numero, de quibus eruditißimi & honestißimi quiq; Græcorum

Defensio probitatis suæ & studiorum.

Querela senilis, & prædicatio sui, attentioni seruiens.

λίων καὶ μνησθεῖσιν αὖ, καὶ διαλεχθεῖσιν ὡς σπου-
δαίων ὄντων. τούτων ἁπάντων μοι συμβεβηκότων,
τῶν μὲν ὑπερβαλλόντως, τῶν δ' ἐξαρκούντως, οὐκ
ἀγαπῶ ζῶν ἐπὶ τούτοις: ἀλλ' οὕτω μοι τὸ γῆρας ἐστὶ
δυσάρεστον, καὶ μικρολόγον, καὶ μεμψίμοιρον, ὥστε
πολλάκις ἤδη τὴν μὲν φύσιν τὴν ἐμαυτοῦ κατε-
μεμψάμην, ἧς οὐδεὶς ἄλλος καταπεφρόνηκε, καὶ
τὴν τύχην ὠδυράμην. ταύτῃ μὲν οὐδὲν ἔχων ἐγκα-
λεῖν ἄλλο, πλὴν ὅτι περὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἣν προει-
λόμην, ἀτυχίαι τινές μοι καὶ συκοφαντίαι γεγόνασι:
τὴν δὲ φύσιν εἰδὼς πρὸς μὲν τὰς πράξεις ἀρρωστο-
„ τέραν, καὶ μαλακωτέραν οὖσαν τοῦ δέοντος, πρὸς δὲ
„ τοὺς λόγους οὐ τελείαν, οὔτε πανταχῇ χρησίμην, ἀλ-
„ λὰ δοξάσαι μὲν περὶ ἑκάστου τὴν ἀλήθειαν μᾶλλον
„ δυναμένην τῶν εἰδέναι φασκόντων: εἰπεῖν δὲ περὶ
τῶν αὐτῶν τούτων ἐν συλλόγῳ πολλῶν ἀνθρώπων,
ἁπασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀπολελειμμένην. οὕτω γὰρ
ἐνδεὴς ἀμφοτέρων ἐγενόμην, τῶν μεγίστην δύναμιν
ἐχόντων παρ' ἡμῖν, φωνῆς ἱκανῆς, καὶ τόλμης, ὡς οὐκ
οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν πολιτῶν. ὧν οἱ μὴ τυχόντες ἀτι-
μότεροι γίνονται πρὸς τῷ μὴ δοκεῖν ἄξιοί τινος εἶ-
ναι, τῶν ὀφλόντων τῷ δημοσίῳ. τοῖς μὲν γὰρ ἐκτῖσαι
τὸ καταγνωσθὲν, ἐλπίδες ὕπεισιν. οἱ δ' οὐδέ ποτ' ἂν
τὴν φύσιν μεταβάλοιεν. οὐ μὴν ἐπὶ τούτοις ἀθυμή-
σας περιεῖδον ἐμαυτὸν ἄδοξον, οὐδ' ἀφανῆ παντάπασι
γενόμενον: ἀλλ' ἐπεὶ πεπολιτεῦσθαι διήμαρτον, ἐπὶ τὸ
φιλοσοφεῖν καὶ πονεῖν καὶ γράφειν, ἃ διανοηθείην κα-
τέφυγον, οὐ περὶ μικρῶν τὴν προαίρεσιν ποιούμενος,
οὐδὲ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, οὐδὲ περὶ ὧν ἄλ-
λοι τινὲς ληροῦσιν: ἀλλὰ περὶ τῶν ἑλληνικῶν καὶ βασι-
λικῶν

ἡ τοῦ γράφειν προαίρεσις, καὶ σύστασις ἑαυτοῦ, μετὰ διασυρμοῦ τῶν δημαγωγῶν.

corum, ut de uiris bonis & doctis & sentiunt & loquũtur: Quæ omnia cùm mihi cõtigerint, alia excellenter, alia sufficienter, tamẽ mihi uitam iucundam non efficiunt: sed mea senectus ita morosa, ita pusilla, ita querula est, ut sæpe & ingeniũ meũ mihi displicuerit, quod nemo alius cõtempsit: & fortunam meã sim miseratus, cum nihil haberẽ aliud in quo hanc accusarẽ, nisi quòd meũ philosophiæ studiũ quædã calamitates & calumniæ interpellarũt: ingeniũ uerò meum scirem & ad res gerendas infirmius ac mollius esse quàm oporteat, & ad eloquẽtiã neq; perfectũ, neq; ab omni parte idoneũ. Quod etsi cuiusq; rei ueritatem cõiectura melius indagare potest, quàm ij qui scientiã profitentur: tamen si in cõuentu magnaq; hominũ frequẽtia illis ipsis de rebus dicendũ sit, omniũ est, ut ingenuè fatear, ineptissimũ. Nam quæ duæ res in ciuitate plurimũ possunt, uocis magnitudo, & audacia: eæ sic mihi desunt, ut haud scio an ulli ciuium: quibus facultatibus qui destituuntur, contemptiores sunt (nullius enim esse precij putãtur) quàm qui in ærarios relati, tribu mouentur. His enim spes aliqua subest mulctæ dissoluendæ: illi naturam haud unquã mutauerint. Non tamen propter hæc animo abiecto cõmisi, ut prorsus inglorius, et in obscuro uiuerem: sed cum mihi capessendæ Reipub. facultas negata esset, ad sapientiæ uehemens studiũ, & ad ea scribenda quæ cogitando eruissem, confugi. neq; minuta quædam, aut priuatos contractus, de quibus nõnulli nugantur, tractandos suscepi: sed de statu Græciæ, de regijs

Scribendi institutũ, & commendatio sui, cũ oratorũ insectatione.

λικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων, δι' ἃ προσήκειν ᾤμην μοι τοσοῦτον μᾶλλον τιμᾶσθαι τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα παριόντων, ὅσῳ περὶ μειζόνων καὶ καλλιόνων ἢ κεῖνοι, τοὺς λόγους ἐποιούμην, ὧν οὐδὲν ἡμῖν ἀποβέβηκε. καίτοι πάντες ἴσασι, τῶν μὲν ῥητόρων πολλοὺς οὐχ ὑπὲρ τῶν τῇ πόλει συμφερόντων, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν αὐτοὶ λήψεσθαι προσδοκῶσι, δημηγορεῖν τολμῶντας. ἐμὲ δὲ, καὶ τοὺς ἐμοὺς, οὐ μόνον τῶν κοινῶν ἀπεχομένους μᾶλλον τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰδίων εἰς τὰς τῆς πόλεως χρείας, ὑπὲρ τὴν δύναμιν τὴν ἡμετέραν δαπανωμένους. ἔτι δὲ τοὺς μὲν ἢ λοιδορουμένους ἐν ταῖς ἐκκλησίαις περὶ μεστεγγυημάτων, σφίσιν αὐτοῖς, ἢ λυμαινομένους τοὺς συμμάχους, ἢ τῶν ἄλλων ὧν ἂν τύχωσι συκοφαντοῦντας· ἐμὲ δὲ τῶν λόγων τούτων ἡγεμόνα γεγενημένον τῶν παρακαλούντων τοὺς ἕλληνας, ἐπί τε τὴν ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλους, καὶ τὴν στρατείαν τὴν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, καὶ τῶν συμβουλευόντων ἀποικίαν ἐκπέμπειν κοινῇ πάντας ἐπὶ τοιαύτην χώραν, καὶ τοσαύτην, περὶ ἧς ὅσοιπερ ἀκηκόασιν, ὁμολογοῦσιν, ἡμᾶς τε εἰ σωφρονήσαιμεν, καὶ παυσαίμεθα τῆς πρὸς ἀλλήλους μανίας, ταχέως ἄνευ πόνων καὶ κινδύνων, κατασχεῖν αὐτὴν, ἐκείνην τε ῥᾳδίως ἂν ἅπαντας δέξασθαι τοὺς ἐνδεεῖς ἡμῶν ὄντας τῶν ἐπιτηδείων· ὧν πράξεις εἰ πάντες συνελθόντες ζητοῖεν, οὐδέ ποτ' ἂν εὕροιεν καλλίους, οὐδὲ μείζους, οὐδὲ μᾶλλον ἅπασιν ἡμῖν συμφερούσας. ἀλλ' ὅμως οὕτω πολὺ τῇ διανοίᾳ διεστώτων ἡμῶν, καὶ τοσούτῳ σπουδαιοτέραν ἐμοῦ πεποιημένου τὴν αἵρεσιν, οὐ δικαίως οἱ πολλοὶ περὶ ἡμῶν ὑπειλήφασιν, ἀλλὰ ταραχώδη, καὶ παντάπασιν ἄλογον· τῶν

ὁ Ἰσοκράτης εἰσηγητὴς τῆς τε τῶν ἑλλήνων ὁμονοίας, καὶ κατὰ βαρβάρων στρατείας, καὶ εἰς ἀσίαν ἀποικίας.

giis & Reipublicæ negocijs disserui: proptereaq́, me iure tanto honoratiorem futurum ijs qui suggestũ cõscenderent, speraui, quanto maiorib. & pulchriorib. de rebus, quàm illi, dicerẽ. Verùm nihil tale mihi cõtigit: quũ nemo ignoret, multos oratorũ ea esse audacia, ut non Reipub. utilitatẽ, sed quæstũ & sordes suas spectent in concionib. habendis. Me aũt & meos, non tantùm à peculatu alieniores esse quàm alios: sed & de nostra re familiari, ut cõsulamus ciuitatis necessitatib. maiores quàm pro opib. nostris sumptus facere. illos pro suggesto aut propter pecunias apud sequestrẽ depositas, inuicem conuicia dicere, aut socijs esse molestos, aut sine discrimine quoslibet uis calumniari: me uerò earum orationum principem extitisse, quæ Græcos tum ad concordiam inter ipsos, tum ad expeditionem contra Barbaros suscipiendam exhortantur: & suadent, communiter ab omnibus colonias in talem & tantam regionem deducendas esse, quã, qui de ea audiuêre, fatentur & nos, si omissa ista insania resipuerimus, & celeriter sine laboribus atq; periculis occupaturos, & illã facilè sedes & uictum suppeditaturam omnibus nobis, qui rerum necessariarum penuria laboremus. His actionibus, si omnes in unum congregati diligentissimè uestigarent, nunquã uel pulchriores, uel maiores, uel magis nobis omnibus conducibiles inuenirent. Quamuis igitur inter meum & illorum animũ tantũ distet, tantoq́, meũ institutũ sit honestius: non tamen æqua sunt populi de nobis iudicia, sed perturbata & planè inconsiderata.

Isocrates & concordiæ Græcorũ, & belli Barbarici, & Asianæ coloniæ autor.

Qui

μεμψιμοιρία ὑπὲρ τῆς τῶν πολλῶν ἀγνωμοσύνης, καὶ τῆς ὑπὸ τῶν σοφιστῶν βλασφημίας.

τῶν τε γὰρ ἄλλων ῥητόρων τὸν τρόπον ψέγοντες, προεστῶτας αὐτοὺς τῆς πόλεως ποιοῦνται, καὶ κυρίους αὐτοὺς καθιστᾶσιν· ἐμοῦ δὲ τοὺς λόγους ἐπαινοῦντες, αὐτῷ μοι φθονοῦσι, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τούτους οὓς ἀποδεχόμενοι τυγχάνουσιν. οὕτως ἀτυχῶς φέρομαι πρὸς αὐτούς.

Καὶ τί δεῖ θαυμάζειν τῶν οὕτω διακεῖσθαι πεφυκότων πρὸς ἁπάσας τὰς ὑπεροχάς, ὅπου καὶ τῶν οἰομένων διαφέρειν, καὶ ζηλούντων ἐμέ, καὶ μιμεῖσθαι γλιχομένων τινὲς ἔτι δυσμενέστερον ἔχουσι τῶν ἰδιωτῶν; ὧν τίνας ἂν τις εὕροι πονηροτέρους; εἰρήσεται γάρ, εἰ καί τι δόξω νεώτερα καὶ βαρύτερα λέγειν τῆς ἡλικίας, οἵτινες οὔτε φράζειν οὐδὲν μέρος ἔχοντες τοῖς μαθηταῖς ἀλλ' ἢ τῶν εἰρημένων ὑπ' ἐμοῦ, τοῖς τε λόγοις ἐν παραδείγμασι χρώμενοι τοῖς ἐμοῖς, καὶ ζῶντες ἐντεῦθεν: τοσούτου δέουσι χάριν ἔχειν, ὥστ' οὐδ' ἀμελεῖν ἡμῶν ἐθέλουσιν, ἀλλ' ἀεί τι φλαῦρον περὶ ἐμοῦ λέγουσιν. ἕως μὲν οὖν τοὺς λόγους ἡμῶν ἐλυμαίνοντο, παραναγινώσκοντες ὡς δυνατὸν κάκιστα τοῖς ἑαυτῶν, καὶ διαιροῦντες οὐκ ὀρθῶς, καὶ κατακνίζοντες, καὶ πάντα τρόπον διαφθείροντες: οὐδὲν ἐφρόντιζον τῶν ἀπαγγελλομένων, ἀλλὰ ῥαθύμως εἶχον. μικρὸν δὲ πρὸ τῶν Παναθηναίων τῶν μεγάλων, ἠχθέσθην δι' αὐτούς. ἀπαντήσαντες γάρ μοι τινὲς τῶν ἐπιτηδείων, ἔλεγον, ὡς ἐν τῷ Λυκείῳ συγκαθεζόμενοι τρεῖς ἢ τέτταρες τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν, καὶ πάντα φασκόντων εἰδέναι, καὶ ταχέως πανταχοῦ γιγνομένων, διαλέγοιντο περί τε τῶν ἄλλων ποιητῶν, καὶ τῶν ἡσιόδου καὶ ὁμήρου ποιήσεων, οὐδὲν μὲν παρ' αὐτῶν λέγοντες, τὰ δ' ἐκείνων ῥαψῳδοῦντες, καὶ τῶν πρότερον ἄλλοις τισὶν εἰρημένων τὰ χαριέστα-

τα μνη-

Qui cùm alios oratores, quorum mores uituperat, summæ Reipub. præesse uelit, eisq́ parêre non recuset, meas autem orationes laudet: ipsi mihi inuidet, non ob aliud, nisi ob eas quas probat. Adeò in nulla gratia sum apud uulgus hominũ. Quid uerò mireris eos, qui ita nati sunt, ut nullam excellentiã ferre poßint? cum illi etiam qui se præclaros esse putant, meq́ & magni faciunt, & imitari cupiunt, longè infensiores mihi sint indoctis? quibus quósnam improbiores inuenias (dicam enim, tametsi audacius atq́ acerbiùs, quàm pro ætate mea, dicere uidebor) qui cùm nullam artis Rhetoricæ partẽ suis discipulis, sine his quæ à me dicta sunt, explicare queant, et exemplis mearum orationũ utantur, & inde uictitent: tantum abest ut mihi gratiam habeant, ut me ne quidem negligere uelint, sed semper obtrectare studeant. Dum igitur nostras orationes malè tractarent, & quàm peßimè fieri poterat, eas cum suis conferentes, legerent, & non rectè diuiderẽt, & diuellerent, omnibus deniq́ modis corrumperent: non curaui ea quæ mihi nunciabantur, sed æquo animo tuli. Paulùm autem ante magna Panathenæa propter eos grauiter commotus sum. Quidam enim familiarium meorum, obuiam facti mihi, dicebant, tres aut quatuor gregarios Sophistas, qui se omnia scire profitentur, & celeriter quouis in loco sunt, in Lycio considentes, cùm de alijs poetis, tum de Homeri & Hesiodi poesi disseruisse: nihil quidem suum afferẽtes, sed & horum carmina rhapsodorum more decantantes, & elegantißima quæq́ dicta ueterum

Querela de uulgi inuidia, & sophistarum obtrectationibus.

Ἰσοκράτης τὸ τ' ἀλαζονείας ἔγκλημα ἀπωθεῖται.

τα μνημονεύοντες. ἀποδεξαμένων δὲ τῶν παρεστώτων τὴν διατριβὴν αὐτῶν, ἕνα τὸν τολμηρότατον ἐκείνων ἐπιχειρῆσαί με διαβάλλειν, λέγονθ', ὡς ἐγὼ πάντων καταφρονῶ τῶν τοιούτων, καὶ τάς τε φιλοσοφίας τὰς τῶν ἄλλων, καὶ τὰς παιδείας ἁπάσας ἀναιρῶ. καὶ φημὶ πάντας ληρεῖν, πλὴν τοὺς μετεσχηκότας τῆς ἐμῆς διατριβῆς. τούτων δὲ ῥηθέντων, ἀηδῶς τινὰς τῶν παρόντων διατεθῆναι πρὸς ἡμᾶς. ὡς μὲν οὖν ἐλυπήθην, καὶ συνεταράχθην, ἀκούσας ἀποδέξασθαί τινας, τοὺς λόγους τούτους εἶναι ἐμοὺς, οὐκ ἂν δυναίμην εἰπεῖν. ᾤμην γὰρ οὕτως ἐπιφανὴς εἶναι τοῖς ἀλαζονευομένοις πολεμῶν, καὶ περὶ ἐμαυτοῦ μετρίως διειλεγμένος, μᾶλλον δὲ ταπεινῶς· ὥστε μηδένα ποτὲ γενέσθαι πιστὸν τῶν λεγόντων, ὡς ἐγὼ τοιαύταις ἀλαζονείαις ἐχρησάμην. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἀλόγως ὠδυράμην ἐν ἀρχῇ τὴν ἀτυχίαν, τὴν παρακολουθήσασάν μοι πάντα τὸν χρόνον τοῖς τοιούτοις. αὕτη γάρ ἐστιν αἰτία καὶ τῶν τῆς ψευδολογίας τῆς περὶ ἐμὲ γιγνομένης, καὶ τῶν διαβολῶν, καὶ τοῦ φθόνου, καὶ τοῦ μὴ δύνασθαί με τυχεῖν τῆς δόξης ἧς ἄξιός εἰμι, μηδὲ τῆς ὁμολογουμένης, μήδ' ἣν ἔχουσί τινες τῶν πεπλησιακότων ἐμοὶ, καὶ πανταχῇ τεθεωρηκότων ἡμᾶς. ταῦτα μὲν οὖν „ οὐχ οἷόν τ' ἄλλως ἔχειν, ἀλλ' ἀνάγκη στέργειν τοῖς ἤδη „ συμβεβηκόσι. πολλῶν δέ μοι λόγων ἐφεστώτων,

Διαπόρησις καὶ ἀντικατηγορία τῶν σοφιστῶν παραλειπτική.

ἀπορῶ πότερον ἀντικατηγορῶ τῶν εἰθισμένων ἀεί τι ψεύδεσθαι περὶ ἐμοῦ, καὶ λέγειν ἀνεπιτήδειόν τι τολμώντων. ἀλλ' εἰ φανείην σπουδάζων, καὶ πολλοὺς λόγους ποιούμενος περὶ ἀνθρώπων, οὓς οὐδεὶς ὑπείληφεν ἀξίους εἶναι λόγου, δικαίως ἂν μωρὸς εἶναι δοκοίην, ἀλλὰ τούτους ὑπεριδὼν ὡς φθο-

rum referentes. Cùm autem corona circūstantium disputationē eorū approbasset: unum quendā inter eos audacissimum cœpisse me calumniari: cùm diceret, me eius generis omnia contemnere, & studia et institutionē aliorum omniū euertere, qui omnes delirare dicam, præter eos qui à me sint instituti. Quæ cum dicta fuissent: quosdā ex ijs qui adessent, à me fuisse alienatos. Ego uerò quantopere doluerim, ac perturbatus sim, cum audiuissem, aliquos illa, tanquam à me dicta, cōprobasse: dicendo consequi non possum. Putabā enim ita esse notū, me cum gloriosis istis bellum gerere, & de me ipso modicè, uel potius intra modū & submissè dicere: ut nemini unquā, talē insolentiā suis mihi uerbis affingēti fides haberetur. Verum initiò non sine causa deploraui meam infelicitatē, quæ ab isto genere hominū orta, perpetuò me secuta est. Hæc enim causa est, & mendaciorum, quib: mea fama contaminatur, & calumniarum, et inuidiæ: eadēq; obstitit, ne de me pro meritò meo existimetur: neq; ita ut palàm est, utq; discipuli mei & familiares de me sentiūt, qui nos ab omni parte perspexerūt. Verùm hæc mutari non possunt: sed ea quæ præterierunt, boni consulere necesse est. Cùm autem multa in mentē mihi ueniāt: incertus sum, an recriminari debeā illos, qui de me perpetuò mētiri solēt, eaq; in me cōferre, à quib: sum prorsus alienus, non dubitāt. Sed si rem seriā agere instituerem, ac prolixā de ijs hominibus haberē orationē, quorū nemo sibi ullam censet habendā esse rationē: iurè stultus esse uiderer. Neglectis igitur istis, tāquā

Isocrates arrogantiæ crimen negat.

Dubitatio, & recriminatio sophistarum, per præteritionem.

φθονοῦντας, πειρῶμαι διδάσκειν τοὺς ἄλλους, ὡς οὐ δικαίως, οὐδὲ προσηκόντως περὶ ἐμοῦ ταύτην ἔχουσι τὴν γνώμην. καὶ τίς οὐκ ἂν καταγνοίη μου πολλὴν ἄνοιαν, εἰ τοὺς μηδὲν δι' ἕτερον δυσκόλως πρός με διακειμένους, ἢ τὸ δοκεῖν χαριέντως εἰρηκέναι περί τινων, τούτους οἰηθείην ὁμοίως διαλεχθεὶς, ὥσπερ πρότερον, παύσειν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις λυπουμένους, ἀλλ' οὐ μᾶλλον ἀλγήσειν; ἄλλως τε ἂν καὶ φανῶ μηδὲ νῦν πω τηλικοῦτος ὢν, μὴ παραληρῶν. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο ποιεῖν, οὐδεὶς ἄν μοι συμβουλεύσειεν, ἀμελήσαντι τούτων ἐκ καταβάλλοντι, περαίνειν τὸν λόγον, ὃν προῄρημαι, βουλόμενος ἐπιδεῖξαι τὴν πόλιν ἡμῶν πλειόνων ἀγαθῶν αἰτίαν γεγενημένην τοῖς ἕλλησιν, ἢ τὴν λακεδαιμονίων. εἰ γὰρ τοῦτο ἤδη ποιοίμην, μήτε τέλος ἐπιθεὶς τοῖς γεγραμμένοις, μήτε συγκλείσας τὴν ἀρχὴν τῶν ῥηθήσεσθαι μελλόντων, τῇ τελευτῇ τῶν ἤδη προειρημένων, ὅμοιος ἂν εἶναι δόξαιμι τοῖς εἰκῇ, καὶ φορτικῶς, καὶ χύδην, ὅ,τι ἂν ἐπέλθῃ, λέγουσιν· ἃ φυλακτέον ἡμῖν ἐστι. Κράτιστον οὖν ἐξ ἁπάντων τούτων περὶ ὧν ἐξ ἀρχῆς διενοήθην εἰπεῖν. οἶμαι γὰρ, ἣν ἐξενέγκω γράψας, καὶ ποιήσω φανερὰν ἣν ἔχω γνώμην, παύσειν αὐτοὺς περί τε τῆς παιδείας, καὶ τῶν ποιητῶν, ψευδεῖς πλάττοντας αἰτίας, καὶ λέγοντας ὅ,τι ἂν τύχωσιν. ἀλλ' ὅμως ἐγὼ τοῖς ὡρμημένοις ἐπὶ ταῦτα, παρακελεύω μὴ πονεῖν, καὶ μὴ προσέχειν τὸν νοῦν ἅπασι τούτοις, λέγων, ὡς εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο δυνήσεται τὰ μαθήματα ταῦτα ποιεῖν ἀγαθὸν, ἀλλ' οὖν ἀποτρέπει γε τοὺς νεωτέρους πολλῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων. τοῖς μὲν οὖν τηλικούτοις, οὐδέ ποτ' ἂν εὑρεθῆναι νομίζω διατριβὰς ὠφελιμωτέρας τούτων, οὐδὲ μᾶλλον

πρεπού-

ἀνάμνησις τῆς ὑποθέσεως.

γνώμης ἀπόφανσις περὶ τῆς παιδείας καὶ τῶν ποιητῶν.

inuidis: reliquos docere conabor, eos neque iurè, nec merito meo, ita de me sentire. Quis enim non stultißimum me esse pronunciet, si eos qui non aliam ob rem infensi mihi sunt, nisi quòd eleganter quædam dicere uisus sum, placatiores mihi fore putem, si eodem modo, quo prius, disseruero, ac non acerbiores potius futuros? præsertim ubi uiderint, ne in extrema quidem senectute me delirare? Ac ne illud quidem faciendum mihi quisquam censuerit, ut his neglectis, & abrupta disputatione hac, eam orationem absoluam, quam institui, quáque ostendere decreui, nostram urbem plura in Græcos beneficia contulisse, quàm Lacedæmonios. Quod si iam facerem, neque his quæ scripsi finem imponerem, neque secuturæ orationis exordium conclusioni horum quæ iam diximus, commodè apteque attexerem: similis eorum uiderer, qui temerè & importunè & confusè, quicquid in buccam uenit, effutiunt. Quæ cauenda nobis sunt. Optimum igitur ex his omnibus fuerit, ea dicere, quæ initiò dicere constitui. Si enim scripto publicâro, atque ostendero, quæ sit mea de institutione, deque poetis sententia: desituros eos arbitror falsas causas comminisci, & quiduis garrire. Veruntamen ego moneo illos, qui auidè ista amplectuntur, ne laborent, néue ad ista omnia animum intendant. Dico enim, disciplinas illas, ut nihil aliud afferrent boni: dehortari tamen adolescentes, & auertere à multis alijs delictis: nec ullas huic ætati inueniri posse utiliores exercitationes, aut magis

Commone facit argumenti orationis.

Isocratis sentẽtia de generibus doctrinarũ & poetis.

πρεπούσας. τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, καὶ τοῖς εἰς ἄνδρας δεδοκιμασμένοις, οὐκέτι φημὶ τὰς μελέτας ταύτας ἁρμόττειν. ὁρῶ γὰρ ἐνίους τῶν ἐπὶ τοῖς μαθήμασι τούτοις οὕτως ἀπηκριβωμένων, ὥστε καὶ τοὺς ἄλλους διδάσκειν, οὔτ' εὐκαίρως ταῖς ἐπιστήμαις αἷς ἔχουσι χρωμένους, ἔν τε ταῖς ἄλλαις πραγματείαις ταῖς περὶ τὸν βίον ἀφρονεστέρους ὄντας τῶν μαθητῶν· ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν τῶν οἰκετῶν. τὴν αὐτὴν δὲ γνώμην ἔχω καὶ περὶ τῶν δημηγορεῖν δυναμένων, καὶ τῶν περὶ τὴν γραφὴν τὴν τῶν λόγων εὐδοκιμούντων. ὅλως δὲ καὶ περὶ ἁπάντων τῶν κατὰ τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰς δυνάμεις διαφερόντων. οἶδα γὰρ καὶ τούτων τοὺς πολλοὺς οὔτε τὰ περὶ σφᾶς αὐτοὺς καλῶς διοικήσαντας, οὔτ' ἐν ταῖς ἰδίαις συνουσίαις ἀνεκτοὺς ὄντας, τῆς τε δόξης τῆς τῶν συμπολιτευομένων ὀλιγωροῦντας, ἄλλων τε πολλῶν καὶ μεγάλων ἁμαρτημάτων γέμοντας. ὥστ' οὐδὲ τούτους ἡγοῦμαι μετέχειν τῆς ἕξεως, περὶ ἧς ἐγὼ τυγχάνω διαλεγόμενος. τίνας οὖν ἔχω πεπαιδευμένους, ἐπειδὴ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰς δυνάμεις ἀποδοκιμάζω; πρῶτον μὲν τοὺς καλῶς χρωμένους τοῖς πράγμασι τοῖς κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προσπίπτουσι, καὶ τὴν δόξαν ἐπιτυχῆ τῶν καιρῶν ἔχοντας, καὶ δυναμένην ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ στοχάζεσθαι τοῦ συμφέροντος. ἔπειτα τοὺς πρεπόντως καὶ δικαίως ὁμιλοῦντας τοῖς ἀεὶ πλησιάζουσι, καὶ τὰς μὲν τῶν ἄλλων ἀηδίας καὶ βαρύτητας εὐκόλως καὶ ῥαδίως φέροντας: σφᾶς δ' αὐτοὺς ὡς δυνατὸν ἐλαφροτέρους, καὶ μετριωτάτους τοῖς συνοῦσι παρέχοντας. ἔτι δὲ τοὺς τῶν μὲν ἡδονῶν ἀεὶ κρατοῦντας, τῶν δὲ συμφορῶν μὴ λίαν ἡττωμένους, ἀλλ' ἀνδρωδῶς ἐν αὐταῖς διακειμένους, καὶ τῆς φύσεως

τίνες κατ' Ἰσοκράτην πεπαιδευμένοι.

ἀξίως

conuenientes. Sed natu maioribus, & ijs qui iam ad uirilem ætatem peruenerunt, studia ista apta esse nego. Nonnullos enim uideo, qui cum disciplinas istas ita perfectè cognitas habeant, ut & alios docere queant: sua illa scientia nec tempestiuè utantur, & in alijs uitæ negocijs discipulis sint imprudentiores, nec enim audeo dicere famulis. Idem etiam sentio de ijs qui conciones habere possunt, & de his qui conscriptione orationum laudem inuenerunt, deniq; de omnibus qui aliqua uel scientia uel facultate præcellunt. Noui enim etiam ex isto genere multos, qui neq; suas res probè gesserunt, neque in priuatis congreßibus tolerari possunt, & reliquorum ciuium iudicia negligunt, & alijs multis & magnis peccatis constricti tenentur. Quare ne hos quidem existimo eo habitu esse præditos, de quo ego dissero. Quos igitur in eruditorum habeo numero, quando & artes, & scientias, & facultates improbo? Primùm eos qui rectè utuntur negocijs quotidie incidentibus, & occasiones modumq; rerum prudenter animaduertunt: & plerunque id deligere possunt, quod utilißimum est. Deinde, qui ita ut decet, & ut æquum est, omnes eos quouis tempore tractant, cum quibus aliquid rei habent: quiq;, cùm aliorum acerbitatem & importunitatem æquis animis & facilè ferant, ipsi moribus facilimis sunt, & quàm moderatißimis in uitæ consuetudine. Præterea qui semper uoluptatibus imperant, & rebus aduersis non nimium franguntur: sed in ijs & officij humani, & naturæ

Hominis bene instituti Isocratica descriptio.

ἀξίως ἧς μετέχοντες τυγχάνομεν· τέταρτον, ὅπερ μέγιστον, τοὺς μὴ διαφθειρομένους ὑπὸ τῶν εὐπραγιῶν, μηδ' ἐξανισταμένους αὐτῶν, μηδ' ὑπερηφάνους γιγνομένους, ἀλλ' ἐμμένοντας τῇ τάξει τῶν εὖ φρονούντων, καὶ μὴ μᾶλλον χαίροντας τοῖς διὰ τύχην ὑπάρξασιν ἀγαθοῖς, ἢ τοῖς διὰ τὴν αὐτῶν φύσιν καὶ φρόνησιν ἐξ ἀρχῆς γιγνομένοις. τοὺς δὲ μὴ μόνον πρὸς ἓν τούτων, ἀλλὰ πρὸς ἅπαντα ταῦτα τὴν ἕξιν τῆς ψυχῆς εὐάρμοστον ἔχοντας, τούτους φημὶ καὶ φρονίμους εἶναι, καὶ τελείους ἄνδρας, καὶ πάσας ἔχειν τὰς ἀρετάς. περὶ μὲν οὖν τῶν πεπαιδευμένων, ταῦτα γινώσκων τυγχάνω. Περὶ δὲ τῆς ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποιήσεως, ἐπιθυμῶ μὲν εἰπεῖν. οἶμαι γὰρ ἂν παῦσαι τοὺς ἐν τῷ λυκείῳ ῥαψῳδοῦντας τὰ ἐκείνων, καὶ ληροῦντας τὰ περὶ αὐτῶν. αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῆς συμμετρίας τῆς συντεταγμένης τοῖς προοιμίοις. ἔστι δ' ἀνδρὸς νοῦν ἔχοντος, μὴ τὴν εὐπορίαν ἀγαπᾶν, ἣν ἔχει τις περὶ τῶν αὐτῶν πλείω τῶν ἄλλων εἰπεῖν, ἀλλὰ τὴν εὐκαιρίαν διαφυλάττειν, περὶ ὧν ἂν ἀεὶ τυγχάνῃ διαλεγόμενος, ὅπερ ἐμοὶ ποιητέον ἐστί. περὶ μὲν οὖν τῶν ποιητῶν αὖθις ἐροῦμεν, ἢν μή με προαναιρῇ τὸ γῆρας. περὶ γὰρ σπουδαιοτέρων πραγμάτων ἔχομεν λέγειν, ἢ τούτων. περὶ δὲ τῶν τῆς πόλεως εὐεργεσιῶν τῶν εἰς τοὺς ἕλληνας, ἤδη ποιήσομαι τοὺς λόγους, οὐχ ὡς οὐ πλείους ἐπαίνους πεποιημένος περὶ αὐτῆς, ἢ σύμπαντες οἱ περὶ τὴν ποίησιν καὶ τοὺς λόγους ὄντες· οὐ μὴν ὁμοίως καὶ νῦν. τότε μὲν γὰρ ἐν τοῖς λόγοις περὶ ἑτέρων πραγμάτων ἐμεμνήμην αὐτῆς. νῦν δὲ περὶ ταύτης τὴν ὑπόθεσιν ποιησάμενος. οὐκ ἀγνοῶ δ' ἡλίκος ὤν, ὅσον ἔργον ἐνίσταμαι τὸ μέγεθος, ἀλλ' ἀκριβῶς

Ἀποδίωξις τοῦ περὶ τῶν ποιητῶν λόγου, καὶ ἐπάνοδος ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν προσηκόντως, μετ' εὐμαθείας.

uirilis meminerunt. Quartò, qui secundis rebus, quod maximum est, non corrumpũtur, nec à semetipsis discedunt, nec animis efferuntur: sed moderationem, prudentium uirorum propriam, retinent: nec magis fortunæ muneribus, quàm natura insitis ingenij & prudentiæ insignibus delectantur. Qui autem non ad horum singula, sed ad hæc uniuersa simul, animis bene compositis sunt: eos affirmo & prudentes esse, & perfectos uiros, & omnibus uirtutibus ornatos. Ac de eruditis quæ statuam, hæc sunt. Quod autem ad Homeri cæterorumq́ poesim attinet: equidem aliquid dicere cupio. Arbitror enim me effecturum, ut isti in Lyceo uersus illorum canere, & de eis nugari desinant. Sed animaduerto, me eum modum impetu quodam præteruehi, qui exordijs est præfinitus. Est autem uiri prudentis, non indulgere dicendi copiæ, qua superare aliorum possit inopiam: sed cõseruare modum earum rerum, de quibus quouis tempore disseruerit: idq́ mihi faciendum est. De poetis igitur aliàs dicemus, nisi me seniũ prius abstulerit. Nunc enim de rebus grauioribus, quàm istæ sunt, dicere possumus. Verba autem faciam de beneficijs, in Græcos à nostra ciuitate collatis: nõ quin eam plus laudarim, quàm omnes & poetæ & oratores: sed quia nunc idem aliter quàm olim facere decreui. Tum enim in orationibus, alijs de rebus institutis, mentionem eius faciebã: hanc autem orationem de ea ipsa institui. Neq́ uerò ignoro, quàm prouecta ætate, quàm ingenti de re dicere aggrediar: sed cum & opti-

Reiectio quæstionis de poetica, & reditus ad propositum, cum captatione attentionis & docilitatis.

„ σαφῶς εἰδὼς, ὃ πολλάκις εἴρηκα, ὅτι τὰ μὲν μικρὰ τῶν
„ πραγμάτων ῥάδιον τοῖς λόγοις αὐξῆσαι. τοῖς δ' ὑπερ-
„ βάλλουσι τῶν ἔργων, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει, χα-
„ λεπὸν ἐξισωθῆναι τοὺς ἐπαίνους. ἀλλ' οὐδὲν μᾶλλον ἀπο-
στατέον ἐστὶν αὐτῶν, ἀλλ' ἐπιτελεστέον, ἤνπερ ἔτι ζῆν
δυνηθῶμεν, ἄλλως τε καὶ πολλῶν παροξυνόντων
γράφειν αὐτόν. πρῶτον μὲν τῶν εἰθισμένων ἀσελγῶς
κατηγορεῖν τῆς πόλεως ἡμῶν· ἔπειτα τῶν χαριέντως
μὲν, ἀπείρως δὲ, καὶ καταδεεστέρως ἐπαινούντων αὐτήν.
ἔτι δὲ τῶν ἑτέρων μᾶλλον εὖ λέγειν τολμώντων, οὐκ ἀν-
θρωπίνως, ἀλλ' οὕτως ὥστε πολλοὺς ἀντιτάττεσθαι πρὸς
αὐτούς. πάντων δὲ μάλιστα τῆς ἡλικίας τῆς παρούσης, ἣ
τοὺς ἄλλους πέφυκεν ἀποτρέπειν. ἐλπίζω γὰρ, ἢν μὲν
κατορθώσω, μείζω λήψεσθαι δόξαν τῆς ὑπαρχούσης.
ἢν δ' ἐνδεέστερον τύχω διαλεχθεὶς, πολλῆς συγγνώ-
μης τεύξεσθαι παρὰ τῶν ἀκουόντων. ἃ μὲν οὖν ἠβουλή-
θην, καὶ περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὥσπερ χορὸς πρὸ
τοῦ ἀγῶνος προαναβαλέσθαι, ταῦτά ἐστιν. ἡγοῦμαι δὲ
χρῆναι τοὺς βουλομένους ἐγκωμιάσαι τινὰ τῶν πόλεων
ἀκριβῶς καὶ δικαίως, μὴ μόνον ποιεῖσθαι περὶ αὐτῆς
τοὺς λόγους ἧς προῃρημένοι τυγχάνουσιν, ἀλλ' ὥσπερ
τὴν πορφύραν καὶ τὸν χρυσὸν θεωροῦμεν, καὶ δοκιμά-
ζομεν, ἕτερα παραδεικνύοντες τῶν καὶ τὴν ὄψιν ὁμοίαν
ἐχόντων, καὶ τῆς τιμῆς τῆς αὐτῆς ἀξιουμένων: οὕτω καὶ
ταῖς πόλεσι παριστάναι, μὴ τὰς μικρὰς ταῖς μεγάλαις,
μηδὲ ταῖς πάντα τὸν χρόνον ὑφ' ἑτέραις οὔσας, τὰς πάν-
τα τὸν χρόνον ἄρχειν εἰθισμένας: μηδὲ τὰς σώζεσθαι
δεομένας πρὸς τὰς σώζειν δυναμένας: ἀλλὰ τὰς πα-
ραπλησίαν καὶ τὴν δύναμιν ἐχούσας, καὶ περὶ τὰς αὐ-
τὰς πράξεις γεγενημένας, καὶ ταῖς ἐξουσίαις ὁμοίαις
κεχρη-

ὅτι κατὰ σύγκρισιν πρὸς λακεδαιμονίους ἐγκωμιάσαι ἀθηναίους.

me sciam, & sæpe dixerim, res exiguas oratione facile posse amplificari: difficilimum autem esse, facta excellenti magnitudine & pulchritudine, laudando æquare: tamen ab incœpto desistendum non est, sed perficiendum quod suscepimus, siquidem uita suppetet: præsertim, cùm multa me ad hanc orationem scribendam incitent, ac illi primùm, qui nostram urbem petulãter accusare solent: deinde, qui bono quidem studio, sed & imperitè, nec pro dignitate, eam prædicant. Præterea, qui prædicare illam præ cæteris non dubitant, non humano more: sed sic, ut eis multi se opponant. Omnium uerò maximè hæc ætas, quæ alios dehortari solet. Spero enim, si mihi successerit, gloriæ meæ aliquid accessurum. Sin tenuius fortè, quàm oportuerit, dixero: me facilè ab auditoribus ueniam impetraturum. Ac quæ tum de me ipso, tum de alijs, ut Musici antequam canere incipiant, quasi præludij causa, præfari uolui, hæc sunt. Eorũ autem qui urbem aliquam accuratè, ac pro merito laudare uoluerint, officium esse puto, non ipsius tantùm, de qua dicere instituerunt, facere mentionem: sed, quemadmodum purpuram atq; aurum spectamus & probamus aliorũ collatione, quæ & speciem eandem præ se ferunt, & eiusdem esse precij putantur: sic urbibus etiã ẽregione collocãdas esse, non paruas magnis, neq; alijs perpetuò parêre solitas, ijs quæ perpetuò imperare consueuerũt: nec quæ aliorũ ope indigent, ijs quæ opem ferre possunt: sed eas quæ & consimili potentia, & ijsdem in negocijs uersatæ sunt, & parẽ potestatem habue-

Se Athenienses, addita comparatione Lacedæmoniorum, laudaturum.

κεχρημένας. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τῆς ἀληθείας τύχοιεν.
ἐὰν δή τις ἡμᾶς τὸν τρόπον τοῦτον σκοπῆται, καὶ παρα-
βάλῃ μὴ πρὸς τὴν τυχοῦσαν πόλιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν
Σπαρτιατῶν, ἣν οἱ μὲν πολλοὶ μετρίως ἐπαινοῦσιν,
ἔνιοι δέ τινες, ὥσπερ τῶν ἡμιθέων ἐκεῖ πεπολιτευμέ-
νων, μέμνηνται περὶ αὐτῶν: φανησόμεθα καὶ τῇ δυ-
νάμει, καὶ ταῖς πράξεσι, καὶ ταῖς εὐεργεσίαις ταῖς πε-
ρὶ τοὺς ἕλληνας, πλέον ἀπολελοιπότες αὐτοὺς, ἢ ἐκεῖ-
νοι τοὺς ἄλλους. τοὺς μὲν οὖν παλαιοὺς ἀγῶνας, τοὺς
ὑπὲρ τῶν ἑλλήνων γενομένους, ὕστερον ἐροῦμεν. νῦν δὲ
ποιήσομαι περὶ ἐκείνων τοὺς λόγους, ἀρξάμενος, ἐ-
πειδὴ κατέσχον τὰς πόλεις τὰς ἀχαΐδας, καὶ πρὸς ἀρ-
γείους καὶ μεσσηνίους διείλοντο τὴν χώραν. ἐντεῦθεν
γὰρ προσήκει διαλέγεσθαι περὶ αὐτῶν. οἱ μὲν τοίνυν ἡ-
μέτεροι πρόγονοι, φανήσονται τήν τε πρὸς τοὺς ἕλλη-
νας ὁμόνοιαν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς βαρβάρους ἔχθραν,
ἣν παρέλαβον ἐκ τῶν τρωϊκῶν, διαφυλάττοντες,
καὶ μένοντες ἐν τοῖς αὐτοῖς. ὃ πρῶτον μὲν τὰς κυκλά-
δας νήσους, περὶ ἃς ἐγένοντο πολλαὶ πραγματεῖαι,
κατὰ τὴν μίνω τοῦ κρητὸς δυναστείαν, ταύτας τὸ τε-
λευταῖον ὑπὸ καρῶν κατεχομένας, ἐκβαλόντες ἐκεί-
νους, οὐκ ἐξιδιώσασθαι τὰς χώρας ἐτόλμησαν, ἀλλὰ
τοὺς μάλιστα βίου τῶν ἑλλήνων δεομένους κατῴκισαν
εἰς αὐτάς. καὶ μετὰ ταῦτα πολλὰς πόλεις ἐφ' ἑκάτε-
ρας τῆς ἠπείρου καὶ μεγάλας ἔκτισαν. καὶ τοὺς μὲν βαρ-
βάρους ἀνέστησαν ἀπὸ τῆς θαλάσσης, τοὺς δ' ἕλληνας
ἐδίδαξαν, ὃν τρόπον διοικοῦντες τὰς αὐτῶν πατρίδας,
καὶ πρὸς οὓς πολεμοῦντες, μεγάλην τὴν ἑλλάδα
ποιήσειαν. Λακεδαιμόνιοι δὲ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον
τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ πράττειν τι τῶν αὐτῶν τοῖς ἡμε-
τέροις,

ὅτι λακεδαιμονίων κρείττονες ἀθηναῖοι, διʼ ἱστορικῆς ἀποδείκνυσι διηγήσεως.

λακεδαιμονίων πλεονεξία, καὶ βία.

habuerunt. Sic enim de eis uerißimè statuetur. Si quis ergo nos hoc modo spectet, & conferat, non cum qualibet, sed cum Spartana ciuitate (quam plerique moderatè sanè laudant: nonnulli autem, tanquam illic semidei habitent, sic de ea meminerunt) eos & potentia, & rebus gestis, & beneficijs in Græcos collatis, longiore interuallo à nobis relictos esse constabit, quàm ab eis cæteros. Ac ueteres quidem dimicationes pro Græcis susceptas, postea narrabimus. Nunc autem de illis habebo sermonem, inde exorsus, cum Achaicas urbes occuparunt, & regionem cum Argiuis & Messenijs partiti sunt. Hinc enim sunt nobis dicendi capienda primordia. Nostros igitur maiores apparebit, & concordiam Græcorum, & inimicitias Barbarorum, iam inde à Troianis temporibus susceptas, conseruare, & in ijsdem studijs perseuerare. Ac primùm Cyclades insulas, de quibus, Minoe Cretensi rerum potiente, multa certamina fuerunt, Caribus, qui postremò eas omnes occuparant, eiectis, non in suum peculium conuertere ausi fuerunt: sed Græcorum egentißimis colendas tradiderunt. Deinde in utraq; continente, multis & magnis urbibus conditis, cùm Barbaros à mari pepulerunt: tum Græcos docuerunt, quo pacto suas urbes gubernare, & contra quos bella gerere deberent, si Græciam uellent amplificatam. Lacedæmonij uerò, circa idem tempus tantum abfuerunt, ut aliquid maiorum nostrorum operibus simile præstarent,

Athenienses præstantiores esse Lacedæmonijs, historica narratione docet.

Lacedæmoniorum auaricia, & uiolentia.

τέροις, καὶ τοῦ τοῖς μὲν βαρβάροις πολεμεῖν, τοὺς δ' ἕλληνας εὐεργετεῖν, ὥς' οὐδ' ἡσυχίαν ἄγειν ἠθέλησαν· ἀλλ' ἔχοντες πόλιν ἀλλοτρίαν, καὶ χώραν οὐ μόνον ἱκανὴν, ἀλλ' ὅσην οὐδὲ μία πόλις τῶν ἑλληνίδων, οὐκ ἔστερξαν ἐπὶ τούτοις, ἀλλὰ μαθόντες ἐξ αὐτῶν τῶν συμβεβηκότων, κατὰ μὲν τοὺς νόμους, τάς τε πόλεις καὶ τὰς χώρας τούτων εἶναι δοκούσας, τῶν ὀρθῶς καὶ νομίμως κτησαμένων, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν, τούτων γιγνομένας τῶν τὰ περὶ τὸν πόλεμον κάλλιστα ἀσκούντων, καὶ νικᾶν τοὺς πολεμίους ἐν ταῖς μάχαις δυναμένων· ταῦτα διανοηθέντες, ἀμελήσαντες γεωργιῶν, καὶ τεχνῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὐδὲν ἐπαύοντο κατὰ μίαν ἑκάστην τῶν πόλεων τῶν ἐν πελοποννήσῳ πολιορκοῦντες, καὶ κακῶς ποιοῦντες, καὶ καταστρέψαντες, πλὴν τῆς ἀργείων. συνέβαινεν οὖν ἐξ ὧν μὲν ἡμεῖς ἐπράττομεν, αὔξεσθαι τὴν ἑλλάδα καὶ τὴν εὐρώπην κρείττω γίνεσθαι τῆς ἀσίας. καὶ πρὸς τούτοις τῶν μὲν ἑλλήνων τοὺς ἀποροῦντας, πόλεις λαμβάνειν καὶ χώρας, τῶν δὲ βαρβάρων τοὺς εἰθισμένους ὑβρίζειν, ἐκπίπτειν τῆς αὐτῶν, καὶ φρονεῖν ἔλαττον ἢ πρότερον. ἐξ ὧν δὲ σπαρτιᾶται, τὴν ἐκείνων μόνην μεγάλην γίνεσθαι, καὶ πασῶν μὲν τῶν ἐν πελοποννήσῳ πόλεων ἄρχειν ταῖς ἄλλαις φανερὰν εἶναι, καὶ πολλῆς θεραπείας τυγχάνειν παρ' αὐτῶν. ἐπαινεῖν μὲν οὖν δίκαιόν ἐστι, τὴν τοῖς ἄλλοις πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίαν γενομένην, δεινὴν δὲ νομίζειν τὴν αὑτῇ τὰ συμφέροντα διαπραττομένην· καὶ φίλους μὲν ποιεῖσθαι τοὺς ὁμοίως αὑτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις χρωμένους, φοβεῖσθαι δὲ καὶ δεδιέναι τοὺς πρὸς σφᾶς μὲν αὐτοὺς ὡς δυνατὸν οἰκειότατα διακειμένους, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους ἀλλοτρίως καὶ πολεμικῶς

τὰ συμβάντα ἐξ ὧν ἑκατέρα πόλις ἔπραξεν.

starent, siue Barbaros oppugnando, siue Græcis benefaciendo: ut ne quiescere quidem uoluerint. Sed cum & urbem alienam, & agri non modò quod satis esset, sed quantum nulla Græca urbs, haberent, his contenti non fuerint: sed ipso euentu edocti, si leges spectemus, urbes & regiones eorum uideri, qui eas iustè legitiméque partas possiderent: reuera autem eorum fieri, qui pulcherrimè rem militarem exercerent, & in prælijs hostes superare possent: hæc inquam cum suis animis cogitantes, agricultura neglecta, & opificijs, & rebus cæteris omnibus, nunquam destiterunt singulatim quasque Peloponnesi ciuitates oppugnare, & uexare, & euertere, Argiuorum urbe excepta. Nostras igitur actiones illud consecutum est, ut & Græciæ opes augerentur, & maior esset Europæ quàm Asiæ potentia: & inopes Græci urbes caperent, atque agros: Barbari uerò, quorum antè magna ferocia fuerat, patria pulsi, animis humilioribus essent: Spartanorum autem, ut ipsorum urbs augeretur, & omnium Peloponnesi ciuitatum imperio apud alios illustris esset, magnáque cum obseruantia coleretur. Itaque laudanda est ea quæ multa in alios beneficia contulit: Quæ autem suum tantùm compendium spectat, iniqua existimanda: eorúmque amicitia expetenda est, qui alios æquè tractant, ac semetipsos. Metui uerò & formidari par est eos, qui, cùm semetipsos amantissimè complectantur, suam urbem sic administrant, ut alieni ab alijs, & hostilibus

Ab euentu actionum utriusque urbis.

» μικῶς τὴν αὐτῶν διοικοῦντας. τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν ταῖν πολέοιν ἑκατέρα τοιαύτην ἐποιήσατο. χρόνῳ δ' ὕστερον γενομένου τοῦ περσικοῦ πολέμου, καὶ Ξέρξου τοῦ τότε βασιλεύοντος τριήρεις μὲν συναγαγόντος διακοσίας καὶ χιλίας, τῆς δὲ πεζῆς στρατιᾶς πεντακοσίας μυριάδας τῶν πάντων, ἑβδομήκοντα δὲ τῶν μαχίμων, τηλικαύτῃ δὲ δυνάμει στρατεύσαντος ἐπὶ τοὺς ἕλληνας, στρατηγοὶ μὲν ἄρχοντες πελοποννησίων, εἰς τὴν ναυμαχίαν, τὴν ποιήσασαν ῥοπὴν ἅπαντος τοῦ πολέμου, δέκα μόνον συνεβάλοντο τριήρεις. οἱ δὲ πατέρες ἡμῶν ἀνάστατοι γενόμενοι, καὶ τὴν πόλιν ἐκλελοιπότες, διὰ τὸ μὴ τετειχίσθαι κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, κρείττους ναῦς παρέσχον, καὶ μείζω δύναμιν ἐχούσας ἢ σύμπαντες οἱ κινδυνεύσαντες. καὶ στρατηγὸν οἱ μὲν εὐρυβιάδην, ὅς, εἰ τέλος ἐπέθηκεν οἷς διενοήθη πράττειν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσεν ἀπολωλέναι τοὺς ἕλληνας. οἱ δ' ἡμέτεροι θεμιστοκλέα, τὸν ὁμολογουμένως ἅπασιν αἴτιον εἶναι δόξαντα, καὶ τοῦ τὴν ναυμαχίαν γενέσθαι κατὰ τρόπον, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ κατορθωθέντων. τεκμήριον δὲ μέγιστον. ἀφελόμενοι γὰρ λακεδαιμονίους τὴν ἡγεμονίαν οἱ συγκινδυνεύσαντες, τοῖς ἡμετέροις παρέδοσαν. καί τοι τίνας ἂν τις κριτὰς ἱκανωτέρους ποιήσαιτο, καὶ πιστοτέρους τῶν τότε πραχθέντων, ἢ τοὺς ἐν αὐτοῖς τοῖς κινδύνοις παραγενομένους; τίνα δ' ἂν τις εὐεργεσίαν εἰπεῖν ἔχοι ταύτης μείζω, τῆς ἅπασαν τὴν ἑλλάδα σῶσαι δυνηθείσης; * μετὰ ταῦτα τοίνυν συνέβη κυρίαν ἑκατέραν γενέσθαι τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλατταν: ἣν ὁπότεροι ἂν κατάσχωσιν, ὑπηκόους ἔχουσι τὰς πλείστας τῶν πόλεων. ὅλως μὲν οὖν οὐδ' ἑτέραν ἐπαι-

[Margin: τ κατὰ τὸν Ξέρξου πόλεμον συγκρίσις.]

[Margin: * τ κατὰ θάλατταν ἀρχῆς διοίκησις, ἀθηναίων μὲν δημοκρατική, σπαρτιατῶν δὲ ὀλιγαρχική.]

libus in eos animis esse uideantur. Hæc igitur fundamenta ab utraq; urbe iacta sunt. Post, exorto bello Persico, quum Xerxes, qui tum regnabat, triremes mille & ducentas, pedestris exercitus quinquies millies millia uniuersorũ, septies centena millia bellicosorum coegisset, tantisq; uiribus bellũ Græcis intulisset: Spartiatæ quidem, cùm Peloponnensibus imperarent, ad nauale prælium, quod belli totius inclinatio secuta est, decem tantùm triremes contulerunt: Patres uerò nostri extorres facti, urbéque relicta, quòd illo tempore munita non esset: meliores naues præbuerunt, & maioribus copijs instructas, quàm uniuersi qui eo prælio pugnarunt. Ac ducem Eurybiadem illi miserunt: qui si ea quæ destinârat, perfecisset, nihil obstitisset, quo minus Græci perijssent: nostri Themistoclem, qui sine controuersia omnibus uisus est in causa fuisse, ut & nauale prælium ritè conficeretur, & cæterorum omnium illius temporis successuum autor. Idq; ex eo maximè perspicitur, quòd ij qui periculorum socij fuerant, ademptum Lacedæmonijs imperium ad nostros detulerunt. Enimuerò quínam peritiores iudices, & integriores rerum eo tempore gestarum, constitui queant, quàm ij qui ipsi pugnæ interfuerunt? Quod uerò beneficium maius dici potest eo, quo tota Græcia potuit conseruari? His rebus gestis euênit, ut utraque ciuitas maris imperio potiretur: quod utri tenuerint, urbes ferè omnes dicto audientes habent. Ac neutram quidem ciuitatem omnino

Rerum Xerxeo bello gestarũ collatio.

Imperij marini administratio; Atheniensiũ democratica, Lacedæmoniorum oligarchica.

ἐπαινῶ· πολλὰ γὰρ ἄν τις αὐταῖς ἐπιτιμήσειεν. οὐ μὴν ἀλ-
λὰ καὶ περὶ τὴν ἐπιμέλειαν ταύτην οὐκ ἔλαττον αὐτῶν
διηνέγκαμεν, ἢ περὶ τὰς πράξεις τὰς ὀλίγῳ πρότε-
ρον εἰρημένας. οἱ μὲν γὰρ ἡμέτεροι πατέρες, ἔπειθον τοὺς
συμμάχους ποιεῖσθαι πολιτείαν τοιαύτην, ἥνπερ αὐ-
" τοὶ διετέλουν ἀγαπῶντες. ὃ σημεῖόν ἐστιν εὐνοίας καὶ φι-
" λίας, ὅτ᾽ ἂν τινες παραινῶσι τοῖς ἄλλοις χρῆσθαι τούτοις,
" ἅπερ ἂν σφίσιν αὐτοῖς συμφέρειν ὑπολάβωσιν. Λα-
κεδαιμόνιοι δὲ κατέστησαν, οὔθ᾽ ὁμοίαν τῇ παρ᾽ αὐτοῖς,
οὔτε ταῖς ἄλλοθί που γενομέναις, ἀλλὰ δέκα μόνους ἄν-
δρας ἑκάστης πόλεως ἐποίησαν, ὧν ἐπιχειρήσας ἄν τις
κατηγορεῖν τρεῖς ἢ τέτταρας ἡμέρας συνεχῶς, οὐδὲν
ἂν μέρος εἰρηκέναι δόξειε τῶν ἐκείνοις ἡμαρτημένων.
καθ᾽ ἕκαστον μὲν οὖν διεξιέναι περὶ τῶν τοιούτων, καὶ
τοσούτων τὸ πλῆθος, ἀνόητόν ἐστιν. ὀλίγα δὲ κατὰ πάν-
των εἰπεῖν, ἃ τοῖς ἀκούουσιν ὀργὴν ἀξίαν ἐμποιήσουσι τῶν
πεπραγμένων, νεώτερος μὲν ὢν ἴσως ἐξεῦρον. νῦν
δ᾽ οὐδὲν ὑπέρχεταί μοι τοιοῦτο. ἀλλὰ παρὰ πᾶσιν ὁμο-
λογεῖται, ὅτι τοσοῦτον ἐκεῖνοι διήνεγκαν, ἀνομίᾳ καὶ
πλεονεξίᾳ τῶν προγεγενημένων, ὥστ᾽ οὐ μόνον αὑτοὺς ἀ-
πώλεσαν, καὶ τοὺς φίλους καὶ τὰς πατρίδας τὰς ἑαυτῶν,
ἀλλὰ καὶ Λακεδαιμονίους πρὸς τοὺς συμμάχους δια-
βάλλοντες, εἰς τοιαύτας καὶ τοσαύτας συμφορὰς ἐνέβα-
λον, ὅσας οὐδεὶς πώποτ᾽ αὐτοῖς γενήσεσθαι προσεδόκη-
§ διαμονὴ τῆς ἀρχῆς. σε. μάλιστα μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἄν τις δυνηθείη κατιδεῖν,
ὅσῳ μετριώτερον καὶ πρᾳότερον ἡμεῖς τῶν πραγμάτων
ἐπεμελήθημεν. Δεύτερον δ᾽ ἐκ τοῦ ῥηθήσεσθαι μέλλοντος.
Σπαρτιᾶται μὲν γὰρ ἔτη δέκα μόλις ἐπεστάτησαν αὐτῶν·
ἡμεῖς δὲ πέντε καὶ ἑξήκοντα συνεχῶς κατέχομεν
" τὴν ἀρχήν. καί τοι πάντες ἴσασι τὰς πόλεις τὰς
ὑφ᾽

laudo. In multis enim ambæ reprehendendæ sunt. Verùm in hac quoq; curatione non minus eis antecelluimus, quàm in actionibus paulo antè cõmemoratis. Nostri enim patres socijs persuaserunt, ut eam formam Reipublicæ amplecterentur, qua ipsi perpetuò usi fuerant: quod signum est beneuolentiæ & amicitiæ, si qui alijs autores fuerint, ijsdem institutis utendi, quæ sibi profuisse putarint. Lacedæmonij uerò Rempublicam constituerunt, neque suæ, nec aliarum urbium similem: sed Decuriones singulis urbibus præfecerunt; quos qui triduum aut quatriduum continenter accusarit; nullam partem exposuisse uideatur iniuriarum. Singulatim igitur tot & tantas uelle recensere, dementiæ fuerit. Pauca uerò de omnibus dicere, quæ auditores iusta indignatione commouerent, si iunior essem, fortasse potuissem. Nunc nihil tale in mentem mihi uenit: nisi quòd inter omnes constat, illos iniusticia & rapacitate ueteres ita superasse; ut cùm sibimetipsis, & amicis, & patriæ suæ interitum accersiuerint: tum Lacedæmonios, apud socios in crimen & odium adductos, in tot tantásq; calamitates coniecerint, quot & quantas nemo unquàm eis euenturas esse credidisset. In primis igitur hinc perspici poterit, quanto nos moderatius & clementius omnia gesserimus: secundo loco, ex eo etiam quod iam dicetur. Nam Spartiatæ uix decem annos imperarunt: nos quinq; & sexaginta perpetuos. Enimuerò sciunt omnes, urbes

Diuturnitas imperij.

» ὑφ' ἑτέροις γιγνομένας, ὅτι πλεῖστον χρόνον τούτοις παραμένουσιν, ὑφ' ὧν ἂν ἐλάχιστα κακὰ πάσχουσαι τυγχάνωσιν. ἐκ τούτων τοίνυν ἀμφότεραι μισηθεῖσαι κατέστησαν εἰς πόλεμον καὶ ταραχήν, ἐν ᾗ τὴν μὲν ἡμετέραν εὕροι τις ἂν, ἁπάντων αὐτῇ καὶ τῶν ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐπιθεμένων, ἔτη δέκα τούτοις ἀντισχεῖν δυνηθεῖσαν. λακεδαιμονίους δὲ κρατοῦντας ἔτι κατὰ γῆν πρὸς θηβαίους μόνους πολεμήσαντας, καὶ μίαν μάχην ἡττηθέντας, ἁπάντων ἀποστερηθέντας ὧν εἶχον, καὶ παραπλησίαις ἀτυχίαις χρησαμένους, καὶ συμφοραῖς, αἷσπερ ἡμεῖς. καὶ πρὸς τούτοις τὴν μὲν ἡμετέραν πόλιν ἐλάττοσιν ἔτεσιν ἀναλαβοῦσαν αὑτήν, ἢ κατεπολεμήθη. σπαρτιάτας δὲ μετὰ τὴν ἧτταν μηδ' ἐν πολλαπλασίῳ χρόνῳ δυνηθέντας καταστῆσαι σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν αὐτὴν ἕξιν, ἐξ ἧσπερ ἐξέπεσον, ἀλλ' ὁμοίως ἔτι καὶ νῦν ἔχοντας. τὰ τοίνυν πρὸς τοὺς βαρβάρους ὡς ἑκάτεροι προσηνέχθημεν, δηλωτέον. ἔτι γὰρ τοῦτο λοιπόν ἐστιν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἡμετέρας δυναστείας οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς οὔτ' ἐντὸς ἅλυος ποταμοῦ πεζῷ καταβαίνειν, οὔτε μακροῖς πλοίοις ἐπὶ τάδε πλεῖν τοῦ φασήλιδος. ἐπὶ δὲ τῆς λακεδαιμονίων, οὐ μόνον τοῦ πορεύεσθαι καὶ πλεῖν ὅπου βουληθεῖεν ἐξουσίαν ἔλαβον, ἀλλὰ καὶ δεσπόται πολλῶν ἑλληνίδων πόλεων κατέστησαν. τὴν δὴ καὶ τὰς συνθήκας, τὰς πρὸς βασιλέα γενναιοτέρας καὶ μεγαλοφρονεστέρας ποιησαμένην, καὶ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων τοῖς μὲν βαρβάροις κακῶν, τοῖς δ' ἕλλησιν ἀγαθῶν, αἰτίαν γεγενημένην: ἔτι δὲ τῆς μὲν ἀσίας τὴν παραλίαν, καὶ πολλὴν ἄλλην χώραν τοὺς μὲν πολεμίους ἀφελομένην, τοῖς δὲ συμμάχοις κτησαμένην, καὶ τοὺς μὲν ὑβρίζοντας, τοὺς δ' ὑπεροῦντας παύ-

ἀνάληψις τῆς δυνάμεως, καὶ σωθῆναι πρὸς πέρσας.

ἐπίλογος κατ' ἀπαρίθμησιν, καὶ μετάβασις ἐπὶ τὴν τῶν βλασφημιῶν ἀνασκευήν.

alijs subiectas, diutissimè in eorum fide permanere, à quibus minimis malis afficiuntur. His igitur de causis ambæ susceptis odijs, in bella & tumultus inciderunt: in quibus nostra urbs, cùm & Græci & Barbari omnes eam inuasissent, decennium resistere, seq́; tueri potuit. Lacedæmonij uerò, dum adhuc imperarent, cum Thebanis solis terra bello gesto, unoq́; prælio superati, omnibus opibus amissis, non minoribus infortunijs & calamitatibus quàm nos conflictati sunt. Præterea nostra urbs paucioribus annis uires suas recepit, quàm bello subacta fuerat. Spartiatæ uerò post cladem acceptam, ne multiplici quidem temporis spacio se in integrum restituere, pristinumq́; dignitatis gradum recuperare potuerunt, sed in ijsdem malis adhuc uersantur. Nunc quales utrique nos contra Barbaros præbuerimus, explicandum est: hoc enim restat. Sub nostro igitur imperio, non licuit eis, neque pedestribus copijs intra Halyn fluuium descendere, neque longis nauibus intra Phaselidem appellere. Lacedæmonijs autem imperantibus, non tantùm eis potestas data est eundi & nauigandi quò uellent: sed dominatu etiam multarum Græcarum urbium sunt aucti. An non igitur ea urbs, quæ & fœdus cum rege generosius atque animosius fecit: quæ maximis plurimisque tum Barbaros cladibus, tum Græcos beneficijs affecit: quæ oram Asiæ maritimam, ac multas alias prouincias & hostibus ademit, & socijs tribuit: quæ tam illorum ferociam compescuit, quàm horum inopiæ consu-

Potẽtiæ recuperatio, & fœdus Persicum.

Conclusio per enumeratioñe, & transitio ad maledictorum refutationem.

παύσασθαι: πρὸς δὲ τούτοις ὑπέρ αὐτῆς τε πολεμήσασαν ἄμεινον τῆς εὐδοκιμούσης περὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τὰς συμφορὰς θᾶττον διαλυσαμένην τῶν αὐτῶν τούτων: πῶς οὐ δίκαιόν ἐστιν ἐπαινεῖν, καὶ τιμᾶν μᾶλλον, ἢ τὴν ἐν ἅπασι τούτοις ἀπολελειμμένην; περὶ μὲν οὖν τῶν πραχθέντων εἰς ἄλληλα, καὶ τῶν κινδύνων ἅμα καὶ πρὸς τοὺς αὐτοὺς γιγνομένων: ἐν τῷ παρόντι ταῦτ' εἴχομεν εἰπεῖν. οἶμαι δὲ τοὺς ἀηδῶς ἀκούοντας τῶν λόγων τούτων, τοῖς μὲν εἰρημένοις οὐδὲν ἂν ἀντερεῖν, ὡς οὐκ ἀληθέσιν οὖσιν: οὐδ' αὖ πράξεις ἑτέρας ἕξειν εἰπεῖν, περὶ ἃς λακεδαιμόνιοι γιγνόμενοι, πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιοι τοῖς ἕλλησι κατέστησαν. κατηγορεῖν δὲ τῆς πόλεως ἡμῶν ἐπιχειροῦσιν, ὅπερ ἀεὶ ποιεῖν εἰώθασι, καὶ διεξιέναι τὰς δυσχερεστάτας τῶν πράξεων, τῶν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλατταν γεγενημένων· καὶ τάς τε δίκας, καὶ τὰς κρίσεις τὰς ἐνθάδε γιγνομένας τοῖς συμμάχοις, καὶ τὴν τῶν φόρων εἴσπραξιν διαβαλοῦσι, καὶ μάλιστα διατρίψουσι περὶ τὰ μηλίων πάθη, καὶ σκιωναίων: οἰόμενοι ταῖς κατηγορίαις ταύταις καταρυπαίνειν τὰς τῆς πόλεως εὐεργεσίας, τὰς ὀλίγῳ πρότερον εἰρημένας.

κατὰ συνδρομὴν ἐλαττοῖ τοὔγκλημα τῇ κοινότητι τοῦ πάθους, καὶ ἀντικατηγορεῖ τῶν βλασφημούντων.

Ἐγὼ δὲ πρὸς ἅπαντα μὲν τὰ δικαίως ἂν ῥηθέντα κατὰ τῆς πόλεως, οὔτ' ἂν δυναίμην ἀντειπεῖν, οὔτ' ἂν ἐπιχειρήσαιμι τοῦτο ποιεῖν. καὶ γὰρ ἂν αἰσχυνοίμην, ὅπερ εἶπον ἤδη καὶ πρότερον, εἰ τῶν ἄλλων μηδὲ τοὺς θεοὺς ἀναμαρτήτους εἶναι νομιζόντων, ἐγὼ γλιχοίμην, καὶ πειρῴμην πείθειν ὡς περὶ οὐδὲν πώποτε τὸ κοινὸν ἡμῶν πεπλημμέληκεν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεῖνό γ' οἶμαι ποιήσειν, τήν τε πόλιν τὴν σπαρτιατῶν ἐπιδείξειν περὶ τὰς πράξεις τὰς προειρημένας, πολὺ πικροτέραν καὶ χαλεπωτέραν τῆς ἡμετέρας

γεγενη-

consuluit: quæ in bellis pro sua salute gestis fortius dimicauit, quàm illa quæ ob rem militarem maximè celebratur: quæ calamitates celerius quàm isti ipsi propulsauit: magis laudanda est, & honoranda præ illa quæ in his rebus omnibus fuit inferior? Ac de rebus gestis, & periculis, simul, & contra eosdem aditis, hæc habuimus in præsentia, quæ per collationem diceremus. Arbitror autem eos qui hæc inuiti audiunt, uera esse non negaturos: neque etiam facinora pulchriora commemoraturos, per quæ Lacedæmonij multis Græcos beneficijs affecerint: sed nostram urbem accusaturos esse (id quod semper studio sibi habent) eáque narraturos, quæ, dum maris imperium teneremus, acerbissima acciderunt: accusationes item & iudicia, quæ socij hîc acceperunt, & tributorum exactionem criminaturos, maximè autem Meliorum et Scionæorum malis immoraturos, existimantes se urbis nostræ beneficijs paulo antè commemoratis, quasi labem & maculam criminationibus illis aspersuros esse. Ego uerò ea omnia quæ urbi nostræ uerè objiciuntur, neque refutare dicendo possim, nec id facere instituam. Nam cum (id quod prius etiam alicubi dixi) alij ne Deos quidem expertes omnis peccati esse putent: erubescerem, si studerem, & persuadere conarer, Rempublicam nostram in nulla unquam re deliquisse. Illud tamen me facturum puto, ut ostendam, Spartanorum urbem in ijsdem illis rebus, nostra multò fuisse acerbiorem ac

Per cócessioné & collationé extenuat obiecta crimina, & maledicos recriminatur.

γεγενημένην, τοὺς τ' ὑπὲρ ἐκείνων βλασφημοῦντας καθ' ἡμῶν, ὡς δυνατὸν ἀφρονέστατα διακειμένους, καὶ τοῦ κακῶς ἀκούειν ὑφ' ἡμῶν τοὺς φίλους αὐτῶν, αἰτίους ὄντας. ἐπειδ' ἂν γὰρ τοιαῦτα κατηγορῶσιν, οἷς ἔνοχοι Λακεδαιμόνιοι μᾶλλον τυγχάνουσιν ὄντες, οὐκ ἀπορήσομεν τῶν περὶ ἡμῶν ῥηθέντων μεῖζον ἁμάρτημα κατ' ἐκείνων εἰπεῖν. οἷον καὶ νῦν, ἢν μνησθῶσι τῶν ἀγώνων τῶν ἐν τοῖς συμμάχοις ἐνθάδε γιγνομένων, τίς ἐστιν οὕτως ἀφυὴς, ὅστις οὐχ εὑρήσει πρὸς τοῦτ' ἀντειπεῖν, ὅτι πλείους Λακεδαιμόνιοι τῶν Ἑλλήνων ἀκρίτους ἀπεκτόνασι, τῶν παρ' ἡμῖν, ἐξ οὗ τὴν πόλιν οἰκοῦμεν, εἰς ἀγῶνα καὶ κρίσιν καταστάντων; τοιαῦτα δ' ἢν καὶ περὶ τῆς εἰσπράξεως τῶν φόρων, ἤν τι λέγωσιν, ἕξομεν εἰπεῖν. πολὺ γὰρ ἐπιδείξομεν συμφορώτερα πράξαντας τοὺς ἡμετέρους, ἢ Λακεδαιμονίους ταῖς πόλεσι ταῖς τὸν φόρον ἐνεγκούσαις. πρῶτον μὲν γὰρ, οὐ προσταχθὲν ὑφ' ἡμῶν τοῦτ' ἐποίουν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ γνόντες, ὅτε τὴν ἡγεμονίαν ἡμῖν τὴν κατὰ θάλασσαν ἔδοσαν· ἔπειτ' οὐχ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας ἔφερον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας καὶ τῆς ἐλευθερίας τῆς αὐτῶν, καὶ τοῦ μὴ περιπεσεῖν, ὀλιγαρχίας γιγνομένης, τηλικούτοις κακοῖς τὸ μέγεθος, ἡλίκοις ἐπὶ τῶν δεκαρχιῶν, καὶ τῆς δυναστείας τῆς Λακεδαιμονίων. ἔτι δ' οὐκ ἐκ τούτων ἔφερον ἐξ ὧν αὐτοὶ διέσωσαν, ἀλλ' ἀφ' ὧν δι' ἡμᾶς εἶχον. ὑπὲρ ὧν, εἰ καὶ μικρὸς λογισμὸς ἐνῆν αὐτοῖς, δικαίως ἂν χάριν εἶχον ἡμῖν. παραλαβόντες γὰρ τὰς πόλεις αὐτῶν, τὰς μὲν παντάπασιν ἀναστάτους γεγενημένας ὑπὸ τῶν βαρβάρων, τὰς δὲ πεπορθημένας, εἰς τοῦτο προηγάγομεν, ὥστε μικρὸν μέρος τῶν γιγνομένων ἡμῖν διδόντας, μηδὲν ἐλάττονας ἔχειν τοὺς οἴκους Πελοποννησίων.

Ἀπολογία ὑπὲρ τῶν φόρων, καὶ μείωσις τῶν εἰς Σκιωναίους καὶ Μηλίους πλημμεληθέντων.

sæuiorem: & eos qui in illorum gratiam nobis maledicunt, omnium stolidißimos: & ut à nobis ipsorum amici malè audiant, in causa esse. Quum enim in ijs nos accusarint, quæ in Lacedæmonios potius cadunt: non deerit nobis occasio, maiora crimina quàm in nos collata fuerint, in illos regerendi. Veluti nunc etiam, si de socijs hîc in iudicium adductis, mentionem fecerint: quis adeò stupidus est, quin facilè respondeat, plures Græcos à Lacedæmonijs indicta causa esse interfectos, quàm à nobis, ex quo urbem incolimus, in ius uocatos, & causam dicere coactos? Eodemq́ modo, si de tributorum exactione aliquid dixerint, respondere poterimus. Ostendemus enim nostros ciuitatum, quæ tributa pependerint, commodis longè melius consuluisse, quàm Lacedæmonios. Primùm enim nullo edicto nostro, sed suo potius decreto id fecerunt, cùm maris imperium nobis offerret. Deinde non nostræ salutis causa pependerunt: sed ut popularem statum libertatemq́ suã tuerentur: néue ad paucorum potentiã summa rerum reuocata, in tam ingentia mala inciderent, quanta sub decurionibus & uiolentia Lacedæmoniorum tolerarant. Præterea nihil contulerunt ex ijs quæ ipsi conseruarant: sed ex his quæ nostra ope illis relicta erant. De quibus, si uel modica prudentia essent, meritò gratiam nobis habuissent. Quũ enim urbes eorũ suscepissemus, partim à Barbaris omnino euersas, partim uastatas: eò illas perduximus, ut, cum de suis prouentibus parum nobis impertirent, nihilo pauperiores essent Peloponnensibus.

Tributorũ defensio, & extenuatio iniuriarum aduersus Scionæos & Melios.

σίων, τῶν οὐδένα φόρον ὑποτελούντων. περὶ τοίνυν τῶν ἀναστάτων γεγενημένων ὑφ᾽ ἑκατέρας τῶν πόλεων, ἃ μόνοις τινὲς ἡμῖν ὀνειδίζουσιν, ἐπιδείξομεν πολὺ δεινότερα πεποιηκότας, οὓς ἐπαινοῦντες διατελοῦσιν. ἡμῖν μὲν γὰρ συνέπεσε περὶ νησύδρια τοιαῦτα, καὶ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος ἐξαμαρτάνειν, ἃ πολλοὶ τῶν ἑλλήνων οὐδ᾽ ἴσασιν: ἐκεῖνοι δὲ τὰς μεγίστας πόλεις τὰς ἐν Πελοποννήσῳ, καὶ τὰς πανταχῇ προεχούσας τῶν ἑλλήνων, ἀναστάτους ποιήσαντες, αὐτοὶ τἀκείνων ἔχουσιν, ἃς ἄξιον ἦν, εἰ καὶ μηδὲν πρότερον αὐταῖς ὑπῆρξεν ἀγαθόν, τῆς μεγίστης δωρεᾶς παρὰ τῶν ἑλλήνων τυχεῖν, διὰ τὴν στρατείαν τὴν ἐπὶ Τροίαν, ἐν ᾗ σφᾶς αὐτὰς παρεῖχον πρωτευούσας: τούς θ᾽ ἡγεμόνας ἀρετὰς ἔχοντας οὐ μόνον τὰς τοιαύτας ὧν πολλοὶ καὶ φαῦλοι κοινωνοῦσιν, ἀλλὰ κἀκείνας ὧν οὐδεὶς ἂν πονηρὸς ὢν δυνηθείη μεταχεῖν. Μεσσήνη μὲν γὰρ Νέστορα παρέσχε, τὸν φρονιμώτατον ἁπάντων τῶν κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένων. Λακεδαίμων δὲ Μενέλαον, τὸν διὰ σωφροσύνην μόνον ἀξιωθέντα Διὸς γενέσθαι καὶ κληθῆναι κηδεστήν. ἡ δ᾽ Ἀργείων πόλις, Ἀγαμέμνονα, τὸν οὐ μίαν οὐδὲ δύο μόνον ἔχοντα ἀρετάς, ἀλλὰ πάσας ὅσας ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν: καὶ ταύτας οὐ μετρίως, ἀλλ᾽ ὑπερβαλλόντως. οὐδένα γὰρ εὑρήσομεν τῶν ἁπάντων, οὔτ᾽ ἰδιωτέρας πράξεις μεταχειρισάμενον, οὔτε καλλίους, οὔτε μείζους, οὔτε τοῖς ἕλλησιν ὠφελιμωτέρας, οὔτε πλειόνων ἐπαίνων ἀξίας. καὶ τούτοις οὕτω μὲν [illegible], εἰκότως ἂν ἀπιστήσειαν πολλοί. μικρῶν δὲ περὶ ἑκάστου ῥηθέντων, ἅπαντες ἂν ἀληθῆ με λέγειν ὁμολογήσειαν. οὐ δυνάμενος ταῦτα δὲ κατιδεῖν, ἀλλ᾽ ἀπορῶν ποίοις λόγοις μετὰ ταῦτα χρησάμενος, ὀρθῶς ἂν εἴην βεβουλευμένος. αἰ

παρέκβασις, ἢ μᾶλλον ἀποπλάνησις περὶ τὰς ἀγαμέμνονος πράξεις, καὶ προοχῆς λῆψις.

χυώο-

sibus, nihil tributi pendentibus. Iam quod ad eos attinet, qui ab utraq; urbe sunt euersi, quod nonnulli nobis solis opprobrant: ostendemus eos, quos illi nũquam laudare desinunt, multo crudeliora perpetrasse. Nobis enim usuuenit, ut quasdam insulas, tales utiq; & tantas, ut Græci plerique eas ignorent, læderemus: illi autem, maximis Peloponnesi urbibus, quæ omnibus modis inter Græcos excellunt, euersis, earum opes ipsi tenent: quos, etsi antiquitùs earum nulla merita extarent, maximis à Græcis affici præmijs ob expeditionem Troianam decuisset: in qua pro principibus se gesserunt, ducibus missis, qui uirtutibus præditi fuêre, non ijs modò quæ in plebeijs etiam & contemptis hominibus inueniantur: sed illis, quæ improbo nemini contingere queant. Messena enim Nestorem præbuit, omnium sua ætate prudentissimum. Lacedæmon Menelaum, qui ob modestiam solus meruit Iouis gener & esse & appellari. Argiuorũ ciuitas Agamemnonẽ, non una atq; altera uirtute præditum, sed omnibus quas nominare queas: neq; ijs mediocriter, sed excellenter. Neminẽ enim ex omnibus inueniemus, qui res uel magis officio suo conuenientes, uel pulchriores, uel maiores, uel Græcis utiliores, aut plurib. laudib. dignas, gerẽdas susceperit. et his quidem ita simpliciter enumeratis, non mirũ fuerit, à multis fidẽ derogari. Si uerò singula paucis explicẽtur, omnes me uera dicere fateantur. Equidẽ perspicere non possum, sed dubito, quibus deinceps mihi uerbis utendum sit, ut rectè statuisse uidear. Pudet

Digressio, uel potius aberratio, ad res gestas Agamẽnonis, & attẽtionis captatio.

si magistratus & cætera munia, ciuium prudentissimis, & optimè ac iustissimè curaturis omnia, mandent: eos in quauis Republica, tum inter se, tum erga alios, felici statu futuros. Qui uerò improbissimos & audacissimos deligunt, qui cùm Reipublicæ utilitatem negligant, tum ad explendam suam auariciam quiduis parati sint & facere & perpeti: & ciuium eandem, quæ magistratuum est, improbitatem esse uelint: hos contrà & sibimetipsis, & ciuibus pessimè consulere iudico. Qui autem neque sic, neque ut prius dixi, sese parant, sed cùm securi sunt, eos maximè honorant, qui ad gratiam loquuntur: in metu uerò & periculis, ad optimos & prudentissimos quosque confugiunt: eos per uices aliàs feliciores fore, aliàs calamitosiores. Hæc igitur natura & uis est Rerumpublicarum. Atque hæc alijs multo plura uerba suppeditatura existimo, quàm nos fecimus: mihi uerò non de omnibus illis, sed de sola maiorum nostrorum Republica esse disserendum. Hanc enim pollicitus sum demonstraturum maioris esse precij, quàm eam quæ Spartæ constituta est. Erit autem oratio his, qui me libenter de bona Republica dicentem audituri sunt, neque molesta, nec intempestiua, sed apta & conueniens superioribus: illis uerò qui grauem & seueram orationem aspernantes, ijs maximè delectantur, qui in celebritatibus conuicia dicunt: uel, si furore illo abstinuerint, aut res omnium uilissimas, aut mortalium nequissimos laudant: ijs eam

Reditus ad Democratiam maiorum, & occupatio attentioni seruiens.

uisum

αὐτὸν οἶμαι δόξειν, πολὺ μακρότερον εἶναι τοῦ δέοντος. ἐμοὶ δὲ τῶν μὲν τοιούτων ἀκροατῶν, οὐδὲν πώποτ' ἐμέλησεν, οὐδὲ τῶν ἄλλων τοῖς εὖ φρονοῦσιν. ἐκείνων δὲ τῶν ἅτε προεῖπον περὶ παντὸς λόγου μνημονευόντων, τῷ τε πλήθει τῶν λεγομένων οὐκ ἐπιτιμησόντων, οὐδ' ἂν μυρίων ἐπῶν ᾖ τὸ μῆκος: ἀλλ' ἐφ' αὐτοῖς εἶναι νομιζόντων, τοσοῦτον ἀναγνῶναι μέρος καὶ διελθεῖν, ὁπόσον ἂν αὐτοὶ βούλωνται. πάντων δὲ μάλιστα τῶν οὐδενὸς ἂν ἥδιον ἀκουόντων, ἢ λόγου διεξιόντος ἀνδρῶν ἀρετὰς, καὶ πόλεως τρόπον καλῶς οἰκουμένης. ἅπερ εἰ μιμήσασθαί τινες βουληθεῖεν καὶ δυνηθεῖεν, αὐτοί τ' ἂν ἐν μεγάλῃ δόξῃ τὸν βίον διαγάγοιεν, καὶ τὰς πόλεις τὰς αὑτῶν εὐδαίμονας ποιήσειεν. οἵους μὲν οὖν εὐξαίμην ἂν εἶναι τοὺς ἀκουσομένους τῶν ἐμῶν, εἴρηκα. δέδοικα δὲ, μὴ τοιούτων γιγνομένων, πολὺ καταδεέστερον εἴπω τῶν πραγμάτων, περὶ ὧν μέλλω ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. ὅμως δ' οὕτως ὁποίως ἂν οἷός τ' ὦ, πειράσομαι διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν. τοῦ μὲν οὖν διαφερόντως τῶν ἄλλων οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν ἡμῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, δικαίως ἂν ἐπενέγκαιμεν τὴν αἰτίαν τοῖς βασιλεύσασιν αὐτῆς, περὶ ὧν ὀλίγῳ πρότερον διελέχθην. ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν οἱ παιδεύσαντες τὸ πλῆθος ἐν ἀρετῇ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ πολλῇ σωφροσύνῃ, καὶ διδάξαντες ἐξ ὧν διῴκουν, ἅπερ ἐγὼ φανείην ὕστερον εἰρηκὼς, ἢ 'κεῖνοι πράξαντες: ὅτι πᾶσα πολιτεία, ψυχὴ πόλεώς ἐστι, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν, ὅσην περ ἐν σώματι φρόνησις. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ βουλευομένη περὶ ἁπάντων, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττουσα, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγουσα, καὶ πάντων αἰτία τῶν ταῖς πόλεσι συμβαινόντων ἀγαθῶν. ἧς ὁ δῆμος οὐκ ἐπε-

[Margin: ὅτι ἡ τῶν ἀρχαίων βασιλέων ἀρετὴ χρηστῆς πολιτείας αἰτία.]

[Margin, beside the lines from "κὼς, ἢ 'κεῖνοι" to "πόλεσι συμβαινόντων": » » » » » »]

λάθετο

uisum iri puto, quàm oporteat, prolixiorem. Verùm ego nihil unquã eiusmodi auditores curaui, ut nec alius quisquã uir prudens: sed eorum rationem habui, qui & illa quæ iã dixi, præ omnib. alijs memoriæ mãdaturi, neq; disputationis prolixitatẽ, etiam si decies mille uersuum ea fuerit, reprehẽsuri sunt: sed sui arbitrij esse putabunt, tãtum legere & percensere, quãtum ipsi uolent: omniumq́; maximè eorum, qui nihil libentius audiant ea oratione, qua uel præstãtium uirorum uirtutes, uel Reipub. bene constitutæ mores commemorentur. Quæ si quidam imitari possent & uellent: cùm ipsi magna gloria ætatem exigerent, tum suas urbes felices redderent. Ac quales mihi auditores dari optarim, dixi. Vereor autem, etiamsi tales contigerint, ne longè tenuius, quàm pro rerum grauitate, de quib. disserere institui, dicam. Sic tamen, ut potero, de eis uerba facere aggrediar. Quòd igitur nostra urbs, illis temporibus, melius quàm aliæ administrata fuit, id regibus, de quib. paulo antè dixi, acceptũ referri debet. Hi enim fuerunt, qui populum ad uirtutem, ad iusticiam, magnamq́; modestiam instituerint: & suis actionibus id docuerint, quod ego posterius dico quàm ipsi fecerunt, QVAMVIS REIPVBLICAE FORMAM, CIVITATIS ESSE ANIMAM: cuius ea uis sit, quæ mentis in corpore. Nam hæc est, quæ & omnibus de rebus deliberet: & res secundas tueatur, & effugiat aduersas: autor atq; effectrix omnium bonorum, quæ ciuitatibus contigerunt. Neq; uerò populus eius rei propter

Regum Atticorũ prętantia, bene constitutæ Reipublicę causa.

muta-

Συμβούλων διάκρισις, τῶν πονηρῶν ἀποδοκιμαζομένων.

λάθοιτο διὰ τὴν μεταβολήν: ἀλλὰ μᾶλλον τοῦτο προ-
σέχειν, ἢ τοῖς ἄλλοις, ὅπως λήψεται τοὺς ἡγεμόνας, δη-
μοκρατίας μὲν ἐπιθυμοῦντας: τὸ δ' ἦθος τοιοῦτον ἔ-
χοντας, οἷόνπερ οἱ πρότερον ἐπιστατοῦντες αὐτῶν, καὶ μὴ
λήσουσι σφᾶς αὐτοὺς κυρίους ἁπάντων τῶν κοινῶν κα-
ταστήσαντες, οἷς οὐδεὶς οὐδὲ τῶν ἰδίων τι ἐπιτρέψειεν:
μηδὲ περιόψονται πρὸς τὰ τῆς πόλεως προσιόντας
τοὺς ὁμολογουμένως ὄντας πονηρούς: μηδ' ἀνέξονται
φωνὴν, τῶν τὰ μὲν σώματα τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἐπονει-
δίστως διατεθειμένων, συμβουλεύειν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀ-
ξιούντων, ὃν τρόπον τὴν πόλιν διοικήσουσι, καὶ ὅπως σω-
φρονοῖεν ἂν καὶ βέλτιον πράττοιεν: μηδὲ τῶν ἃ μὲν
παρὰ τῶν πατέρων παρέλαβον, εἰς αἰσχρὰς ἡδονὰς
ἀνηλωκότων, ἐκ δὲ τῶν κοινῶν ταῖς ἰδίαις ἀπορίαις βοη-
θεῖν ζητούντων: μηδὲ τῶν πρὸς χάριν μὲν ἀεὶ λέγειν
γλιχομένων, εἰς πολλὰς δ' ἀηδίας καὶ λύπας τοὺς
πειθομένους ἐμβαλλόντων: ἀλλὰ τούς γε τοιούτους ἅπαν-
τας ἀπείργειν ἀπὸ τοῦ συμβουλεύειν, ἕκαστος οἰήσεται
δεῖν. καὶ πρὸς τούτοις ἐκείνους, τοὺς τὰ μὲν τῶν ἄλλων κτή-
ματα τῆς πόλεως εἶναι φάσκοντας, τὰ δὲ ταύτης ἴδια
κλέπτειν καὶ διαρπάζειν τολμῶντας: καὶ φιλεῖν μὲν
τὸν δῆμον προσποιουμένους, ὑπὸ δὲ τῶν ἄλλων ἁπάν-
των αὐτὸν μισεῖσθαι ποιοῦντας· καὶ λόγῳ μὲν δεδιότας
ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, ἔργῳ δὲ λυμαινομένους, καὶ συκο-
φαντοῦντας, καὶ διατιθέντας οὕτω πρὸς ἡμᾶς, ὥστε τῶν
πόλεων τὰς εἰς τὸν πόλεμον καθισταμένας, ἥδιον ἂν καὶ
θᾶττον ἐνίας εἰσδέξασθαι τοὺς πολιορκοῦντας, ἢ τὴν
παρ' ἡμῶν βοήθειαν. * ἀπείποι δ' ἄν τις γράφων, εἰ
πάσας τὰς κακοηθείας, καὶ πονηρίας ἐξαριθμεῖν ἐπι-
χειρήσειεν: ἃς ἐκεῖνοι μισήσαντες, καὶ τοὺς ἔχοντας αὐ-

* σύμβουλοι καὶ προστάται καὶ στρατηγοὶ καὶ πρέσβεις, οἱ αὐτοί.

τάς.

*mutationem oblitus est: sed in hoc magis quàm in alia incubuit, ut duces sortiretur, qui & statum popularem expeterent, & ijs moribus essent præditi, quibus illi qui olim regnassent: ne per incuriam summæ rerum omnium eos præficeret, quibus nemo priuatim quicquam mandatum uellet: aut committeret, ut illi ad gubernacula ciuitatis sederent, quorum in confesso esset improbitas: aut uocem illorum ferret, qui cùm sua ipsi corpora probris affecissent, alijs præscribere studerent, quemadmodum urbs sobriè felicitérque regenda esset: aut illis in Republica locus daretur, qui patrimonijs in fœdas uoluptates profusis, peculatu & rapinis inopiæ suæ consultum uellent: aut illis, qui cum ad gratiam semper loqui cuperent, in multa ingrata & molesta conijcerent eos qui ipsis obtemperassent. Nam huius quidem generis homines omnes à consilijs esse remouendos, nemo est omnium quin existimet. Neque uerò hos solùm, sed illos etiam, qui cum aliorum possessiones Reipublicæ esse dicant, proprias ciuitatis opes depeculari ac diripere audent: & se amare populum simulant, quem apud omnes alios in odium adducunt: qui cùm Græcis uerbo metuant, eos re uexant & calumniantur: & efficiunt, ut ita erga nos affecti sint, ut pleræque ciuitates bellis conflictantes malint hostibus portas quàm primùm aperire, quàm nostra præsidia intromittere. * Nemo perscribere ac enumerare possit omnem improbitatem & scelera istorum: quæ cum illi odissent, non*

Magistratuum delectus, reiectis improbis.

* Suasores & magistratus & imperatores & legati, ijdé.

τὰς, ἐποιοῦντο συμβούλους καὶ προστάτας οὐ τοὺς τυχόν-
τας, ἀλλὰ τοὺς φρονιμωτάτους καὶ βελτίστους, καὶ κάλ-
λιστα βεβιωκότας. καὶ τοὺς αὐτοὺς τούτους στρατηγοὺς
ᾑροῦντο, καὶ πρέσβεις, εἴποτε δεήσειεν, ἔπεμπον, καὶ πά-
σας τὰς ἡγεμονίας τὰς τῆς πόλεως αὐτοῖς παρεδίδο-
,, σαν: νομίζοντες, τοὺς ἐπὶ τοῦ βήματος βουλομένους καὶ
,, δυναμένους τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν, τούτους δὲ καὶ καθ'
,, ἑαυτοὺς γενομένους, ἐν πᾶσι τοῖς τόποις, καὶ περὶ ἁπά-
,, σας τὰς πράξεις, τὴν αὐτὴν γνώμην ἕξειν: ἅπερ αὐ-
νομοθεσίαι. τοῖς καὶ συνέβαινεν. διὰ γὰρ τὸ ταῦτα γινώσκειν, ἐν ὀλί-
γαις ἡμέραις ἑώρων τούς τε νόμους ἀναγεγραμμένους,
οὐχ ὁμοίως τοῖς νῦν κειμένοις, οὐδὲ τοσαύτης ταραχῆς,
καὶ τοσούτων ἐναντιώσεων μεστοὺς, ὥστε μηδὲν ἂν δυνη-
θῆναι μήτε τοὺς χρησίμους, μήτε τοὺς ἀχρήστους αὐ-
τῶν· ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὀλίγους, ἱκανοὺς δὲ τοῖς χρῆσθαι
,, μέλλουσι, καὶ ῥαδίους συνιδεῖν. ἔπειτα δικαίους καὶ συμ-
,, φέροντας, καὶ σφίσιν αὐτοῖς ὁμολογουμένους, καὶ μᾶλ-
,, λον ἐσπουδασμένους τοὺς περὶ τῶν κοινῶν ἐπιτηδευ-
,, μάτων, ἢ τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, οἵουσπερ εἶ-
ἀρχαὶ οὐ περιμάχητοι. ναι χρὴ παρὰ τοῖς καλῶς πολιτευομένοις. περὶ δὲ
τοὺς αὐτοὺς χρόνους καθίστασαν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, τοὺς
προκριθέντας ὑπὸ τῶν συμφυλετῶν, καὶ τῶν δημο-
τῶν, οὐ περιμαχήτους αὐτὰς ποιήσαντες, οὐδ' ἐπιθυμί-
ας ἀξίας, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον λειτουργίαις ὁμοίας ταῖς
ἐνοχλούσαις μὲν, οἷς ἂν προσταχθῶσι, τιμὴν δέ τινα
προστιθείσαις αὐτοῖς. ἔδει γὰρ τοὺς ἄρχειν αἱρεθέντας,
τῶν τε κτημάτων τῶν ἰδίων ἀμελεῖν, καὶ τῶν πλημ-
μελημάτων τῶν εἰθισμένων δίδοσθαι ταῖς ἀρχαῖς,
ἀπέχεσθαι μηδὲν ἧττον, ἢ τῶν ἱερῶν: ἃ τίς ἂν ἐν τοῖς νῦν
καθεστῶσιν ὑπομείνειε; καὶ τοὺς μὲν ἀκριβεῖς περὶ
τού-

nõ temerè quosuis ad cõsilia & magistratus admittebant: sed prudẽtissimos & optimos quosq;, & uitæ integritate spectatissimos. Atq; hos ipsos tũ imperatores creabant: tum, si quãdo necesse esset, legatos mittebant: tũ magistratus urbanos omnes illis mandabant: existimantes, qui pro concione optima suadere & uellent et possent, eosdẽ etiã seorsim, omnib. in locis, et de omnib. negocijs, eodẽ animo pariq; prudẽtia futuros. Neq; uerò opinione sua frustrati sunt. nam cùm hac mẽte essent, paucis diebus leges in tabulas relatas, et publicè propositas uiderunt: nõ his quas nũc habemus, similes, neq; cõfusionis plenas, et inter sese pugnãtes, ita ut tã ratæ, quàm antiquatæ, propè nihil autoritatis habeãt: sed primùm paucas, sic tamẽ ut & satisfacerẽt, & cognitu faciles essent ijs qui usuri erãt illis. Deinde iustas & utiles, & inter se cõsentientes, et magis in hoc intentas, ut publica instituta præclara essent, quàm ut priuata commercia sine fraude fierent: quales esse decet in Repub. bene cõstituta. Circa eadem tempora, magistratus creabant eos qui à tribulibus & popularib. delecti erant. Neq; uerò dignitates tales fecerant, quæ magnopere ambiendæ, aut expetẽdæ essent: sed multo magis munerib. similes, ijs quibus mandata fuerint, sanè molestis, sed & honoris aliquid afferentibus. Oportebat enim eos qui delecti erant, & rem familiarem negligere, & largitionib. quæ magistratibus dari solent, non minus quàm donarijs templorum abstinere. Quæ quis est qui his moribus ferre uelit? Quòd si qui officio functi essent,

Legumlatio.

Dignitates nõ ambitæ.

ταύτας γινομένους μετρίως ἐπαινεθέντας, ἐφ᾽ ἑτέραν ἐπιμέλειαν τάττεσθαι τοιαύτην. τοὺς δὲ καὶ μικρὸν παραβαίνοντας, ταῖς ἐσχάταις αἰσχύναις καὶ μεγίσταις ζημίαις περιπίπτειν. ὥστε μηδένα τῶν πολιτῶν, ὥσπερ νῦν διακεῖσθαι πρὸς τὰς ἀρχάς: ἀλλὰ μᾶλλον τὸ ταύτας φεύγειν ἢ διώκειν· καὶ πάντας νομίζειν, μηδέ ποτ᾽ ἂν γενέσθαι δημοκρατίαν ἀληθεστέραν, μηδὲ μᾶλλον τῷ πλήθει συμφέρουσαν, τῆς τῶν μὲν τοιούτων πραγμάτων ἀτέλειαν τῷ δήμῳ διδούσης, τοῦ δὲ τὰς ἀρχὰς καταστῆσαι, καὶ δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν ἐξαμαρτανόντων κύριον ποιούσης· ἅπερ ὑπάρχει καὶ τῶν τυράννων τοῖς εὐδαιμονεστάτοις. σημεῖον δὲ μέγιστον, ὅτι ταῦτ᾽ ἠγάπων μᾶλλον, ἃ ἐγὼ λέγω. φαίνεται γὰρ ὁ δῆμος, ταῖς μὲν ἄλλαις πολιτείαις ταῖς οὐκ ἀρεσκούσαις μαχόμενος, καὶ καταλύων, καὶ τοὺς προεστῶτας αὐτῶν ἀποκτείνων: ταύτῃ δὲ χρώμενος οὐκ ἔλαττον χιλίων ἐτῶν, ἀλλ᾽ ἐμμείνας ἀφ᾽ οὗ παρέλαβε, μέχρι τῆς Σόλωνος μὲν ἡλικίας, Πεισιστράτου δὲ δυναστείας· ὃς δημαγωγὸς γενόμενος, καὶ πολλὰ τὴν πόλιν λυμηνάμενος, καὶ τοὺς βελτίστους τῶν πολιτῶν, ὡς ὀλιγαρχικοὺς ὄντας ἐκβαλὼν, τελευτῶν τόν τε δῆμον κατέλυσε, καὶ τύραννον ἑαυτὸν κατέστησε. τάχ᾽ οὖν ἂν τινες ἄτοπον εἶναί με φήσειαν (οὐδὲν γὰρ κωλύει διαβαλεῖν τὸν λόγον) ὅτι τολμῶ λέγειν, ὡς ἀκριβῶς εἰδὼς περὶ πραγμάτων, οἷς οὐ παρῆν πραττομένοις. Ἐγὼ δὲ οὐδὲν τούτων ἄλογον οἶμαι ποιεῖν. εἰ γὰρ μόνος ἐπίστευον τοῖς τε λεγομένοις περὶ τῶν παλαιῶν, καὶ τοῖς γράμμασι τοῖς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου παραδεδομένοις ἡμῖν, εἰκότως ἂν ἐπιτιμώμην. νῦν δὲ πολλοὶ καὶ νοῦν ἔχοντες, ταὐτὸν ἐμοὶ φανεῖεν ἂν πάσχοντες. χωρὶς δὲ τούτων, εἰ καταστήσαιμι εἰς ἔλεγχον, δυνη-

Δημοκρατία ἀληθεστάτη, ἡ χιλιετής.

προκατάληψις, ὅτι οὔτ᾽ ἄπιστα λέγει, οὔτ᾽ ἀθηναίοις περιέθηκε τὰ παρὰ σπαρτιάταις καθεστῶτα.

eos mediocriter collaudatos, aliam talem curationē suscipere oportebat. Qui uerò paululū de uia declinassent, summis probris & maximis supplicijs afficiebantur. ci. Quare nemo ciuiū, ut nunc fit, magistratus appetebat, sed effugere quàm cōsequi malebāt: omnesq; putabant, nunquā existere posse ueriorē democratiā, aut multitudini utiliorem ea, quæ & taliū quidem functionū populo immunitatē daret: legendorum aūt magistratuū autoritatē, & puniendi delinquentes tribueret. quæ nō alia potestas est, quàm felicißimorum tyrannorū. Et hæc quæ ego dixi, pluris eos fecisse, illud maximo argumento est, quòd populus alias Reipub. formas, quæ displicent, oppugnare & destruere, et magistratus occidere solet: hac uerò usus est non paucioribus, quàm mille annis, in eaq; perseuerauit ab illo tēpore quo accepit, usq; ad Solonis ætatē, Pisistratiq; principatū. Qui populi gubernator factus, cum Reipublicæ multū nocuisset, optimosq; ciues tanquam oligarchicos eiecisset: tandem populari statu abrogato, tyrannidē occupauit. Fortaßis autē aliqui me absurdè facere dicent (nihil enim uetat hanc orationem reprehendere) qui hæc dicere audeam, tanquam de rebus perfectè mihi cognitis: quibus dum gererentur, non interfuerim. Sed ego me nihil horum temerè facere puto. Nam si ego solus sermonibus de ueterum institutis & scriptis, quæ ab illo tempore ad nos peruenerunt, fidem haberem: non iniuria reprehenderer. Nunc multos, eosq; prudētes uiros facere idem, quod me, apparet. Præterea, si argumenta à me postulentur:

Democratia Atheniēsis mille annorum.

Occupatio, se nec incredibilia dicere, nec Atheniensibus ea tribuere, quæ Lacedæmoniorū esse propria uideantur.

δυνηθείην ἂν ἐπιδεῖξαι, πάντας ἀνθρώπους πλείους ἐπιστήμας ἔχοντας διὰ τῆς ἀκοῆς ἢ τῆς ὄψεως, καὶ μείζους πράξεις καὶ καλλίους εἰδότας, ἃς παρ' ἑτέρων ἀκηκόασιν, ἢ ἐκείνας αἷς αὐτοὶ παραγενόμενοι τυγχάνουσιν. ἀλλὰ γὰρ οὔτ' ἀμελεῖν καλῶς ἔχει τῶν τοιούτων ὑπολήψεων (τυχὸν γὰρ μηδενὸς ἀντειπόντος, λυμήναιντ' ἂν τὴν ἀλήθειαν) οὔτ' αὖ πολὺν χρόνον ἀντιλέγοντας διατρίβειν ἐν αὐταῖς: ἀλλ' ὅσον ὑποδείξαντας μόνον τοῖς ἄλλοις, ἐξ ὧν ληροῦντας αὐτοὺς ἂν ἐπιδείξαιεν, πάλιν ἐπανελθόντας λέγειν, καὶ περαίνειν ὅθεν ἀπέλιπον, ὅπερ ἐγὼ ποιήσω. τὸ μὲν οὖν σύνταγμα τῆς τότε πολιτείας, καὶ τὸν χρόνον ὅσον αὐτῇ χρώμενοι διετελέσαμεν, ἐξαρκούντως δεδήλωται. λοιπὸν δ' ἡμῖν, τὰς πράξεις τὰς ἐκ τοῦ πολιτεύεσθαι καλῶς γεγενημένας, διελθεῖν. ἐκ τούτων γὰρ μᾶλλον ἔσται καταμαθεῖν, ὅτι καὶ τὴν πολιτείαν εἶχον ἡμῶν οἱ πρόγονοι βελτίω τῶν ἄλλων, καὶ σωφρονεστέραν. καὶ προστάταις καὶ συμβούλοις ἐχρῶντο τοιούτοις, οἵους χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας. οὐ μὴν οὐδὲ ταῦτά μοι πρότερον λεκτέον ἐστί, πρὶν ἂν μικρὰ προείπω περὶ αὐτῶν. ἢν γὰρ ὑπεριδὼν τὰς ἐπιτιμήσεις τὰς τῶν οὐδὲν ἄλλο ποιεῖν ἢ τοῦτο δυναμένων, ἐφεξῆς διηγῶμαι, περί τε τῶν ἄλλων τῶν πεπραγμένων, καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων τῶν περὶ τὸν πόλεμον, οἷς οἱ πρόγονοι χρώμενοι, τῶν τε βαρβάρων περιεγένοντο, καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκίμησαν: οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ φήσουσί τινές με διεξιέναι τοὺς νόμους, οὓς Λυκοῦργος μὲν ἔθηκε, Σπαρτιᾶται δ' αὐτοῖς χρώμενοι τυγχάνουσιν. Ἐγὼ δ' ὁμολογῶ μὲν ἐρεῖν πολλὰ τῶν καθεστώτων ἐκεῖ, οὐχ ὡς Λυκούργου τι τούτων εὑρόντος ἢ διανοηθέντος, ἀλλ' ὡς μιμησαμένου τὴν διοίκησιν ὡς

δυνα-

probare queam, omnes homines auribus plura quàm oculis cognoscere: & maiores & pulchriores res scire, quas ab alijs audierint, quàm quibus ipsi interfuerunt. Cæterùm huiusmodi reprehensiones neque negligendæ sunt (nam si à nemine diluerentur, fortasse ueritatem læderent) neque refutandis illis diutius immorandum. Sed ubi tantùm alijs subindicatum fuerit, ex quo aduersarios nugas agere ostendatur: ad propositum redeundum, & absoluendum id quod institutum fuit. Quod ego quoque faciam. Ordinationem igitur Reipublicæ, & tempus per quod ea sunt usi, quantum satis est, exposuimus. Restat igitur, ut quæ actiones bonum ciuitatis statum secutæ sint, explicemus. Ex his enim rectius intelligetur, nostros maiores Rempublicam meliorem habuisse tum, quàm alios, & modestiorem: atque ijs & magistratibus & consiliarijs esse usos, quorum autoritati parêre prudentiæ est. Sed ne hæc quidem prius dicenda mihi sunt, quàm pauca præfatus fuero. Si enim neglectis eorum reprehensionibus, qui hoc unum didicerunt: uel de alijs rebus gestis, uel de militari disciplina, quibus usi maiores, & Barbaros superarunt, & à Græcis bene audierunt, narrauero: fieri non poterit, quin aliqui me dicant leges recitare, quas & Lycurgus tulerit, & Spartani obseruent. Ego uerò me dicturum esse multa fateor, quæ illic recepta sunt: non quò Lycurgus illa uel inuenerit, uel excogitarit: sed quòd maiorum nostrorum

δυνατὸν ἄριστα τὴν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, καὶ τήν τε δημοκρατίαν καταστήσαντος παρ' αὐτοῖς, τὴν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην, ἥπερ ἦν παρ' ἡμῖν· καὶ τὰς ἀρχὰς οὐ κληρωτὰς, ἀλλ' αἱρετὰς ποιήσαντος· καὶ τὴν τῶν γερόντων αἵρεσιν, τῶν ἐπιστατούντων ἅπασι τοῖς πράγμασι, μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ποιεῖσθαι νομοθετήσαντος, μεθ' ὅσης περ φασὶ καὶ τοὺς ἡμετέρους περὶ τῶν εἰς ἄρειον πάγον ἀναβήσεσθαι μελλόντων. ἔτι δὲ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῖς περιθέντος τὴν αὐτὴν, ἥνπερ ᾔδει καὶ τὴν βουλὴν ἔχουσαν τὴν παρ' ἡμῖν. ὅτι μὲν οὖν τὸν αὐτὸν τρόπον τἀκεῖ καθέστηκεν, ὥσπερ εἶχε τὸ παλαιὸν, καὶ τὰ παρ' ἡμῖν, παρὰ πολλῶν ἐστὶ πυθέσθαι τοῖς εἰδέναι βουλομένοις. ὡς δὲ καὶ τὴν ἐμπειρίαν τὴν περὶ τὸν πόλεμον, οὐ πρότερον ἤσκησαν, οὐδ' ἄμεινον ἐχρήσαντο ὑπερπαῖσαι τῶν ἡμετέρων: ἐκ τῶν ἀγώνων, καὶ τῶν πολέμων, καὶ τῶν ὡμολογημένων γενέσθαι κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, οὕτως οἶμαι σαφῶς ἐπιδείξειν, ὥστε μηδὲ τοὺς ἀνοήτως λακωνίζοντας ἀντειπεῖν δυνήσεσθαι τοῖς ῥηθεῖσι, μήτε τοὺς ἅμα τε θαυμάζοντας, καὶ βασκαίνοντας, καὶ μιμεῖσθαι γλιχομένους. ποιήσομαι δὲ τὴν ἀρχὴν τῶν λεχθησομένων, ἀκοῦσαι μὲν ἴσως τισὶν ἀηδῆ, ῥηθῆναι δ' οὐκ ἀσύμφορον. εἰ γάρ τις φαίη τὼ πόλεε ταύτα πλείστων ἀγαθῶν αἰτίας γεγενῆσθαι τοῖς ἕλλησι, καὶ μεγίστων κακῶν, μετὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν: οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἀληθῆ δόξειεν ἂν λέγειν τοῖς εἰδόσι τι περὶ τούτων τε γεγενημένων. ἠγωνίσαντό τε γὰρ, ὡς δυνατὸν, ἄριστα πρὸς τὴν ἐκείνου δύναμιν: καὶ περὶ τῶν
» ταῦτά τε πρᾶξαι, προσῆκον αὐταῖς καὶ περὶ τῶν
» ἐχομένων βουλεύσασθαι καλῶς, εἰς τοῦτ' ἦλθον οὐκ ἀνοίας, ἀλλὰ μανίας, ὥστε πρὸς μὲν τὸν ἐπιστρα-

κατὰ παρέκβασιν ἐπιτίμησις ἑκατέραιν τοῖν πόλεοιν τῆς ἀβουλίας καὶ πλεονεξίας.

gubernationem quàm optimè imitatus, domi democratiam instituit, aristocratia temperatam, qualis apud nos fuit: & magistratus non sortitò, sed per suffragia creari uoluit: legemq́ tulit, ut seniores, qui rebus omnibus præsunt, tanto studio & cura legerentur, quanta ferunt à maioribus nostris Areopagitas esse lectos: & eandem illis autoritatem tribuit, quàm sciret senatum apud nos habuisse. Lacedæmoniorum igitur eam esse Rempublicam, quæ apud nos olim quoque fuerit: è multis audire licet, si qui scire id cupiunt. Iam rei militaris peritiam non prius excoluisse, neque melius tractasse Spartanos, quàm nostros: certaminibus & bellis, & ijs quæ facta esse illis temporibus omnes confitentur, me ita perspicuè ostensurum arbitror, ut nec ineptè Laconum studiosi habituri sint, in quo meis uerbis contradicant: nec illi etiam, qui simul & mirantur & inuident, & imitari cupiunt. Ab eo autem exordiar, quod auditu fortasse non omnibus iucundum, sed dictu tamen non erit inutile. Si quis enim dicat, duas has urbes plurima beneficia in Græciam contulisse, atque maximis malis eandem post Xerxis expeditionem affecisse: non poterit non dixisse uerum ijs uideri, qui res gestas illorum temporum cognitas habent. Nam & quàm fortissimè fieri potest, contra eius potentiam dimicarunt: & eo facto, cum decuisset etiam ea quæ restabant, eas ritè administrare: in eam non amentiam, sed insaniam sunt impulsæ, ut cum eo qui ipsas oppugnarat,

Digressio in reprehésioné utriusq; urbis, ob adulationé Persicá, & intestina bella.

 gnarat,

τεύσαντα καὶ βουληθέντα τὼ μὲν πόλεε τούτω παν-
τάπασιν ἀνελεῖν, τοὺς δ' ἄλλους Ἕλληνας καταδουλώ-
σασθαι, πρὸς μὲν τοιοῦτον, κρατήσασαι ῥᾳδίως ἂν αὐτοῦ
καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, εἰρήνην εἰς ἅπαν-
τα τὸν χρόνον συνεγράψαντο, ὥσπερ πρὸς εὐεργέτην
γεγενημένον· φθονήσασαι δὲ ταῖς ἀρεταῖς ταῖς ἑαυτῶν,
εἰς πόλεμον κατέστησαν πρὸς ἀλλήλας, καὶ φιλονεικίαν, καὶ
οὐ πρότερον ἐπαύσαντο σφᾶς αὐτὰς ἀπολλύουσαι, καὶ
τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, πρὶν κύκλον ἐποιήσαντο τὸν κοι-
νὸν ἐχθρὸν τοῦ τήν τε πόλιν τὴν ἡμετέραν εἰς τοὺς ἐ-
σχάτους καταστῆσαι κινδύνους, διὰ τῆς δυνάμεως τῆς
Λακεδαιμονίων, καὶ πάλιν τὴν ἐκείνων διὰ τῆς πό-
λεως τῆς ἡμετέρας: καὶ τοσοῦτον ἀπολειφθέντες τῆς τοῦ
βαρβάρου φρονήσεως, οὔτ' ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἤλ-
γησαν ἀξίως ὧν ἔπαθον, οὐδ' ὡς προσῆκεν αὐτούς, οὔτε
νῦν αἱ μέγισται τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, αἰσχύνονται
διακολακευόμεναι πρὸς τὸν ἐκείνου πλοῦτον: ἀλλ' ἡ
μὲν Ἀργείων καὶ Θηβαίων, Αἴγυπτον αὐτῷ συγκατε-
πολέμησεν, ἵν' ὡς μεγίστην ἔχων δύναμιν ἐπιβουλεύοι
τοῖς Ἕλλησιν. ἡμεῖς δὲ καὶ Σπαρτιᾶται, συμμαχίας ἡμῖν
ὑπαρχούσης, ἀλλοτριώτερον ἔχομεν πρὸς ἡμᾶς αὐ-
τούς, ἢ πρὸς οὓς ἑκάτεροι πολεμοῦντες τυγχάνομεν.
σημεῖον δ' οὐ μικρόν. κοινῇ γὰρ οὐδὲ περὶ ἑνὸς πράγμα-
τος βουλευόμεθα· χωρὶς δ' ἑκάτεροι πρέσβεις πέμ-
πομεν ὡς ἐκεῖνον, ἐλπίζοντες ὁποτέροις ἂν οἰκειότερον
διατεθείη, κυρίους τούτους γενήσεσθαι τῆς ἐν τοῖς Ἕλλησι
» πλεονεξίας: κακῶς εἰδότες, ὡς τοὺς μὲν θεραπεύον-
» τας αὐτόν, ὑβρίζειν εἴθισται· πρὸς δὲ τοὺς ἀντιπραττομέ-
» νους, καὶ καταφρονοῦντας τῆς ἐκείνου δυνάμεως, ἐκ παν-
» τὸς τρόπου διαλύεσθαι πειρᾶται τὰς διαφοράς. ταῦτα δὲ
δῆλ-

gnarat, qui utranque urbẽ delere funditùs, qui cæteros Græcos seruitute opprimere destinarat (tali præsertim, quẽ facile terra mariq; superassent) pacẽ in omne tẽpus, tanquã cũ bene merito, fecerint: & altera alterius uirtutib. inuidẽtes, bello suscepto, tanta pertinacia & æmulatione inter se contenderint, ut sese mutuò cæterosq; Græcos perdere nõ prius destiterint, quàm cõmuni hosti eã potestatẽ dedissent, ut is nostram urbem per Lacedæmoniorum potentiam, in summum discrimen adduceret: ac rursum Lacedæmonios, per nostram urbem. Quãuis autem Barbarus eas prudentia tam longè superasset: tamen neque illis temporibus, ob acceptas clades, ita uti par fuit, ipsasq; decuit, doluerunt: neque nunc Græcarum urbium maximas colere pudet eius opes, contentione quadam assentationis. Nam Argiui quidem & Thebani Aegyptum illi, missis auxilijs, subegerunt: ut quàm maxima potentia munitus, Græcis insidiaretur. Nos autem & Spartani, cùm societate coniuncti simus, alieniores alteri ab alteris animos habemus, quàm ab ijs contra quos utriq; bella gerimus. Cuius rei non paruum illud signum est, quòd nec ulla de re, communi consilio deliberamus: et utriq; seorsim legatos ad illũ mittimus: sperantes, utri eum magis propitium habuerint, in eorũ potestate fore Græciæ dominatũ: adeoq; sumus amentes, ut nõ animaduertamus, solere eum illos à quibus colitur, cõtumeliosè tractare: cum ijs aũt qui aduersantur, & eius potentiã contemnunt, omni modo dare operam, ut redeat in gratiam. Hæc

ἐφαρμόζει τὰ τῆς παρεκβάσεως αὐτὶ τὸ προκείμενον: καὶ συγκρίσει τῆς καθ' ἑαυτὴν, τὴν τῆς πάλαι καλοκαγαθίαν ἐνδοξοτέραν ἀπεργάζεται.

διῆλθον, οὐκ ἀγνοῶν, ὅτι λέγειν τινὲς τολμήσουσιν, ὡς ἔξω τῆς ὑποθέσεως τοῖς λόγοις τούτοις ἐχρησάμην. ἐγὼ δ' οὐδέ ποτ' ἂν οἶμαι τοῖς προειρημένοις οἰκειοτέρους ἂν λόγους ῥηθῆναι τούτων, οὐδ' ἐξ ὧν ἄν τις σαφέστερον ἐπιδείξειε τοὺς προγόνους ἡμῶν φρονιμωτέρους ὄντας περὶ τὰ μέγιστα, τῶν τήν τε πόλιν τὴν ἡμετέραν, καὶ τὴν σπαρτιατῶν μετὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Ξέρξην διοικησάντων. αὗται μὲν γὰρ ἂν φανεῖεν ἐν ἐκείνοις τε τοῖς χρόνοις πρὸς μὲν τοὺς βαρβάρους εἰρήνην ποιησάμεναι, σφᾶς δ' αὐτὰς καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ἀπολλύουσαι: νῦν τε τῶν ἑλλήνων ἄρχειν ἀξιοῦσαι, πρὸς δὲ τὸν βασιλέα πρέσβεις πέμπουσαι περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας. οἱ δὲ τότε τὴν πόλιν οἰκοῦντες οὐδὲν τούτων ἔπραττον, ἀλλὰ τοὐναντίον. τῶν μὲν γὰρ ἑλληνίδων πόλεων, οὕτως αὐτοῖς ἀπέχεσθαι σφόδρα δεδογμένον ἦν, ὥσπερ τοῖς ἀσεβέσι τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνακειμένων. τὸν δὲ πόλεμον ὑπελάμβανον ἀναγκαιότατον μὲν καὶ δικαιότατον τὸν μετὰ πάντων ἀνθρώπων, πρὸς τὴν ἀγριότητα τὴν τῶν θηρίων γιγνόμενον. δεύτερον δέ, τὸν μετὰ τῶν ἑλλήνων πρὸς τοὺς βαρβάρους, τοὺς καὶ φύσει πολε-

ὅτι τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου οὐδεὶς ἀτελής.

» μίους ὄντας, καὶ πάντα τὸν χρόνον ἐπιβουλεύοντας
» ἡμῖν. τοῦτον δ' εἴρηκα τὸν λόγον οὐκ αὐτὸς εὑρών, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων συλλογισάμενος. ὁρῶντες γὰρ τὰς μὲν ἄλλας πόλεις ἐν πολλοῖς κακοῖς καὶ πολέμοις καὶ ταραχαῖς οὔσας, τὴν δ' αὐτῶν μόνην καλῶς οἰκουμένην, οὐχ ἡγήσαντο δεῖν, ἄμεινον τῶν ἄλλων φρονοῦντας καὶ πράττοντας ἀμελεῖν, οὐδὲ περιορᾶν τὰς τῆς αὐτῆς συγγενείας μετεχούσας ἀπολλυμένας: ἀλλὰ σκεπτέον εἶναι, καὶ πρακτέον, ὅπως ἁπάσας ἀπαλλάξουσι τῶν κακῶν τῶν παρόντων.

τοῦτο

recensui, cum satis scirem non defuturos, qui dicere auderent, ea quæ dixerim, nihil ad institutũ pertinere. Ego uerò nunquam quicquam esse dictum existimo, quod suprà dictis magis cõueniat: aut quo manifestius demonstretur, maiores nostros maximis in rebus fuisse prudentiores illis, qui tum nostram, tum Spartanorum urbem, post bellum cum Xerxe gestum gubernarunt. Satis enim constat, eas & illis temporibus cum Barbaris fecisse, & cùm se ipsas, tum alias ciuitates perdidisse, & nunc Græcis imperare uelle: & legatos ad regem mittere, ad expetendam eius amicitiam & societatem. Qui uerò quondam nostram urbem tenuerunt, nihil tale fecerunt, sed planè contrarium. Nam Græcis urbibus abstinere, tam constanter eis decretum fuit, quàm religiosis hominibus donarijs templorum. Bellum autem maximè necessarium & iustißimũ, à quo mortalium nemo immunis esse deberet, id putabant, quod contra immanitatem belluarum gereretur: proximum, quod Græcorum auxilio inferretur Barbaris, qui & natura essent hostes, & perpetuò nobis insidiarentur. Hæc quæ dixi, non ipse excogitaui, sed ex illorum rebus gestis sum ratiocinatus. Nam cum alias urbes in multis malis & bellis & turbis uersari, suam uerò solam rectè gubernari uiderent: non existimarunt eorum esse officij, qui & rectius saperent, & rebus secundioribus uterentur, conniuere, ac pati cognatas urbes interire: sed & rationem ineundam, & operam esse dandam, ut uniuersas malis illis liberarent. His

Accommodat digressionem ad propositũ, & collatione suæ ætatis, uirtutẽ ueterum illustrat.

A' bello Barbarico nemo immunis.

ταῦτα δὲ διανοηθέντες, τῶν μὲν ἧττον νοσουσῶν, πρεσβείαις καὶ λόγοις ἐξαιρεῖν ἐπειρῶντο τὰς διαφοράς· εἰς δὲ τὰς μᾶλλον στασιαζούσας, ἐξέπεμπον τῶν πολιτῶν τοὺς μεγίστην παρ' αὐτοῖς δόξαν ἔχοντας, οἳ περί τε τῶν παρόντων παρ' αὐταῖς πραγμάτων συνεβούλευον, καὶ συγγιγνόμενοι τοῖς τε δι' ἀπορίαν μὴ δυναμένοις ἐν ταῖς αὐτῶν ζῆν πατρίσι, καὶ τοῖς χεῖρον γεγονόσιν, ὧν οἱ νόμοι προστάττουσιν: οἵπερ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λυμαίνονται τὰς πόλεις, ἔπειθον μεθ' αὐτῶν στρατεύεσθαι, καὶ βίον ζητεῖν βελτίω τοῦ νῦν ὑπάρχοντος. πολλῶν δὲ γινομένων τῶν ταῦτα βουλομένων καὶ πειθομένων: στρατόπεδα συστήσαντες ἐξ αὐτῶν, τούς τε τὰς νήσους κατέχοντας τῶν βαρβάρων, καὶ τοὺς ἐφ' ἑκατέρας τῆς ἠπείρου τὴν παραλίαν κατοικοῦντας καταστρεφόμενοι, καὶ πάντας ἐκβάλλοντες, τοὺς μάλιστα βίου δεομένους τῶν ἑλλήνων κατῴκιζον. καὶ ταῦτα πράττοντες, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδεικνύοντες διετέλουν, ἕως ἤκουσαν σπαρτιάτας τὰς πόλεις τὰς ἐν πελοποννήσῳ κατῳκισμένας, ὥσπερ εἶπον, ὑφ' αὐτοὺς πεποιημένους. μετὰ δὲ ταῦτα, τοῖς ἰδίοις ἠναγκάζοντο τοῦ προσέχειν τὸν νοῦν. τί οὖν ἐστι τὸ συμβεβηκὸς ἀγαθὸν, ἐκ τοῦ πολέμου τοῦ περὶ τὰς ἀποικίας καὶ πραγματείας; τούτου γὰρ οἶμαι μάλιστα ποθεῖν ἀκοῦσαι τοὺς πολλούς, τοῖς μὲν ἕλλησιν εὐπορωτέρους γενέσθαι τὰ περὶ τὸν βίον, καὶ μᾶλλον ὁμονοεῖν, τοσούτων τὸ πλῆθος καὶ τοιούτων ἀνθρώπων ἀπαλλαγεῖσι· τοῖς δὲ βαρβάροις ἐκπίπτειν ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ φρονεῖν ἔλαττον ἢ πρότερον: τοῖς δ' αἰτίοις τούτων γεγενημένοις, εὐδοκιμεῖν, καὶ διπλασίαν πεποιηκέναι τὴν ἑλλάδα τῆς ἐξ ἀρχῆς συστάσης. μεῖζον μὲν οὖν εὐεργέτημα, καὶ κοινότερον τοῖς ἕλλησι γεγενημένον περὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, οὐκ ἂν δυναί-

τὰ ἀκολουθήσαντα ταῖς ἀποικίαις.

μην

His cogitationibus susceptis, dißidia saniorum ciuitatum legationibus & disceptationibus tollere studuerunt. Si quæ uerò seditiosiores erant, ciues summæ apud se autoritatis ablegarunt, qui & consilijs eas in rebus illis iuuarent, & congreßi tum cum ijs qui ob egestatem in patria uiuere non poterant, tum cum ijs quorum insita ferocia legum decretis aduersabatur (quod hominum genus urbibus plerunque perniciosum est) persuaserunt, ut secum in militiam profecti, uitam illa meliorem quærerent. Cum igitur multi essent qui ea uellent, & obtemperarent: constituto ex illis exercitu, & Barbaros qui insulas occuparant expulerunt: & eos qui utranque Asiæ oram tenebant aggreßi, omnibus eiectis, egentißimos Græcorum ibi collocarunt. Hæc & ipsi agere, & alijs ad imitandum proponere non destiterunt, donec audissent, Spartanos Peloponnesi urbes, ut dixi, subegisse. Tum uerò sua tueri coacti sunt. Quid igitur boni bella illa, & occupationes mittendi colonias, sequutum est? (hoc enim existimo plerosque potissimùm audire uelle) ut Græci ditiores & copiosiores fierent, magisq; consentirent, tanta & tali multitudine hominum liberati: ut Barbari, extorres & profligati, submißioribus animis essent, quàm prius: ut harum rerum autores insignem caperent gloriam, duplo maiore facta Græcia, quàm initiò fuerat. Ac maius quidem beneficium, & communius, Græcis à nostris maioribus datũ, reperire Vtilitas coloniarum.

ὅτι αἱ ἱκετεῖαι αἱ τοῖς ἀθηναίοις γενόμεναι, πολεμικῆς δυνάμεως τετιμημένον.

μίαν ἐξευρεῖν. οἰκειότερον δὲ τῇ περὶ τὸν πόλεμον ἐπιμελείᾳ, καὶ δόξης οὐκ ἔλαττον ἄξιον, καὶ πᾶσι φανερὸν, ἴσως ἔχομεν εἰπεῖν. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ἢ τίς οὐκ ἀκήκοε τῶν τραγῳδοδιδασκάλων ἐν διονυσίοις τὰς ἀδράστῳ γενομένας ἐν θηβαίοις συμφοράς; ὅτι κατάγειν βουληθεὶς τὸν οἰδίπου μὲν υἱὸν, αὐτοῦ δὲ κηδεστὴν, παμπληθεῖς μὲν ἀργείων ἀπώλεσεν, ἅπαντας δὲ τοὺς λοχαγοὺς ἐπεῖδε διαφθαρέντας: αὐτὸς δ' ἐπονειδίστως σωθεὶς, ἐπειδὴ σπονδῶν οὐχ οἷός τ' ἦν τυχεῖν, οὐδ' ἀνελέσθαι τοὺς τετελευτηκότας, ἱκέτης γενόμενος τῆς πόλεως, ἔτι θησέως αὐτὴν διοικοῦντος, ἐδεῖτο μὴ περιιδεῖν τοιούτους ἄνδρας ἀτάφους γενομένους, μηδὲ παλαιὸν ἔθος καὶ πάτριον νόμον καταλυόμενον:
„ ᾧ πάντες ἄνθρωποι χρώμενοι διατελοῦσιν, οὐχ ὡς
„ ὑπ' ἀνθρωπίνης κειμένῳ φύσεως, ἀλλ' ὡς ὑπὸ δαι-
„ μονίας προστεταγμένῳ δυνάμεως. ὧν ἀκούσας οὐδένα χρόνον ἐπισχὼν, ἔπεμψε πρεσβείαν εἰς θήβας, περί τε τῆς ἀναιρέσεως συμβουλεύσοντας αὐτοῖς, ὁσιώτερον βουλεύσασθαι, καὶ τὴν ἀπόκρισιν νομιμωτέραν ποιήσασθαι τῆς πρότερον γεγενημένης: κἀκεῖνο ὑποδείξοντας, ὡς ἡ πόλις αὐτοῖς οὐκ ἐπιτρέψει παραβαίνουσι τὸν νόμον τὸν κοινὸν ἁπάντων ἑλλήνων. ἀκούσαντες δ' οἱ τότε κύριοι θηβαίων ὄντες, οὐχ ὁμοίως ἔγνωσαν, οὔτε ταῖς δόξαις αἷς ἔχουσί τινες περὶ αὐτῶν, οὔθ' οἷς ἐβουλεύσαντο πρότερον, ἀλλὰ μετρίως περὶ αὐτῶν τε διαλεχθέντες, καὶ τῶν ἐπιστρατευσάντων κατηγορήσαντες, ἔδοσαν τῇ πόλει τὴν ἀναίρεσιν.* καὶ μηδεὶς οἰέσθω με ἀγνοεῖν, ὅτι τἀναντία λέγων τυγχάνω, οἷς ἐν τῷ πανηγυρικῷ λόγῳ φανείην ἂν περὶ τῶν αὐτῶν τούτων γεγραφώς. ἀλλὰ γὰρ οὐδένα νομίζω τῶν ταῦτα

* πρὸς κατάληψις ὑπὲρ τῆς διαφορᾶς περὶ θηβαίων διηγήσεως.

συνι-

non possum. Quod autem sit cum peritia rei militaris coniunctius, nec minore prædicatione dignũ, & omnibus manifestum, habituri fortè sumus quod dicamus. Quis enim ignorat, aut Bachanalibus è Tragicis actoribus non audiuit, quas Adrastus clades ad Thebas acceperit? Qui Oedipi filium, suum generum, in regnum restituere conatus, maximas Argiuorum copias amisit, & omnes centuriones uidit interemptos, ipse per dedecus seruatus. Et quia nec fœdus impetrare, nec cæsos afficere sepultura poterat: supplex urbi nostræ factus, Theseo adhuc eam gubernante, orauit, ne tales uiros insepultos iacere, aut uetus institutum & patriam legem apud uniuersos homines receptam abrogari sineret, quæ non mortali prodita ingenio, sed à diuina potentia imperata uideretur. Quibus ille auditis, nulla mora interposita, legatos Thebas misit, qui suaderent, ut & de reddendis cadaueribus sanctius consilium inirent, et æquius responsum quàm dudum darent: atque illud subindicarent, nostram urbem eis non permissuram, ut communem omnium Græcorum legem uiolarent. Qui uerò tum Thebis imperabant, his acceptis aliter statuerunt, quàm & plerique de eis sentiunt, & ipsi prius decreuerant: sed & modeste suam causam egerunt, & accusatis ijs à quibus oppugnati essent, nostræ urbi cadauera tollenda tradiderunt. Ac nemo putet, me ijs quæ in oratione Panegyrica de his ipsis scripsisse uidear, ex inscitia dicere contraria. Ego enim existimo, neminẽ eorum qui hæc perspi-

Supplicationes factæ Atheniensibus, bellicæ potẽtiæ signum.

Occupatio, de diuersa narratione Thebani belli.

συνιδεῖν ἂν δυνηθέντων, τοσαύτης ἀμαθίας εἶναι καὶ φθόνου μεστὸν, ὅστις οὐκ ἂν ἐπαινέσειεν ἐμὲ καὶ σωφρονεῖν ἡγήσαιτο, τότε μὲν ἐκείνως, νῦν δ' οὕτως διαλεχθέντα περὶ αὐτῶν. περὶ μὲν οὖν τούτων, οἶδ' ὅτι καλῶς γέγραφα, καὶ συμφερόντως. ὅσον δ' ἡμῶν ἡ πόλις διέφερε τὰ περὶ τὸν πόλεμον κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον (τοῦτο γὰρ ἀποδεῖξαι βουλόμενος, διῆλθον τὰ γενόμενα Θήβησιν) ἡγοῦμαι τὴν πρᾶξιν ἐκείνην ἅπασι σαφῶς δηλοῦν, τὴν τὸν μὲν βασιλέα τῶν ἀργείων ἀναγκάσασαν ἱκέτην γενέσθαι τῆς πόλεως τῆς ἡμετέρας: τοὺς δὲ κυρίους ὄντας Θηβῶν οὕτω διαθεῖσαν, ὥστ' ἑλέσθαι μᾶλλον αὐτοὺς ἐμμεῖναι τοῖς λόγοις τοῖς ὑπὸ τῆς πόλεως ἐκπεμφθεῖσιν, ἢ τοῖς νόμοις τοῖς ὑπὸ τοῦ δαιμονίου κατασταθεῖσιν: ὧν οὐδὲν ἂν οἷά τε ἐγένετο διοικῆσαι κατὰ τρόπον ἡ πόλις ἡμῶν, εἰ μὴ καὶ τῇ δόξῃ, καὶ τῇ δυνάμει, πολὺ διήνεγκε τῶν ἄλλων. ἔχων δὲ πολλὰς καὶ καλὰς πράξεις καὶ περὶ τῶν προγόνων εἰπεῖν, σκοποῦμαι τίνα τρόπον διαλεχθῶ περὶ αὐτῶν. μέλει γάρ μοι τούτων μᾶλλον, ἢ τῶν ἄλλων. τυγχάνω γὰρ ὢν περὶ τὴν ὑπόθεσιν ἣν ἐποιησάμην τὸ τελευταῖον, ἐν ἣ προεῖπον, ὡς ἐπιδείξω τοὺς προγόνους ἡμῶν ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ταῖς μάχαις πλέον διενεγκόντας Σπαρτιατῶν, ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. ἔσται δ' ὁ λόγος παράδοξος μὲν τοῖς πολλοῖς, ὁμοίως δ' ἀληθὴς τοῖς ἄλλοις. ἄρτι μὲν οὖν ἠπόρουν, πότερον διεξίω πρότερον τοὺς κινδύνους, καὶ τὰς μάχας τὰς τῶν Σπαρτιατῶν, ἢ τὰς τῶν ἡμετέρων; νῦν δὲ προαιροῦμαι λέγειν τὰς ἐκείνων, ἵν' ἐν ταῖς καλλίοσι καὶ δικαιοτέραις καταλύω τὸν λόγον τὸν περὶ τούτων. ἐπειδὴ γὰρ Δωριέων οἱ στρατεύσαντες εἰς Πελοπόννησον, τριχῆ διείλοντο τὰς πόλεις,

καὶ

ἐκ διαπορήσεως σχήματι ἀπὸ τῶν ἀττικῶν μεταβαίνει ἐπὶ τὰ λακωνικά.

perſpicere potuerunt, tanta eſſe uæcordia & inuidia refertum, qui me non laudet, ac prudenter facere cenſeat, quòd tunc illo, nunc hoc modo de eis diſſeruerim. De his igitur ſcio me rectè ſcripſiſſe, atque utiliter. Quantum autem noſtra urbs, illo tempore, bellica fortitudine præſtiterit (nam ut hoc demonſtrarem, ea recenſui quæ Thebis facta ſunt) id exiſtimo, iſta ipſa re omnibus planiſſimum fieri, quæ & regem Argiuorum urbi noſtræ ſupplicem fieri coegerit: & Thebanorum dominos eò redegerit, ut maluerint noſtræ urbis ſermonibus, quàm legibus à Deo latis obtemperare. Quorum urbs noſtra nihil ritè perficere potuiſſet, niſi & autoritate & potentia cæteris longè præſtitiſſet. Quum autem multa & præclara maiorum facinora dicenda habeam: diſpicio, qua ratione de eis diſſeram. Hæc enim maiori mihi curæ ſunt, quàm cætera: cum iam in ultima propoſiti mei parte uerſer, quo me probaturum aſſerui, maiores noſtros in bellis & prælijs magis antecelluiſſe Spartanis, quàm cæteris rebus omnibus. Erit autem hæc oratio ab opinione multorum abhorrens illa quidem, ſed non minus uera tamen quàm ſuperiora. Modò equidem dubitabam, utrum dimicationes & pugnæ Spartanorum, an uerò noſtrorum ciuium prius recenſendæ eſſent? Nunc ab illis ordiri placet, ut ad finem diſputationis huius facinora reſeruem clariora & æquiora. Poſteaquam igitur Dorienſes in Peloponneſum cum exercitu profecti, pulſis per iniuriam ueteribus incolis,

Dubitationis ſpecie ab Atticis rebus tranſit ad Laconicas.

καὶ τὰς χώρας ἀφείλοντο τοὺς δικαίως κεκτημένους.
οἱ μὲν ἄργος λαχόντες καὶ μεσσήνην, παραπλησίως
διῴκουν τὰ σφέτερ' αὐτῶν τοῖς ἄλλοις ἕλλησι. τὸ δὲ τρί-
τον μέρος αὐτῶν, οὓς καλοῦμεν νῦν λακεδαιμονίους,
στασιάσαι μέν φασιν αὐτοὺς οἱ τὰ ἐκείνων ἀκριβοῦν-
τες, ὡς οὐδένας ἄλλους τῶν ἑλλήνων. * περιγενομένους
δὲ τοὺς μεῖζον τοῦ πλήθους φρονοῦντας, οὐδὲν περὶ τῶν
αὐτῶν βουλεύσασθαι περὶ τῶν συμβεβηκότων τοῖς τοι-
αῦτα διαπεπραγμένοις. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους, συνοί-
κους ἔχειν τῇ πόλει τοὺς στασιάσαντας, καὶ κοινωνοὺς ἁ-
πάντων, πλὴν τῶν ἀρχόντων, καὶ τῶν τιμῶν μετέ-
χειν αὐτούς, οὐκ ἂν φρονεῖν ἡγεῖσθαι εἰ μὴ ἐκείθη σπαρ-
» τιατῶν τοὺς νοῦν ἔχοντας, εἰ νομίζουσιν ἀσφαλῶς πο-
» λιτεύσεσθαι μετὰ τούτων οἰκοῦντες, περὶ οὓς τὰ μέγιστα
» τυγχάνουσιν ἐξημαρτηκότες. αὐτοὺς δ' οὐδὲν τούτων
ποιεῖν, ἀλλὰ παρὰ σφίσι μὲν αὐτοῖς ἰσονομίαν κα-
ταστῆσαι, καὶ δημοκρατίαν τοιαύτην, οἵανπερ χρὴ τοὺς
μέλλοντας ἅπαντα τὸν χρόνον ὁμονοήσειν. τὸν δὲ δῆ-
μον περιοίκους ποιήσασθαι, καταδουλωσαμένους αὐτῶν
τὰς ψυχὰς οὐδὲν ἧττον ἢ τὰς τῶν οἰκετῶν. ταῦτα δὲ
πράξαντας, τῆς χώρας, ἧς προσῆκεν ἴσον ἔχειν ἕκα-
στον, αὐτοὺς μὲν λαβεῖν, ὀλίγους ὄντας, οὐ μόνον τὴν ἀ-
ρίστην, ἀλλὰ καὶ τοσαύτην, ὅσην οὐδένες τῶν ἑλλή-
νων ἔχουσι. τῷ δὲ πλήθει, τηλικοῦτον ἀπονεῖμαι μέρος
τῆς χειρίστης, ὥστ' ἐπιπόνως ἐργαζομένους, μόλις ἔχειν
τὸ καθ' ἡμέραν. μετὰ δὲ ταῦτα διελόντας τὸ πλῆ-
θος αὐτῶν, ὡς οἷόν τ' ἦν εἰς ἐλάχιστον τόπον κατοι-
κίσαι, μικροὺς καὶ πολλούς, ὀνόμασι μὲν προσαγο-
ρευομένους, ὡς πόλεις οἰκοῦντας, τὴν δὲ δύναμιν
ἔχοντας ἐλάττω τῶν δήμων τῶν παρ' ἡμῖν. ἁπάν-
των

ὅτι μετὰ τὴν στάσιν τὸν δῆμον περιοίκους ἐποίησαν οἱ λάκωνες ἐξυβρίσαντες.

eorũq; agris occupatis, trifariã urbes diuiserũt: qui Argos & Messenã sortiti erant, eo ferè modo ciuitates suas administrarũt, quo reliq Græci. Tertiã aũt eorũ partẽ, quos nũc Lacedæmonios dicimus, ita seditiosos fuisse, ab ijs qui res illorũ perqrũt, est proditũ, ut nullos aliorũ Græcorũ. Optimates aũt, cũ elati superbia plebẽ oppreßissent: lõgè aliã rationẽ, & ab aliorũ omniũ q similes turbas experti essent, cõsuetudine abhorrẽtem, pacandorũ tumultuũ cõstituendæq; Reipub. iniuisse. Nã cæteros, q aduersam factionẽ in eadẽ ciuitate uiuere, et omniũ cõmodorũ societate (magistratib. duntaxat & honoribus exceptis) frui patiãtur: demẽtes haberi à prudẽtib. Spartanorũ, si existimẽt, sibi & Reipub. nihil ab ijs esse periculi, quos insignib. iniurijs affecerint. Ipsos uerò nihil tale fecisse, sed inter sese æqualitatẽ & democratiã eiusmodi cõstituisse, qualis deceat eos q perpetuò cõcordes esse debeãt: plebẽ autẽ circũ se in uicinia collocasse, seruitute oppreßis illorum animis nõ minus quàm famulorũ. Quæ cũ pfecissent, agri, quẽ inter omnes æqualiter esse distributũ oportuerat, ipsos q pauci essent, nõ optimã dũtaxat, sed et tãtã uẽdicasse partẽ, quantã nulli Græcorũ habeãt: & multitudini tantũ deterrimæ terræ impertijsse, ut magno labore uix excolere poßint, quantũ ad uitã sustentandã sit necessariũ. Postea, diuisa inopi multitudine, humiles et multos, in loco quàm fieri potuerit angustißimo, cõsidere coactos: q cùm ijs nominib. appellentur quasi ciuitates incolãt, reuera minus autoritatis & opũ habeãt, quàm nostratia municipia. Cũ

Post seditionẽ plebs eiecta in agrũ, & multis iniurijs onerata.

των δ' ἀποστερήσαντας αὐτοὺς ὧν προσῆκε μετέχειν τοὺς ἐλευθέρους, τοὺς πλείστους ἐπιθεῖναι τῶν κινδύνων αὐτοῖς. ἐν γὰρ ταῖς στρατείαις αἷς ἡγεῖτο βασιλεὺς, κατ' ἄνδρα ἠνάγκαζον συμπαρατάττεσθαι σφίσιν αὐτοῖς. ἐνίους δὲ καὶ τῆς πρώτης φάλαγγος ᾑροῦντο παρατάττειν. ἐάν τέ που δεήσῃ αὐτοὺς ἐκπέμψαι βοήθειαν, ἵνα βοηθῶσιν, ἢ τοὺς πόνους, ἢ τοὺς κινδύνους, ἢ τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου, τούτους ἀποστέλλειν ἤθελον, προκινδυνεύοντας τῶν ἄλλων. καὶ τί δεῖ μακρολογεῖν, πάσας διεξιόντα τὰς ὕβρεις, τὰς περὶ τὸ πλῆθος γιγνομένας: ἀλλὰ μὴ τὸ μέγιστον εἰπόντα τῶν κακῶν, ἀπαλλαγῆναι τῶν ἄλλων; τῶν γὰρ οὕτω μὲν ἐξ ἀρχῆς δεινὰ πεπονθότων, ἐν δὲ τοῖς παροῦσι καιροῖς χρησίμων ὄντων, ἔξεστι τοῖς ἐφόροις ἀκρίτως ἀποκτεῖναι τοσούτους, ὅσους ἂν βουληθῶσιν: ἃ τοῖς ἕλλησι τοῖς ἄλλοις, οὐδὲ τοὺς πονηροτάτους τῶν οἰκετῶν, ὅσιόν ἐστι μιαιφονεῖν. τούτου δ' ἕνεκα περὶ τῆς * οἰκειότητος, καὶ τῶν ἡμαρτημένων εἰς αὐτοὺς, διὰ πλειόνων διῆλθον, ἵν' ἐρώμεθα τοὺς ἀποδεχομένους ἁπάσας τὰς Σπαρτιατῶν πράξεις, εἰ καὶ ταύτας ἀποδέχονται, καὶ τὰς μάχας εἶναι νομίζουσι καλὰς τὰς πρὸς τούτους γεγενημένας; ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι μεγάλας μὲν αὐτὰς γεγενῆσθαι, καὶ δεινὰς, καὶ πολλῶν αἰτίας, τοῖς μὲν ἡττηθεῖσι κακῶν, τοῖς δὲ κατορθώσασι λημμάτων, ὧνπερ ἕνεκα πολεμοῦντες, ἅπαντα

» τὸν χρόνον διατελοῦσιν, οὐ μὴν ὁσίας, οὐδὲ καλὰς, οὐ-
» δὲ πρεπούσας τοῖς ἀρετῆς ἀντιποιουμένοις, μὴ τῆς
» ἐπὶ τῶν τεχνῶν ὀνομαζομένης, καὶ πολλῶν ἄλ-
» λων, ἀλλὰ τῆς τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν
» ἐν ταῖς ψυχαῖς μετ' εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης γι-

γνομέ-

ἐφαρμογὴ τοῦ λειγύματος αὐτοῦ ψόγῳ λακωνικῆς ὠμότητος.

autem eis eripuissent omnia quæ liberis hominibus permittenda sunt: maximã periculorum partem in eos inclinasse. Nam in expeditionibus quæ ductu regis fiebant, uiritim in acie iuxta Spartanos stare cogebantur: quidam etiam deligebantur, qui ante primã phalangem collocarẽtur. & cum aliquò supplemẽta mittenda essent, quorũ ope uel labores, uel pericula, uel mora belli facilius tolerarentur: hos mittere moris erat, ut sua capita pro aliorum salute periculis obiectarẽt. Et quid multis opus est, omnes recẽsere iniurias, quibus multitudo afficitur? quin potius, maximo malo plato, cætera missa facimus? Nam eorum qui & ab initio tãtas acerbitates perpeßi sunt, & ad quasuis occasiones operam ita strenuam nauant, Ephoris licet, indicta causa, tot occidere, quot libitum eis fuerit: quæ quidem sanguinaria crudelitas apud cæteros Græcos nefarium scelus habetur, si uel in perditißimos seruos exerceatur. De Spartanorum autem in ciues olim suos sæuitia, & peccatis in eos admißis, ideo pluribus disserui, ut interrogarem eos qui facta illorum omnia probant, num etiam hæc laudẽt, & prælia cum istis gesta præclara putent? Ego quidem magna illa existimo fuisse, & acerba: quæ, ut uictis ingentia mala, sic uictoribus emolumenta plurima peperêre: propter quæ isti bella perpetuò gerunt: sed neque sancta, neque honesta, neq; decora ijs qui præstantiam illam sibi uendicant, non quæ in artibus, & multis alijs reb. sic dicitur, sed ueræ uirtutis: quæ uiris bonis & honestis cũ pietate & iusticia in animis

Accommodatio narrationis ad uituperationẽ Spartanorum uiolentiæ.

γενομένης, περὶ ἧς ἅπας ὁ λόγος ἐστίν. ἧς ὀλιγωροῦντές
τινες ἐγκωμιάζουσι τοὺς πλείω τῶν ἄλλων ἡμαρτηκό-
τας: καὶ οὐκ αἰσθάνονται τὰς διανοίας ἐπιδεικνύντες
τὰς σφετέρας αὐτῶν, ὅτι κἀκείνους ἂν ἐπαινέσειαν, τοὺς
πλείω μὲν κεκτημένους τῶν ἱκανῶν, ἀποκτεῖναι δ' ἂν
τολμήσαντας τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς αὑτῶν, καὶ τοὺς ἑ-
ταίρους, καὶ τοὺς κοινωνοὺς, ὥστε καὶ τἀκείνων λαβεῖν. ὅ-
μοια γὰρ τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἐστὶ, τοῖς ὑπὸ Σπαρτια-
τῶν πεπραγμένοις, ἃ τοὺς ἀποδεχομένους ἀναγκαῖ-
όν ἐστι περὶ τῶν εἰρημένων ἄρτι, τὴν αὐτὴν γνώμην ἔ-
χειν. θαυμάζω δ' εἴ τινες τὰς μάχας, καὶ τὰς νίκας τὰς
παρὰ τὸ δίκαιον γενομένας, μὴ νομίζουσιν αἰσχίους εἶ-
ναι, καὶ πλειόνων ὀνειδῶν μεστὰς, ἢ τὰς ἥττας τὰς ἄνευ
„ κακίας συμβαινούσας: καὶ ταῦτ' εἰδότες, ὅτι μεγάλαι
„ δυνάμεις, πονηραὶ δὲ, πολλάκις γίγνονται κρείττους
„ ἀνδρῶν σπουδαίων, καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ τῆς πατρί-
„ δος προῃρημένων: οὓς πολὺ δικαιότερον ἂν ἐπαι-
„ νοίημεν, ἢ τοὺς περὶ τῶν ἀλλοτρίων ἀποθνήσκειν ἑτοί-
„ μως ἐθέλοντας, καὶ τοῖς ξενικοῖς στρατεύμασιν ὁμοίους
„ ὄντας. ταῦτα μὲν γάρ ἐστιν ἔργα πονηρῶν ἀνθρώπων. τὸ
„ δὲ τοὺς χρηστοὺς ἐνίοτε χεῖρον ἀγωνίζεσθαι τῶν ἀδι-
„ κεῖν βουλομένων, θεῶν ἄν τις ἀμέλειαν εἶναι φήσει-
εν. ἔχοιμι δ' ἂν τῷ λόγῳ τούτῳ χρῆσθαι, καὶ περὶ τῆς
συμφορᾶς τῆς Σπαρτιάταις ἐν Θερμοπύλαις γεγενη-
μένης, ἣν ἅπαντες ὅσοιπερ ἀκηκόασιν, ἐπαινοῦσι καὶ
θαυμάζουσι μᾶλλον, ἢ τὰς μάχας καὶ τὰς νίκας
τὰς κρατησάσας μὲν τῶν ἐναντίων, πρὸς οὓς δ'
οὐκ ἐχρῆν γεγενημένας, ἃς εὐλογεῖν τινὲς τολμῶ-
„ σι: κακῶς εἰδότες, ὡς οὐδὲν οὔθ' ὅσιον οὔτε καλόν ἐ-
„ στι, τὸ μὴ μετὰ δικαιοσύνης καὶ λεγόμενον καὶ πρατ-
τόμε-

innaſcitur, de qua omnis oratio eſt. qua quidam neglecta, eos laudant qui plura quàm alij peccata contraxerunt: nec animaduertunt, ſe mentem ſuam aperire, ac illud prodere, quòd eos etiam laudaturi ſint, qui maximis quidem opibus polleant, ſed & fratres ſuos & amicos & ſocios occidere non dubitarent, ut illorum quoq; pecunia potirentur. Nam talia facinora, ſimilia ſunt factis Spartanorum: quæ qui probāt, eos neceſſe eſt idem de ijs etiam ſentire, quæ modò commemorauimus. Miror autem, ſi qui ſunt, qui prælia & uictorias, præter ius & æquum partas, non eſſe turpiores, & pluribus probris ſcatere cenſeant, quàm clades ſine ignauia acceptas: præſertim cum ſciant, magnos exercitus, quamuis ſceleratos, ſæpe ſuperiores eſſe uiris honeſtis, qui pro patria pugnare non dubitant: quos multo laudari iuſtius eſt, quàm eos qui alienarum opum cupiditate mortem oppetere non recuſant, conducticijs militibus ſimiles. Nam hæc improborum hominum opera ſunt. Quòd uerò boni uiri nonnunquam infelicius, quàm qui ſtudent iniurijs inferendis, præliantur: id incuriæ Deorum fortaßis eſt tribuendum. Et hac ratione uti queam, etiam de calamitate quam Spartani ad Thermopylas acceperūt: quam quicunq; audiuerunt, laudant omnes, & mirantur magis quàm prælia et uictorias, quibus aduerſarij quidē ſuperati, ſed & illi uiolati ſunt, quos minimè oportebat. Et ſunt tamē qui ea laudare nō dubitent: ignari nimirum, nihil neq; ſanctum, neq; honeſtum eſſe, niſi quod cum iuſticia & dicatur &

 fiat.

ἔπαινος περὶ τὰς τῶν ἀθηναίων πράξεις, φιλελλήνων ἀεὶ γεγενημένων.

„ τόμενον, ὧν σπαρτιάταις μὲν οὐδὲν πώποτ' ἐμέλησε. βλέπουσι γὰρ εἰς οὐδὲν ἄλλο, πλὴν ὅπως πλεῖστα τῶν ἀλλοτρίων κατασχήσουσιν. οἱ δ' ἡμέτεροι περὶ οὐδὲν οὕτω τῶν ὄντων ἐσπούδαζον, ὡς τὸ παρὰ τοῖς ἕλλησιν εὐδοκιμεῖν. ἡγοῦντο γὰρ οὐδεμίαν ἂν γενέσθαι κρίσιν ἀληθεστέραν, οὐδὲ δικαιοτέραν τῆς ὑπὸ παντὸς τοῦ γένους γνωσθείσης. δῆλοι δ' ἦσαν οὕτως ἔχοντες, οὔτε τοῖς ἄλλοις οἷς διῴκουν τὴν πόλιν, * καὶ τοῖς τῶν πραγμάτων. τριῶν γὰρ πολέμων γενομένων, ἄνευ τοῦ τρωϊκοῦ, τοῖς ἕλλησι πρὸς τοὺς βαρβάρους, ἐν ἅπασι τούτοις πρωτεύουσαν αὐτὴν παρέχον: ὧν εἷς μὲν ἦν ὁ πρὸς ξέρξην, ἐν ᾧ πλέον διήνεγκαν λακεδαιμονίων ἐν ἅπασι τοῖς κινδύνοις, ἢ κεῖνοι τῶν ἄλλων. δεύτερος δ' ὁ περὶ τὴν κτίσιν τῶν ἀποικιῶν, εἰς ὃν δωριέων μὲν οὐδεὶς ἦλθε συμπολεμήσων. ἡ δὲ πόλις ἡμῶν ἡγεμὼν καταστᾶσα τῶν οὐκ εὐπορούντων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν βουλομένων, τοσοῦτον τὰ πράγματα μετέστησεν, ὥστ' εἰθισμένων τῶν βαρβάρων τὰς μεγίστας πόλεις τῶν ἑλληνίδων καταλαμβάνειν: ἐποίησε τοὺς ἕλληνας, ἃ πρότερον ἔπασχον, ταῦτα δύνασθαι ποιεῖν. περὶ μὲν οὖν τοῖν δυοῖν πολέμοιν, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τοὺς ἱκανῶς ἡμῖν εἴρηται. περὶ δὲ τοῦ τρίτου ποιήσομαι τοὺς λόγους, ὃς ἐγένετο, τῶν μὲν ἑλληνίδων πόλεων ἄρτι κατῳκισμένων, τῆς δ' ἡμετέρας ἔτι βασιλευομένης· ἐφ' ὧν καὶ πόλεμοι πλεῖστοι, καὶ κίνδυνοι μέγιστοι συνέβησαν, οὓς ἅπαντας μὲν οὔτ' ἂν εὑρεῖν οὔτ' ἂν εἰπεῖν δυνηθείην. παραλιπὼν δὲ τὸν πλεῖστον ὄχλον, τῶν ἐν ἐκείνῳ μὲν τῷ χρόνῳ πραχθέντων, ῥηθῆναι δὲ νῦν οὐ κατεπειγόντων, ὡς ἂν δύνωμαι συντομώτατα πειράσομαι δηλῶσαι τούς τ' ἐπιστρατεύσαντας τῇ πόλει, καὶ τοὺς

fiat. quæ res Spartanis nunquam curæ fuerunt. Nihil enim aliud spectant, nisi ut aliena quàm plurima occupent. Nostri autem nihil omniũ rerum ita expetiuerunt, nisi ut apud Græcos gloria florerent: existimantes, nullum posse iudicium fieri uel uerius, uel æquius illo, quod à tota gente pronunciatum esset. Eos autem ita sensisse, cùm ex alijs eorum actis in Repub. perspicitur, tum è rebus pro commodis & incolumitate Græciæ gestis. Nam cũ Græci tria bella, præter Troianũ, cum Barbaris gesserint: in his omnibus suam urbem principẽ exhibuerunt. Quorum unum fuit Xerxeum: in quo quicquid periculi adeundum fuit, tanto præstantiores fuêre Lacedæmonijs, quanto illi alijs: alterum eo tempore quo coloniæ condebantur, ortum, ad cuius societatem Doriensium nemo uenit. Nostra uerò urbs se ducem professa tenuiorum, & quorumuis aliorũ, rem ita uertit & mutauit, eoq́ redegit, ut, cum Barbari soliti fuissent maximas quasq; Græcarum urbium occupare, Græci ea quæ prius ferebant, facere possent. Ac de duobus quidem bellis satis antea diximus. Nunc de tertio uerba faciam, quod conflatum est, cum & Grææ urbes nuper conditæ essent, & nostra ciuitas adhuc Regibus parêret: in quorum tempora & bella plurima, & maxima pericula inciderunt, quæ omnia neq; cogitatione complecti, neque oratione explicare queam. Omißis igitur eorum plurimis, quæ tum facta sunt, eademq́; dictu non ita necessaria: quàm breuißimè potero, referre conabor, tum eos qui nostram urbem oppugnarunt, tum

Reditus ad res gestas Atheniensium, qui pro salute & dignitate Græciæ & olim & nuper propugnarint.

τὰς μάχας τὰς ἀξίας μνημονευθῆναι, καὶ ῥηθῆναι τοὺς ἡγεμόνας ἡμῶν, ἔτι δὲ τὰς προφάσεις ἃς ἔλεγον, καὶ τὴν δύναμιν τῶν γενῶν τῶν συνακολουθησάντων αὐτοῖς. ἱκανὰ γὰρ ἔσται ταῦτ᾽ εἰπεῖν, πρὸς ἃ περὶ τῶν ἐναντίων εἰρήκαμεν. θρᾷκες μὲν γὰρ μετ᾽ εὐμόλπου τοῦ ποσειδῶνος, ἐνέβαλον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὃς ἠμφισβήτησεν ἐρεχθεῖ τῆς πόλεως, φάσκων ποσειδῶνα πρότερον ἀθηνᾶς καταλαβεῖν αὐτήν. σκύθαι δὲ μετ᾽ ἀμαζόνων τῶν ἐξ ἄρεως γενέσθαι λεγομένων, ἀλλὰ τὴν στρατείαν * ἐπ᾽ ἀντιόπην τὴν ἱππολύτης ἐποίησαν, τὴν τούς τε νόμους παραβᾶσαν τοὺς περὶ αὐτὰς κειμένους, ἐρασθεῖσάν τε θησέως, καὶ συνακολουθήσασαν ἐκεῖθεν, καὶ συνοικήσασαν αὐτῷ. πελοποννήσιοι δὲ μετ᾽ εὐρυσθέως, ὃς ἡρακλεῖ μὲν οὐκ ἔδωκε δίκην ὧν ἥμαρτεν εἰς αὐτὸν, στρατεύσας δ᾽ ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους, ὡς ἐκληψόμενος τοὺς ἐκείνου παῖδας (παρ᾽ ἡμῖν γὰρ ἦσαν καταπεφευγότες) ἔπαθεν ἃ προσῆκεν αὐτόν. τοσούτου γὰρ ἐδέησε γράψας κύριος γενέσθαι τῶν ἱκετῶν, ὥσθ᾽ ἡττηθεὶς μάχῃ, καὶ ζωγρηθεὶς ὑπὸ τῶν ἡμετέρων, αὐτὸς ἱκέτης γενόμενος τούτων οὓς ἐξαιτήσων ἦλθε, τὸν βίον ἐτελεύτησε. μετὰ δὲ τούτων οἱ πεμφθέντες ὑπὸ δαρείου, τὴν ἑλλάδα πορθήσοντες, ἀποβάντες ἐπὶ μαραθῶνι, πλείοσι κακοῖς καὶ μείζοσι συμφοραῖς περιπεσόντες, ὧν ἤλπισαν τὴν πόλιν ἡμῶν ποιήσειν, ᾤχοντο φεύγοντες ἐξ ἁπάσης τῆς ἑλλάδος. τούτους δ᾽ ἅπαντας οὓς διῆλθον, οὐ μετ᾽ ἀλλήλων εἰσβαλόντας, οὐδὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ἀλλ᾽ ὡς οἵ τε καιροὶ, καὶ τὸ συμφέρον ἑκάστοις, καὶ τὸ συμβουλεύσασθαι συνέπιπτε, μάχῃ νικήσαντες, καὶ τῆς ὕβρεως παύσαντες, οὐκ ἐξέστησαν αὐτῶν

ἀθηναίων ἐν ταῖς εὐπραγίαις σωφροσύνη.

pugnas memorabiles, ducesq; nostros memoratu dignos, tum causas quas hostes prætexebant, potentiamq; gentium quæ illos secutæ fuerunt. Hæc enim satis multa erunt, quæ cum aduersariorum factis comparentur. Nam Thraces cum Eumolpo, Neptuni filio, in agros nostros irruperunt: qui cum Erechtheo de urbe contendens, Neptunum prius eam occupasse quàm Mineruam asserebat. Scythæ cum Amazonibus, quæ Martis filiæ dicebantur, & propter Antiopam sororem Hippolytæ bellum faciebant: quæ patrijs legibus uiolatis, Thesei amore capta, & insde eum secuta, ac nupta illi fuerat. Peloponnenses cum Eurystheo: qui cùm Herculi pœnas iniuriarum non dedisset, bello contra maiores nostros suscepto, ut eius liberos dediticios hinc abduceret (ad nos enim confugerant) ea pertulit quæ merebatur. Tantum enim abfuit, ut (quod in literis iactarat) supplices in potestatem suam redegerit, ut prælio superatus, & captus à nostris, ipse supplex illis factus, quos sibi dedendos postularat, occubuerit. Pòst, qui missi à Dario fuerant ad uastandam Græciam: excensu ad Marathonem facto, pluribus & maioribus cladib. acceptis, quàm ipsi nostræ urbi se allaturos sperarant, fuga se ex uniuersa Græcia proripuerunt. His omnibus igitur quos recensui, qui non unà impreßionem fecerunt, nec ijsdem temporibus, sed ut & occasiones & singulorum utilitates & consilia tulerant, prælio superatis, illorumq; iniurijs propulsatis, non à statu

Atheniensium in rebus secundis moderatio.

» αὐτῶν τηλικαῦτα διαπραξάμενοι τὸ μέγεθος, οὐδ'
» ἔπαθον ταὐτὸ τοῖς διὰ μὲν τὸ καλῶς καὶ φρονίμως βου-
» λεύσασθαι, καὶ πλούτους μεγάλους καὶ δόξας καλὰς κτη-
» σαμένοις, διὰ δὲ τὰς ὑπερβολὰς τὰς τούτων ὑπερη-
» φάνοις γενομένοις, καὶ τὴν φρόνησιν διαφθαρεῖσι, καὶ
» κατενεχθεῖσιν εἰς χείρω πράγματα καὶ ταπεινότερα
» τῶν πρότερον αὐτοῖς ὑπαρχόντων. ἀλλὰ ταῦτα πάν-
» τα διαφυγόντες, ἐνέμειναν τοῖς ἤθεσιν οἷς εἶχον, διὰ
» τὸ πολιτεύεσθαι καλῶς, μείζω φρονοῦντες ἐπὶ τῇ
» τῆς ψυχῆς ἕξει, καὶ ταῖς διανοίαις ταῖς ἑαυτῶν, ἢ ταῖς
» μάχαις ταῖς γεγενημέναις, καὶ μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἄλ-
» λων θαυμάζεσθαι διὰ τὴν καρτερίαν ταύτην καὶ σω-
» φροσύνην, ἢ διὰ τὴν ἀνδρείαν τὴν ἐν τοῖς πόνοις καὶ
» κινδύνοις αὐτοῖς παραγενομένην. ἑώρων γὰρ ἅπαντες
» τὴν μὲν εὐψυχίαν τὴν πολεμικὴν πολλοὺς ἔχοντας,
» καὶ τῶν ταῖς κακίαις ὑπερβαλλόντων· τῆς δὲ χρησίμης
» ἐπὶ πᾶσι, καὶ πάντας δυναμένης ὠφελεῖν, οὐ κοινωνοῦν-
» τας τοὺς πονηρούς, ἀλλὰ μόνοις ἐγγινομένην τοῖς κα-
» λῶς γεγονόσι καὶ τεθραμμένοις, καὶ πεπαιδευμένοις,
» ἅπερ προσῆν τοῖς τότε τὴν πόλιν διοικοῦσι, καὶ τῶν προει-
» ρημένων ἀγαθῶν ἁπάντων αἰτίοις καταστᾶσι. * τοὺς
μὲν οὖν ἄλλους ὁρῶ περὶ τὰ μέγιστα τῶν ἔργων, καὶ μά-
λιστα μνημονευθησόμενα τοὺς λόγους καταλύοντας. ἐ-
γὼ δὲ σωφρονεῖν μὲν νομίζω τοὺς ταῦτα γινώσκοντας,
καὶ πράττοντας. οὐ μὴν συμβαίνει μοι ταὐτὸ ποιεῖν ἐ-
κείνοις, ἀλλ' ἔτι λέγειν ἀναγκάζομαι. τὴν δ' αἰτίαν δι'
ἣν ποιῶ, ὕστερον ἐρῶ, μικρὰ πάνυ περὶ αὐτῶν δια-
λεχθείς. ἐπηνώρθουν μὲν γὰρ τὸν λόγον, τὸν μέχρι
τῶν ἀναγνωσθέντων γεγραμμένον, μετὰ μειρακίων
τριῶν ἢ τεττάρων τῶν εἰθισμένων μοι συνδιατρί-
βειν.

* παρέκβασις καὶ διάλεγος πρὸς φιλολάκωνά τινα, ποικιλίας ἕνεκα, καὶ διὰ τὸ μᾶλλον ἐξελέγχειν τοὺς σπαρτιάτας πεπλασμένος.

statu suo post tantas res gestas declinarunt: neque id eis accidit, quod ijs qui, cum prudenter consulendo & rectè agendo magnas opes insignémque gloriam sint adepti, pòst, ob successuum magnitudinem, elati superbia, & sana mente amissa, in deteriorem etiam & humiliorem priore fortunam deferuntur. Sed his omnibus euitatis, instituta uetera, ob rectam Reipublicæ administrationem, retinuerunt: magis freti animi sui uirtute, suáque prudentia, quàm prælijs commissis: maioréque in admiratione fuerunt apud alios ob constantiam hanc & sobrietatem, quàm propter tolerantiam laborum & periculorum. Omnes enim uidebant, multos etiam flagitijs coopertos, animosos esse in prælijs: sed moderationis & prudentiæ, quæ rebus in omnibus utilis, omnes iuuare possit, expertes esse improbos: & hanc propriam eorum esse laudem qui bene nati, bene educati & instituti sunt, cuiusmodi fuerunt illi qui tum urbem rexerunt: quibus successus illi quos dixi- r.us, omnes sunt accepti referendi. Equidem uideo, alios maximis facinoribus, & in primis memorabilibus, concludere solere orationes: atque eos qui sic iudicant & agunt, sapere censeo: sed tamen ita accidit, ut ego aliter faciam, & plura dicere necesse habeam. Quod cur à me fiat, paulo pòst ostendam, ubi pauca omnino prius dixero. Tantam huius orationis partem perscriptam, quanta iam recitata est, cum adolescentulis tribus aut quatuor, familiariter mecum uiuere solitis, corrigebam.

Digreſsione quadam diſputationē inſtituit cũ quodam Laconum amatore: quò & uarietas orationi concilietur, & Lacedæmoniorum laudes minuantur.

φειν. ἐπειδὴ δὲ διεξιοῦσιν ἡμῖν ἐδόκει καλῶς ἔχειν, καὶ
προσδεῖσθαι τελευτῆς μόνον: ἔδοξέ μοι μεταπέμψα-
σθαί τινα τῶν ἐμοὶ μὲν πεπλησιακότων, ἐν ὀλιγαρχίᾳ
δὲ πεπολιτευμένων, προῃρημένων δὲ Λακεδαιμονίους
ἐπαινεῖν: ἵν᾽ εἴ τι παρέλαβεν ἡμᾶς ψευδῶς εἰρημέ-
νον, ἐκεῖνος καθιδὼν δηλώσειεν ἡμῖν. ἐλθὼν δ᾽ ὁ κλη-
θεὶς, καὶ διαναγνοὺς τὸν λόγον (τί γὰρ μεταξὺ τί δεῖ
λέγοντα διατρίβειν;) ἐδυσχέρανε μὲν οὐδενὶ τῶν γε-
γραμμένων, ἐπῄνεσε δ᾽ ὡς δυνατὸν μάλιστα, καὶ διε-
λέχθη περὶ ἑκάστου τῶν μερῶν παραπλησίως οἷς ἡμεῖς
ἐγινώσκομεν. οὐ μὴν ἀλλὰ φανερὸς ἦν, οὐχ ἡδέως ἔ-
χων ἐπὶ τοῖς περὶ Λακεδαιμονίων εἰρημένοις. ἐδήλω-
σε δὲ διὰ ταχέων. ἐτόλμησε γὰρ εἰπεῖν, ὡς εἰ καὶ μηδὲν
ἄλλο πεποιήκασι τοὺς Ἕλληνας ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ οὖν ἐ-
κεῖνό γε δικαίως ἂν αὐτοῖς ἅπαντες χάριν ἔχοιεν, ὅτι
τά κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων εὑρόντες, αὐτοί τ᾽ ἐ-
ν τούτοις χρῶνται, καὶ τοῖς ἄλλοις κατέδειξαν. τοῦτο δὲ ῥηθὲν οὕτω
βραχὺ καὶ μικρὸν, αἴτιον ἐγένετο, τοῦ μήτε καταλῦσαί
με τὸν λόγον ἐφ᾽ ὧν ἐβουλήθην, ὑπολαβεῖν τε, ὡς
αἰσχρῶς ποιήσω, καὶ δεινὸν, εἰ παρὼν περιόψομαί τι-
να τῶν ἐμοὶ πεπλησιακότων, πονηροῖς λόγοις χρώ-
μενον. ταῦτα δὲ διανοηθεὶς ἠρόμην αὐτὸν, εἰ μηδὲν
φροντίζει τῶν παρόντων, μηδ᾽ αἰσχύνεται λόγον εἰρη-
κὼς ἀσεβῆ, καὶ ψευδῆ, καὶ πολλῶν ἐναντιώσεων με-
στόν; γνώσῃ δ᾽, ὡς ἐστὶ τοιοῦτος, ἢν ἐρωτήσῃς τινὰς τῶν
εὖ φρονούντων, ὁποῖα τῶν ἐπιτηδευμάτων κάλλιστ᾽
ἂν νομίζωσιν εἶναι; καὶ μετὰ ταῦτα, πόσος χρόνος
ἐστὶν, ἐξ οὗ Σπαρτιᾶται τυγχάνουσιν ἐν Πελοποννήσῳ
κατῳκηκότες: οὐδεὶς γὰρ ὅστις οὐχὶ τῶν ἐπιτηδευ-
μάτων προκρίνει τὴν εὐσέβειαν τὴν περὶ τοὺς θεοὺς,

ἀνασκευή, ὅτι Λακεδαιμόνιοι τὰ κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων εὗρον.

καὶ

bam. Quæ cùm nobis recensentibus probata, conclusione tantùm indigere uideretur: consultum esse duxi, quendam qui me præceptore usus, atque in oligarchia uersatus, eo animo erat, ut perpetuò laudaret Lacedæmonios, accersere: ut si quid fortè falso dictum nos præterijsset, id ille animaduersum nobis indicaret. Venit igitur ille uocatus, & lecta oratione (nam quæ alia intercesserunt, quid multis dicere attinet?) cæterorum quæ scripseram nihil molestè ferebat, sed & summis laudibus efferebat, & de singulis partibus eadem ferè dicebat, quæ nos quoque sentiebamus: non obscuram tamen significationem dabat, sibi displicere ea quæ de Lacedæmonijs dixissemus: ídque mox ostendit. Ausus est enim dicere, etiamsi nullum aliud in Græcos beneficium contulissent, ob illud tamen eis iurè omnes gratiam habituros, quòd pulcherrimis institutis inuentis, eadem & ipsi usurpassent, & alijs demonstrassent. Hoc ita breuiter & paucis dictum, in causa fuit, ne ibi finirem orationem, ubi decreueram: ac turpe fore ducerem, miniméque ferendum, si quenquam ex meis discipulis in conspectu meo uerbis improbis uti paterer. Hæc cogitãs interrogabam, nihílne curaret eos qui adessent, nec impia & falsa & multis contradictionibus referta dicere erubesceret? Intelliges autem, inquam, ita esse, si prudentiores interrogaris, quæ instituta pulcherrima esse putent? Deinde quantum temporis effluxerit, ex quo Spartani in Peloponneso consederunt. Nemo enim est, quin religiosum cultum Deorum,

Refutatio, Spartanos pulcherrimorum institutorum non esse autores.

&

„ καὶ τὴν δικαιοσύνην τὴν περὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὴν
„ φρόνησιν τὴν περὶ τὰς ἄλλας πράξεις· σπαρτιάτας δ'
ἐνταῦθα κατοικεῖν οὐ πλείω φήσουσιν ἐτῶν ἑπτακοσίων.
τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, εἰ μὲν σὺ τυγχάνεις ἀληθῆ λέ-
γων, τούτους φάσκων εὑρετὰς γεγενῆσθαι τῶν καλλίστων
ἐπιτηδευμάτων· ἀναγκαῖόν ἐστι τοὺς πολλαῖς γενεαῖς
πρότερον γεγονότας, πρὶν σπαρτιάτας ἐνταῦθα κα-
τοικῆσαι, μὴ μετέχειν αὐτῶν, μήτε τοὺς ἐπὶ τροίαν στρα-
τευσαμένους, μήτε τοὺς περὶ ἡρακλέα καὶ θησέα γεγο-
νότας, μήτε μίνω τὸν διός, μήτε ῥαδάμανθυν, μήτ'
αἰακόν, μήτε τῶν ἄλλων μηδένα τῶν νῦν ὑμνουμένων
ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς ταύταις, ἀλλὰ ψευδῆ τὴν δόξαν
„ ταύτην ἅπαντας ἔχειν. εἰ δὲ σὺ μὲν φλυαρῶν τυγχά-
„ νεις, προσήκει δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ θεῶν γεγονότας, καὶ κεχρῆ-
„ σθαι ταύταις μᾶλλον τῶν ἄλλων, καὶ καταδεῖξαι τοῖς
„ ἐπιγινομένοις, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ μαίνεσθαι δόξεις ἅπα-
σι τοῖς ἀκούουσιν, οὕτως εἰκῇ καὶ παρανόμως, οὓς αὖ τύ-
χῃς, ἐπαινῶν, οἷς δ' ἐπιτιμᾶν δέον, εὐλογεῖς αὐτοὺς ὡς
μηδὲν ἀκηκοὼς τῶν ἐμῶν. ἐλήρεις μὲν γὰρ καὶ πρὶν αὖ·
οὐ μὴν ἐναντία γε λέγων ἐφαίνου σαυτῷ. νῦν δ' ἐπε-
νεγκόντι μοι τὸν ἐμὸν λόγον, τὸν ἐπιδεικνῦντα, πολ-
λὰ καὶ δεινὰ λακεδαιμονίους περί τε τοὺς συγγενεῖς τοὺς
ἑαυτῶν, καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ἕλληνας διαπεπραγμέ-
νους, πῶς οἷόν τ' ἦν ἔτι σοὶ λέγειν, τοὺς ἐνόχους ὄντας τού-
τοις, ὡς τῶν καλλίστων ἐπιτηδευμάτων ἡγεμόνες γε-
„ γόνασι; πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνο ἐθαύμαζον, εἰ λέληθεν
„ αὐτόν, ὅτι τὰ παραλελειμμένα τῶν ἐπιτηδευμάτων,
„ καὶ τῶν τεχνῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὐχ οἱ τυχόν-
„ τες εὑρίσκουσιν, ἀλλ' οἱ τάς τε φύσεις διαφέροντες, καὶ
„ μαθεῖν πλεῖστα τῶν πρότερον εὑρημένων δυνηθέντες.

καὶ

& iusticiam erga homines, & prudentiam in alijs rebus, omnium pulcherrima instituta esse censeat. Spartanos autem, non amplius septingentis annis eum locum tenuisse, consentiat. Quæ cum ita sint, siquidem tu uera prædicas, cùm pulcherrima instituta eos inuenisse dicis: necesse est, alios qui multis antè seculis fuerunt, quam Spartani sedes istas occuparent, eorum expertes fuisse: eos etiam qui Troiam expugnarunt, & Herculis & Thesei æquales; Minoem item Iouis filium; & Rhadamanthum, & Aeacum, & reliquos omnes qui ab uniuersis propter istas uirtutes diuinis laudibus celebrantur, falsaq́ frui gloriola. Si uerò tu nugas agis, & omnino par est dijs genitos uirtutibus istis magis & ipsos esse usos, & posteris imitandas eas proposuisse: fieri non potest, quin furere uidearis omnibus audientibus, qui adeò temerè quosuis & iniquè laudes: & qui reprehendendi erant, eos commendes: quasi quid ego dixissem, planè non audisses. Nam tum quoque delirasses: sed tibi tamen ipse contrarius esse non uidereris. Nunc, cum ego mea oratione prolata ostenderim, multa crudeliter & nefariè Lacedæmonios & in cognatos suos, & in alios Græcos fecisse: qui tibi dicere licuit, eos qui his criminibus obnoxij sunt, pulcherrimorum institutorum principes extitisse? Præterea illud etiam in eo mirabar, si qua desint uel institutis, uel artibus, uel quibusuis alijs rebus, ea non excogitari à quibuslibet: sed ab his qui ingenijs excellunt, & è ueterum inuentis discere plurima potuerunt,

„ καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τῷ ζητεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων
„ ἐθελήσαντες: ὧν λακεδαιμόνιοι πλεῖστον ἀπέχουσι
„ τῶν βαρβάρων. οἱ μὲν γὰρ ἂν φανεῖεν πολλῶν εὑρημάτων καὶ μαθηταὶ καὶ διδάσκαλοι γεγονότες. οὗτοι δὲ τοσοῦτον ἀπολελειμμένοι τῆς κοινῆς παιδείας καὶ φιλοσοφίας εἰσὶν, ὥσθ' οὐδὲ γράμματα μανθάνουσιν: ἃ τηλικαύτην ἔχει δύναμιν, ὥστε τοὺς ἐπισταμένους αὐτὰ, καὶ χρωμένους ὀρθῶς αὐτοῖς, μὴ μόνον ἐμπείρους γίγνεσθαι τῶν ἐπὶ τῆς ἡλικίας τῆς αὑτῶν πραχθέντων, ἀλλὰ καὶ τῶν πώποτε γενομένων. ἀλλ' ὅμως σὺ καὶ τοὺς τῶν τοιούτων ἀμαθεῖς ὄντας, ἐτόλμησας εἰπεῖν, ὡς εὑρεταὶ τῶν καλλίστων παιδευμάτων γεγόνασι: καὶ ταῦτ' εἰδὼς, ὅτι τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν ἐθίζουσι περὶ τοιαύτας πραγματείας διατρίβειν, ἐξ ὧν ἐλπίζουσιν αὐτοὺς οὐκ εὐεργέτας γενήσεσθαι τῶν ἄλλων, ἀλλὰ κακῶς ποιεῖν μάλιστα δυνήσεσθαι τοὺς ἕλληνας. καὶ ἅπασας μὲν διεξιὼν, πολὺν ὄχλον ἐμαυτῷ τ' ἂν παρέχοιμι, καὶ τοῖς ἀκούουσι. μίαν δὲ μόνον εἰπὼν, ἣν ἀγαπῶσι, καὶ περὶ ἣν μάλιστα σπουδάζουσιν, οἶμαι δηλώσειν ἅπαντα τὸν τρόπον αὐτῶν. ἐκεῖνοι γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, εὐθὺς ἐξ εὐνῆς προπέμπουσι τοὺς παῖδας, μεθ' ὧν ἂν ἕκαστοι βουληθῶσι, λόγῳ μὲν ἐπὶ θήρας, ἔργῳ δ' ἐπὶ κλοπὴν τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς κατοικούντων: ἐν ᾗ συμβαίνει τοὺς μὲν ληφθέντας ἀργύριον ἀποτίνειν, καὶ πληγὰς λαμβάνειν: τοὺς δὲ πλεῖστα κακουργήσαντας, καὶ λαθεῖν δυνηθέντας, ἔν τε τοῖς παισὶν εὐδοκιμεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων. ἐπειδὰν δ' εἰς ἄνδρας συντελῶσιν, ἢν ἐμμείνωσι τοῖς ἤθεσιν, οἷς παῖδες ὄντες ἐμελέτησαν, ἐγγὺς εἶναι τῶν ἀρχῶν τῶν μεγίστων. καὶ ταύτης ἣν τις ἐπιδείξῃ παιδείαν μᾶλλον ἀγαπωμένην, ἢ σπου-

κατὰ περιβρόπλων, ὅτι καὶ τῶν αἰσχίστων εὑρεταί.

& inuestigationi rerum maiore studio incumbere uoluerunt: à quibus rebus Lacedæmonij longè Barbaris essent alieniores. Hos enim multorum inuentorum fuisse tum discipulos, tum doctores. Istos uerò à communi institutione ac studijs tam longè abesse, ut ne literas quidem discerent: quæ tantam uim haberent, ut qui ijs instructi essent, rectéq; uterentur, non ea solùm cognoscerent quæ sua ætate gererentur, sed illa etiam quæ ab omni memoria facta essent. Tu tamen (inquam) earum ignaros, pulcherrimarum disciplinarum inuentores esse, affirmare non dubitasti: quamuis scires, eos ad tales exercitationes liberos suos assuefacere, per quas sperent eos alijs non esse benefacturos, sed Græcis maxima detrimenta importaturos. Quæ si omnia percensere uelim, & mihi & auditoribus magnum fastidium ea parerent. Sed ubi unum duntaxat recitaro, quod & amant, & studio in primis habent: omne ingenium & mores eorum me declaraturum arbitror. Illi enim quotidie pueros, mox à lecto, cum quibus singulis libitum est, ablegant, uerbo ad uenationem: re ad eos per furtum spoliandos, qui ruri habitant: in quo accidit, ut deprehensi & numos soluant, & plagas accipiant. Qui uerò scelera plurima admiserunt, eaq; celare potuerunt, hi tum inter pueros alijs præferuntur: tum uiri facti, si in illis studijs permanserint, quæ pueri meditati erant, aditum sibi ad summos honores patefecerunt. Quòd si quis ostenderit, disciplinam ullam apud eos in maiore

Inuersio, Lacedæmonios turpissima studia excogitasse.

σπουδαιοτέραν παρ' αὐτοῖς εἶναι νομιζομένην, ὁμολογῶ μηδὲν εἰρηκέναι, μηδὲ περὶ ἑνὸς πώποτε πράγματος. καίτοι τί τῶν τοιούτων ἔργων καλὸν ἐστὶν, ἢ σεμνὸν, ἀλλ' οὐκ αἰσχύνης ἄξιον; πῶς δ' οὐκ ἀνοήτους χρὴ νομίζειν τοὺς ἐπαινοῦντας, τοὺς τοσοῦτον τῶν νόμων τῶν κοινῶν ἐξεστηκότας, καὶ μηδὲν τῶν αὐτῶν μήτε τοῖς ἕλλησι, μήτε τοῖς βαρβάροις γιγνώσκοντας; οἱ μὲν γὰρ τοὺς κακουργοῦντας, καὶ κλέπτοντας, πονηροτέρους τῶν οἰκετῶν νομίζουσιν: ἐκεῖνοι δὲ τοὺς τοιούτων τῶν ἔργων πρωτεύοντας, βελτίστους εἶναι τῶν παίδων ὑπολαμβάνουσι, καὶ μάλιστα τιμῶσι. καίτοι τίς ἂν τῶν εὖ φρονούντων, οὐκ ἂν ἀποθανεῖν ἕλοιτο μᾶλλον, ἢ διὰ τοιούτων ἐπιτηδευμάτων γνωσθῆναι τὴν ἄσκησιν τῆς ἀρετῆς ποιούμενος; ταῦτ' ἀκούσας, θρασέως μὲν οὐδὲ πρὸς ἓν ἀντεῖπε τῶν εἰρημένων. οὐδ' αὖ παντάπασιν ἀπεσιώπησεν, ἀλλ' ἔλεγεν, ὅτι σὺ μὲν πεποίησαι τοὺς λόγους, ἐμὲ λέγων, ὡς ἂν ἅπαντ' ἀποδεχομένου μου τἀκείνων, καὶ καλῶς ἔχειν νομίζοντος. ἐμοὶ δὲ δοκεῖς ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων μὲν αὐτονομίας, καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν εἰκότως ἐπιτιμᾶν ἐκείνοις, ἐμοῦ δ' οὐ δικαίως κατηγορεῖν. ἐγὼ γὰρ ἐλυπήθην μὲν τὸν λόγον ἀναγινώσκων, ἐπὶ τοῖς περὶ λακεδαιμονίων εἰρημένοις, οὐ μὴν οὕτως, ὡς ἐπὶ τῷ μηδὲν ἀντειπεῖν ὑπὲρ αὐτῶν δύνασθαι τοῖς γεγραμμένοις, εἰθισμένος τὸν ἄλλον χρόνον αὐτοὺς ἐπαινεῖν. εἰς τοιαύτην δ' ἀπορίαν καταστὰς, εἶπον ὅπερ ἦν λοιπὸν, ὡς εἰ καὶ μηδὲν δι' ἄλλο, διά γ' ἐκεῖνο δικαίως ἂν αὐτοῖς ἅπαντες χάριν ἔχοιμεν, ὅτι τοῖς καλλίστοις τῶν ἐπιτηδευμάτων χρώμενοι τυγχάνουσιν. ταῦτα δ' εἶπον, οὐ πρὸς τὴν εὐσέβειαν, οὐδὲ πρὸς τὴν δικαιοσύνην, οὐδὲ πρὸς τὴν φρόνησιν ἀποβλέψας,

ἀπολογία τοῦ φιλολάκωνος κατὰ διαστολὴν καὶ ἀπάρνησιν.

precio aut honoratiorem esse, fatebor me nihil unquam ulla de re dixisse. Enimuerò quid nam istiusmodi facinorum uel pulchrum uel honestum est, ac non potius erubescendum? An non igitur amentes habendi sunt, qui eos laudant, qui à communibus legibus tam longè recesserunt, neque in ulla re uel cum Græcis uel cum Barbaris consentiunt? Alij enim, maleficijs & furtis deditos, seruis nequiores iudicant: illi autem istorum facinorum principes, inter pueros excellere, & maximè honorandos esse putant. Quis uerò sanæ mentis homo non emori malit, quam de se famam dißipari, quòd per huiusmodi studia uirtutis exercitationem meditetur? His ille auditis, nihil omnino quod dixeram, confidenter refutauit: nec tamen obticuit prorsus. Sed tua quidem (me innuens, inquit) oratio eò pertinet, quasi ego omnia illorum probem, & præclara esse putem. Ego uerò & puerorum licentiam, quæ apud illos est, & alia multa, iurè abs te culpari censeo: me autem accusari iniuria. Nam cum orationem legerem, cùm ea quæ de Lacedæmonijs dicta essent, ægrè ferebam: tum illud multo magis, quòd nullam pro eis afferre defensionem possem, quos hactenus laudare consueuissem. Hoc æstu animi cum iactarer, id afferebam, quod reliquum erat: scilicet, si non ob aliud, propter illud saltem habendam eis esse gratiam à nobis omnibus, quòd pulcherrimis institutis constanter uterentur. Eaq; uerba neque ad pietatem, neque ad iusticiam aut pruden-

Philolaconis defensio per distinctionẽ, & alterius partis inficiationem.

ψας, ἃ σὺ διῆλθες, ἀλλὰ πρὸς τὰ γυμνάσια τὰ ἐκεῖ καθεστῶτα, καὶ πρὸς τὴν ἄσκησιν τῆς ἀνδρείας, καὶ πρὸς τὴν ὁμόνοιαν, καὶ τὸ σύνολον, τὴν περὶ τὸν πόλεμον ἐπιμέλειαν: ἅπερ ἅπαντες ἂν εἴποιεν, καὶ μάλιστα ἂν αὐτοῖς ἐκείνους χρῆσθαι φήσειεν. ταῦτα δ' αὐτοῦ μοι διαλεχθέντος, ἀπεδεξάμην μὲν, οὐχ ὡς ἀπολυόμενόν τι τῶν κατηγορημένων, ἀλλ' ὡς ἀποκρυπτόμενον τὸ πικρότατον τῶν τότε ῥηθέντων, οὐκ ἀπαιδεύτως, ἀλλὰ νουνεχόντως, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀπολελογημένον σωφρονέστερον, ἢ τότε παρρησιασάμενον. οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεῖνο ἐάσας, περὶ αὐτῶν τούτων ἔφασκον κατηγορίαν ἔχειν πολὺ δεινοτέραν, ἢ περὶ τῆς τῶν παίδων κλοπίας. ἐκείνοις μὲν γὰρ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐλυμαίνοντο τοὺς αὐτῶν παῖδας: οἷς δ' ὀλίγῳ πρότερον σὺ διῆλθες, τοὺς Ἕλληνας ἀπώλεσαν. ῥᾴδιον δ', ὡς οὕτως εἶχε ταῦτα, συνιδεῖν. οἶμαι γὰρ ἅπαντας ὁμολογήσειν, κακίστους ἄνδρας εἶναι, καὶ μεγίστης ζημίας ἀξίους, ὅσοι τοῖς πράγμασι τοῖς εὑρημένοις ἐπ' ὠφελείᾳ, τούτοις ἐπὶ βλάβῃ χρώμενοι τυγχάνουσι, μήτε πρὸς τοὺς βαρβάρους, μηδὲ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, μηδὲ πρὸς τοὺς εἰς τὴν αὐτῶν χώραν εἰσβάλλοντας: ἀλλὰ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους, καὶ τῆς αὐτῆς συγγενείας μετέχοντας: ἅπερ ἐποίουν Σπαρτιᾶται). καίτοι πῶς ὅσιόν ἐστι τούτους φάσκειν, καλῶς χρῆσθαι τοῖς περὶ τὸν πόλεμον ἐπιτηδεύμασιν, οἵτινες οὓς προσῆκε σώζειν, τούτους ἀπολλύντες, ἅπαντα τὸν χρόνον διετέλεσαν; ἀλλὰ γὰρ οὐ σὺ μόνος ἀγνοεῖς τοὺς καλῶς χρωμένους τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι τῶν ἑλλήνων. * ἐπειδὰν γάρ τινας ἴδωσιν ἢ πύθωνται παρά τινων, ἐπιμελῶς διατρίβοντας περί τι τῶν δοκούντων εἶναι καλῶν ἐπιτηδευμάτων, ἐπαινοῦσι, καὶ

ἀνασκευὴ τῆς ἀπολογίας, ἐκ τοῦ τέλους τῶν λακωνικῶν γυμνασίων.

* ὅτι τὰς διατριβὰς οὐ παρὰ τὰς φύσεις, ἀλλὰ παρὰ τὰς χρήσεις δοκιμαστέον.

tiam, quæ tu percensuisti, referebam: sed ad gymnasia ibi recepta, ad exercitationem fortitudinis, ad concordiam, ad studium denique rei militaris singulare: quæ omnes & præclara & illis usitatissima esse fateantur. Quæ cum mihi respondisset, acquieui: non quòd ullum accusationis caput diluisset, sed quòd id quod acerbissimè dictum fuerat, occultaret, non inerudite, sed sapienter: & cætera modestius defendisset, quàm dudum iactarat. Veruntamen ut illud omitterem, me habere dicebam, cur illa ipsa longè grauius quàm puerorum furacitatem accusarem. Siquidem, inquam, illis studijs suos liberos corruperunt: illis uerò quæ tu modò commemorasti, Græcos perdiderunt: quod ita esse, facilè perspicitur. Existimo enim, confessione omnium, pessimos uiros esse, grauissimaq; pœna dignos, qui res ad hominum salutem inuentas, ad aliorum perniciem conuertunt, & ijs neque contra Barbaros, neque contra delinquentes, neque contra eos qui in agros ipsorum impetum faciunt, sed contra coniunctissimos & cognatos suos abutuntur. id quod Spartiatæ fecerunt. Nam qui dici fas est, illos re militari rectè uti, qui, quos conseruatos oportuit, eos perdere non destiterunt? Neque uerò tu solus ignoras, qui rebus bene utantur: sed Græcorum pars ferè maxima. Nam si quos uiderint, aut ex aliquibus audierint, studiosè uersari in ijs studijs quæ pulchra habentur, laudant illos,

Refutatio defensionis à fine exercitationum Laconicarum.

Res non ex natura sua, sed ex usu hominum æstimandæ.

καὶ πολλοὺς λόγους ποιοῦνται περὶ αὐτῶν, οὐκ εἰδότες τὸ συμβησόμενον. χρὴ δὲ τοὺς ὀρθῶς δοκιμάζειν πειρωμένους, καὶ περὶ τῶν τοιούτων ἐν ἀρχῇ μὲν ἡσυχίαν ἄ-
,, γειν, καὶ μηδεμίαν δόξαν ἔχειν περὶ αὐτῶν. ἐπειδὰν δ' εἰς
,, τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἔλθωσιν, ἐν ᾧ καὶ λέγοντας καὶ πράτ-
,, τοντας αὐτοὺς ὄψονται, καὶ περὶ τῶν ἰδίων, καὶ περὶ τῶν
,, κοινῶν, τότε θεωρεῖν ἀκριβῶς ἕκαστον αὐτῶν, καὶ τοὺς μὲν
,, νομίμως καὶ καλῶς χρωμένους οἷς ἂν ἐμελέτησαν, ἐπαι-
,, νεῖν καὶ τιμᾶν· τοὺς δὲ πλημμελοῦντας, καὶ κακουργοῦντας
,, ψέγειν καὶ μισεῖν, καὶ φυλάττεσθαι τὸν τρόπον αὐτῶν, ἐν-
,, θυμουμένους, ὡς οὐχ αἱ φύσεις τῶν πραγμάτων οὔτ' ὠφε-
,, λοῦσιν, οὔτε βλάπτουσιν ἡμᾶς; ἀλλ' αἱ τῶν ἀνθρώπων
,, χρήσεις καὶ πράξεις ἁπάντων ἡμῖν αἴτιαι τῶν συμβαινόν-
,, των εἰσίν. γνοίη δ' ἄν τις ἐκεῖθεν. τὰ γὰρ αὐτὰ παντα-
,, χῇ, καὶ μηδαμῇ διαφέροντα, τοῖς μὲν ὠφέλιμα, τοῖς
,, δὲ βλαβερὰ γίνεται. καί τι οὐ τὸ τὴν μὲν φύσιν ἔχειν ἑ-
,, κάστου τῶν ὄντων ἐναντίαν αὐτῇ, καὶ μὴ τὴν αὐτήν· οὐκ εὔ-
,, λογόν ἐστι. τὸ δὲ μηδὲν τῶν αὐτῶν συμβαίνειν τοῖς ὀρθῶς καὶ
,, δικαίως πράττουσιν, καὶ τοῖς ἀσελγῶς καὶ κακῶς, παρὰ
,, τῶν ὀρθῶς λογιζομένων, οὐκ ἀπεικότως ταῦτα γίγνε-
,, σθαι δόξειεν. ὁ δ' αὐτὸς οὗτος λόγος, καὶ περὶ τὰς ὁμο-
νοίας ἂν ἁρμόσειε. καὶ γὰρ ἐκεῖναι τὴν φύσιν οὐκ ἀνόμοιαι τοῖς εἰρημένοις: ἀλλὰ τὰς μὲν αὐτῶν εὕροιμεν ἂν πλείστων ἀγαθῶν αἰτίας γιγνομένας, τὰς δὲ τῶν μεγίστων κακῶν καὶ συμφορῶν: ὧν μίαν εἶναί φημι καὶ τὴν Σπαρτιατῶν. εἰρήσεται γὰρ τἀληθές, εἰ καί τισι δόξω λίαν παράδοξα λέγειν. οὗτοι γὰρ ἀφορμῇ τῷ ταὐτὰ γιγνώσκειν, εἰδότες περὶ τῶν ἔξω διαφερομένων, ἀλλήλοις στασιάζειν τοὺς ἄλλους: ὥσπερ τέχνην ἔχοντες τὸ ἁρπάζειν, οὕτως ἐποίουν, καὶ τὸ χαλεπώτατον

πάν

& multa uerba de eis faciunt, cum ignorent quid euenturum sit. Decet autem ueros etiam istorũ æstimatores initiò tranquillos esse, ac nullam de eis habere opinionem. Postquam uerò ad id tempus uenerint, quo eos & dicentes & agentes uideant, siue priuatis siue publicis de rebus: tum demũ singulos acutè contemplari, atq; eos qui iustè & honestè illis utuntur quæ meditati sunt, laudare & honorare: delinquentes autem & improbos reprehendere & odisse: & cauere sibi ab eorum moribus: qui eam esse naturam rerum sciant, ut nobis per se neq; prosint, neq; obsint, sed usum hominũ & actiones causam nobis esse omniũ euentuũ. Idq; inde perspicitur, quòd ubiq; terrarũ eædẽ res, planeq; nihil differentes, alijs prosunt, alijs obsunt. Vt aũt cũ ratione haud cõsentit, singulas res naturã sibi ipsis contrariã, nec eandẽ habere: sic prorsus diuersa usuuenire his qui rectè & iustè agunt, & ijs qui libidinose uiuunt ac turpiter: quis homo prudens absurdũ esse existimauerit? Quod ipsum de concordia quoq; dici potest. Nã huius etiã non est aliud, quàm cæterarũ rerum ingenium. Quandã enim concordiã plurima bona peperisse reperiemus, quandã ingẽtib. malis et calamitatibus præbuisse occasionẽ: cuiusmodi & Spartanorum istam esse dico. Non enim dißimulabo ueritatem, tametsi aliquibus supra modum absurda & incredibilia dicere uidebor. Hi enim suo cõsensu freti, quũ ex aduenis cognouissent, cæteros Græcos inter sese dißidere: ita se gesserunt, ut rapiendi studium, ipsorũ artificium esse uideretur: et, quod alijs

ταῖς ἄλλαις πόλεσι τῶν κακῶν γιγνόμενον· τοῦτ' αὐτοῖς
συμφορώτατον ἁπάντων ἐνόμιζον εἶναι. τίς οὖν οὕτω
διακειμένας, ἐξὸν αὐτοῖς ὅπως βούλοιντο διοικεῖν, ὡς
οὐδεὶς ἂν αὐτῶν διά γε τὴν ὁμόνοιαν δικαίως ἂν ἐ-
παινέσειεν, οὐδὲν μᾶλλον ἢ τοὺς καταποντιστὰς, καὶ τοὺς
περὶ τὰς ἄλλας ἀδικίας ὄντας. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι σφίσιν
αὐτοῖς ὁμονοοῦντες, τοὺς ἄλλους ἀπολλύουσιν. εἰ δέ τισι
δοκῶ τὴν παραβολὴν ἀπρεπῆ πεποιῆσθαι πρὸς τὴν
ἐκείνων δόξαν, ταύτην μὲν ἐῶ· λέγω δὲ, τριβαλ-
λοὺς, οὓς πάντες φασὶν ὁμονοεῖν μὲν ὡς οὐδένας ἄλ-
λους ἀνθρώπους, ἀπολλύναι δ' οὐ μόνον τοὺς ὁμόρους,
καὶ τοὺς πλησίον οἰκοῦντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ὅ-
» σων ἂν ἐφικέσθαι δυνηθῶσιν· οὓς οὐ χρὴ μιμεῖσθαι
» τοὺς ἀρετῆς ἀντιποιουμένους, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τῆς
» σοφίας, καὶ τῆς δικαιοσύνης, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν
» τὴν δύναμιν. αὗται μὲν γὰρ οὐ τὰς σφετέρας αὐτῶν
» φύσεις εὐεργετοῦσιν· ἀλλ' οἷς ἂν παραγιγνόμεναι παρα-
» μείνωσιν, εὐδαίμονας καὶ μακαρίους ποιοῦσι. λακε-
» δαιμόνιοι δὲ τοὐναντίον, οἷς μὲν ἂν πλησιάσωσιν, ἀπολ-
» λύουσι, τὰ δὲ τῶν ἄλλων ἀγαθὰ πάντα περὶ σφᾶς
αὐτοὺς ποιοῦνται. τοῦτ' εἰπὼν, κατέσχον πρὸς ὃν τοὺς
λόγους ἐποιούμην, ἄνδρα δεινὸν, καὶ πολλῶν ἔμπειρον,
καὶ περὶ τὸ λέγειν γεγυμνασμένον οὐδενὸς ἧττον τῶν ἐμοὶ
πεπλησιακότων. οὐ μὴν τὰ μειράκια τὰ πᾶσι τούτοις
παραγεγενημένα, τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχον· ἀλλ'
ἐμὲ μὲν ἐπῄνεσαν, ὡς διειλεγμένον τε νεαρώτερον ἢ
προσεδόκησαν, ἠγωνισμένον τε καλῶς· ἐκείνου δὲ κα-
τεφρόνησαν, οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκοντες, ἀλλὰ διημαρ-
τηκότες ἀμφοτέρων ἡμῶν. ὁ μὲν γὰρ ἀπῄει φρονιμώ-
τερος γεγενημένος, καὶ συνεσταλμένην ἔχων τὴν
διά-

Ἀνάγνωσις τῆς μετὰ τὸν διάλογον, καὶ βουλὴ περὶ τῆς τοῦ λόγου ἐκδόσεως.

ciuitatibus omnium malorum grauißimum est, id omnium utilißimum sibi esse crediderunt. Quæ ciuitates igitur factionibus distractæ erant, eas ipsi arbitratu suo tractare poterant. Quare nemo eos propter concordiam iurè laudauerit, nihilo magis quàm piratas, aut eos qui maleficio et scelere pascũtur. Nam hi quoq; inter se consentientes, alios interficiunt. Si quibus aũt hæc collatio indecora uidetur, neq; illorum existimationi esse consentanea: hac omissa, de Triballis dico, quos omnes aiunt cõcordiores esse quàm ullos alios homines: sed non finitimos tantùm, & in uicinia sua habitantes perdere, sed eos omnes ad quos penetrare possunt. Neq; uerò decet, ut uirtutis studium professi, illos imitentur: sed uim potius ac naturam sapientiæ & iusticiæ, cæterarumq; uirtutum. Hæ enim non sibimetipsis benefaciunt, sed quorum animis constanter insederint, eos felices reddunt, & beatos. Lacedæmonij cõtrà, quoscunq; accesserint, perdunt, aliorumq; bona omnia ad se pertrahunt. His dictis, eum cum quo colloquebar, repreßi, uirum acrem, & multarum rerum peritum, & in arte oratoria non minus exercitatum quàm quemuis meorum discipulorum. Cæterùm adolescentuli, qui his omnibus interfuerant, non idem senserunt quod ego. Nam me quidem laudarunt, ut qui iuuenilius expectatione ipsorum disseruissem, & in eo certamine me præclarè gesßissem: illũ autem contempserunt, non uero iudicio, sed errore de utroq; nostrûm. Nã ille quidẽ discedebat prudẽtior factus, & animo ita cõtracto

Expositio eorũ, quæ disputationem consecuta sunt: & de oratione edenda deliberatio.

mode-

διάνοιαν, ὥσπερ χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας, καὶ πεπον-
θὼς τὸ γεγραμμένον ἐν Δελφοῖς, ἑαυτόν τ' ἐγνωκὼς,
καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων φύσιν μᾶλλον, ἢ πρότε-
ρον. ἐγὼ δ' ὑπελειπόμην, ἐπιτυχῶς μὲν ἴσως διει-
λεγμένος, ἀνοητότερος δὲ δι' αὐτὸ τοῦτο γεγενημένος,
καὶ φρονῶν μεῖζον ἢ προσήκει τοὺς τηλικούτους, καὶ ταρα-
χῆς μειρακιώδους μεστὸς ὤν. δῆλος δ' ἦν οὕτω δια-
κείμενος. ἐπειδὴ γὰρ ἡσυχίας ἐπελαβόμην, οὐ πρότε-
ρον ἐπαυσάμην, πρὶν ὑπέβαλον τῷ παιδὶ τὸν λό-
γον, ὃν ὀλίγῳ μὲν πρότερον μεθ' ἡδονῆς διῆλθον, μι-
κρῷ δ' ὕστερον ἔμελλέ με λυπήσειν. τριῶν γὰρ ἢ τεττάρων
ἡμερῶν διαλειπουσῶν, ἀναγινώσκων αὐτὰ καὶ διεξιὼν,
ἐπὶ μὲν οἷς περὶ τῆς πόλεως ἦν εἰρηκὼς, οὐκ ἠχθόμην,
καλῶς γὰρ καὶ δικαίως ἦν ἅπαντα περὶ ταύτης γεγρα-
φὼς, ἐπὶ δὲ τοῖς περὶ Λακεδαιμονίων ἐλυπήθην, καὶ
βαρέως ἔφερον. οὐ γὰρ μετρίως ἐδόκουν μοι διειλέχθαι
περὶ αὐτῶν, οὐδ' ὁμοίως τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ὀλιγώρως, καὶ
» λίαν πικρῶς, καὶ παντάπασιν ἀνοήτως. ὥστε πολλά-
» κις ἐξορμήσας ἐξαλείφειν αὐτὸν ἢ κατακάειν, μετε-
» γίνωσκον, ἐλεῶν τὸ γῆρας τὸ ἐμαυτοῦ, καὶ τὸν πόνον
» τὸν περὶ τὸν λόγον γεγενημένον. ἐν τοιαύτῃ δέ μοι τα-
ραχῇ καθεστῶτι, καὶ μεταμελείας ποιουμένῳ πολ-
λὰς, ἔδοξέ μοι κράτιστον εἶναι παρακαλέσαντι τῶν
πεπλησιακότων τοὺς ἐπιδημοῦντας, βουλεύσασθαι
μετ' αὐτῶν, πότερον ἀφανιστέος παντάπασιν ἐστὶ,
ἢ διαδοτέος τοῖς βουλομένοις μεταλαμβάνειν; ὁπότε-
ρως δ' ἂν ἐκείνοις δόξῃ, ταῦτα ποιεῖν. τούτων δὲ
γνωσθέντων, οὐδεμίαν διατριβὴν ἐποιησάμην,
ἀλλ' εὐθὺς παρακέκληντο μὲν οὓς εἶπον. προειρη-
κὼς δ' ἦν αὐτοῖς, ἐφ' ἃ συνεληλυθότες ἦσαν, ἀνέγνωσ-

δ' ὁ

modestoq́; ut sapientes decet: &, quod Delphis scriptum est, & seipsum & Lacedæmoniorum ingeniũ magis quàm prius cognouerat. Ego uerò, ut fortasse nõ inuita Minerua disputaram, sic ob hoc ipsum amentior factus eram, & animosior quàm nostram ætatem decet, & plenus perturbatione ac tumultu iuuenili. Ac me sic affectum esse, satis apparebat. Nam cùm animo sua tranquillitas restituta nonnihil esset: nõ prius conquieui, quàm eum sermonem, quem modò cum uoluptate habueram, paulo pòst molestũ futurũ, puero dictassem. Quũ uerò triduũ aut quatriduũ intercessisset, relegẽs eadẽ, & ordine cõsiderans: ea quæ de nostra urbe dixerã, nõ culpabam (nã omnia rectè præclareq́; de ea scripseram) cum uerò ad Lacedæmoniorum res uenissem, indolui, ac grauiter tuli. Nec enim moderatè de eis disseruisse uidebar, nec ita ut de alijs: sed temerè & negligenter, nimisq́; acerbè, ac prorsus inconsideratè. Quare sæpe incitatus cupiditate uel delendi, uel cõburendi eam orationis partem: mutabam consiliũ, misertus senectutis meæ, & laboris, quem illi conficiendæ impenderam. Dum uerò his curis æstuarem, ac me subinde consiliorum pœniteret: consultissimũ esse duxi, ut meorum auditorum ijs qui domi essent, accersitis, cum eis deliberarem, utrum hæc oratio prorsus delenda esset, an uerò edenda, ut à uolentibus legeretur? ac omnino decreueram, utrum illis uisum esset, id agere. His decretis, nulla mora interposita, mox & conuocati erant, quos dixeram: & denunciatũ, qua de causa conuenissent: & lecta

oratio,

δ' ὁ λόγος, ἐπῃνημένος δ' ἦν, καὶ τεθορυβημένος
καὶ τετυχηκὼς ἦν ὧνπερ οἱ κατορθοῦντες ἐν ταῖς ἐπι-
δείξεσιν. ἁπάντων δὲ τούτων ἐπιτετελεσμένων, οἱ μὲν
ἄλλοι διελέγοντο πρὸς σφᾶς αὐτοὺς, δηλονότι περὶ τῶν
ἀναγνωσθέντων. ὃν δ' ἐξ ἀρχῆς μετεπεμψάμεθα
σύμβουλον, τὸν τῶν λακεδαιμονίων ἐπαινέτην, πρὸς
ὃν πλείω διελέχθην τοῦ δέοντος, σιωπὴν ποιησά-
μενος καὶ προσεμβλέψας, ἀπορεῖν ἔφασκεν, ὅ, τι
χρήσηται τοῖς παροῦσιν. οὔτε γὰρ ἀπιστεῖν βούλεσθαι τοῖς
ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὔτε πιστεύειν δύνασθαι παν-
τάπασιν αὐτοῖς. θαυμάζω γὰρ εἰ οὕτως ἐλυπήθης, καὶ
βαρέως ἔχες, ὥσπερ φὴς ἐπὶ τοῖς περὶ λακεδαιμο-
νίων εἰρημένοις. οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς ὁρῶ τοιοῦτο γεγραμ-
μένον. εἶτα συμβούλοις περὶ τοῦ λόγου χρήσασθαι βου-
λόμενος, ἡμᾶς συνήγαγες, οὓς οἶσθα ἀκριβῶς ἅπαν
ὅ, τι ἂν σὺ λέγῃς ἢ πράττῃς, ἐπαινοῦντας. εἰθισμένοι
δ' εἰσὶν οἱ νοῦν ἔχοντες, ἀνακοινοῦσθαι, περὶ ὧν ἂν σπου-
δάσωσι, μάλιστα μὲν τοῖς ἄμεινον αὐτῶν φρονοῦσιν· εἰ
„ δὲ μὴ, τοῖς μέλλουσιν ἀποφαίνεσθαι τὴν αὐτῶν γνώμην,
„ ὧν τἀναντία σὺ πεποίηκας. τούτων μὲν οὖν οὐδ' ἕτερον
ἀποδέχομαι τῶν λόγων. δοκεῖς δέ μοι ποιήσασθαι
τήν τε παράκλησιν τὴν ἡμετέραν, καὶ τὸν ἔπαινον τὸν
τῆς πόλεως οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' ὡς διείλεξαι πρὸς ἡμᾶς,
ἀλλ' ἡμῶν μὲν πεῖραν λαβεῖν βουλόμενος εἰ φιλοσο-
φοῦμεν, καὶ μεμνήμεθα τῶν ἐν ταῖς διατριβαῖς λεγομέ-
νων, καὶ συνιδεῖν δυνηθείημεν ἂν, ὃν τρόπον ὁ λόγος τυγ-
χάνει γεγραμμένος. τὴν δὲ πόλιν ἐπαινεῖν προελέσθαι
τὴν σεαυτοῦ, σωφρονῶν· ἵνα τῷ τε πλήθει τῶν πολιτῶν χαρί-
σῃ, καὶ παρὰ τοῖς εὐνοϊκῶς πρὸς ὑμᾶς διακειμένοις εὐδο-
κιμήσῃς. ταῦτα δὴ γνοὺς, ὑπέλαβες, ὡς εἰ μὲν περὶ μό-
νης

ὁ φιλολάκων τὸ εὔτεχνον τοῦ λόγου διασαφήσας, τούς τε λάκωνας ἐγκωμιάσας, ἐκλεῦσαι τὸν λόγον συμβουλεῦσαι.

ὁ τρόπος τοῦ τῶν ἀθηναίων ἐγκωμίου.

oratio, atque laudata, & cum plausu excepta, & ea consecuta omnia, quæ successum declamationum sequuntur. His omnibus peractis, alij inter se disputabant, de ijs nimirum quæ lecta erant: sed is quem initiò in consilium adhibueram, laudatorem illum Lacedæmoniorum dico, cum quo plura quàm decuit disserui, silentio facto, defixis in me oculis: Equidé, inquit, dubito, quid in præsentia mihi sit faciendum. Nec enim negare uolo, quæ dixisti: nec omnino possum credere. Miror enim, siue ita doluisti, ac tam grauiter tulisti, ut dicis, dicta illa de Lacedæmonijs (nihil enim tale in ijs scriptum esse uideo) siue consultoribus de oratione ista uti cum uelles, nos conuocasti, quos satis nosti, quicquid tu dixeris aut feceris, collaudare. Cum autem prudentiores omnes, ea in quæ magno studio incumbunt, communicare soleant aut cum sapientioribus, aut certè cum ijs qui sententiam suam pronunciaturi sunt: tu fecisti contrarium. Ac neutram quidem harum rationum ego probo: sed & nos callidè conuocasse, & laudationem ciuitatis fecisse uideris non simpliciter, neque ita ut nobiscum collocutus es: sed periclitari nos uoluisse, an seriò in studia incumbamus, & ea meminerimus quæ inter docendum dici solent: ac perspicere queamus, qua ratione scripta sit oratio. Tuam uerò urbem laudare instituisse, prudenti consilio: ut & multitudini ciuium gratificareris, & laudem apud eos inuenires, qui uos beneuolentia prosequuntur. In isto igitur proposito, cogitasti, si de ea sola

Philolacon artificiú orationis explicat, laudes Laconú recenset, ad editionem adhortatur.

Ratio laudationis Atheniensiú.

νης αὐτῆς ποιήσῃ τοὺς λόγους, καὶ τὰ μυθώδη περὶ αὐτῆς ἐρεῖς, ἃ πάντες θρυλοῦσιν· ὅμοια φανεῖται τὰ λεγόμενα τοῖς ὑπὸ τῶν ἄλλων γεγραμμένοις· ἐφ' ᾧ σὺ μάλιστ' ἂν αἰσχυνθείης καὶ λυπηθείης. Ἐὰν δ' ἐάσας ἐκεῖνα, λέγῃς τὰς πράξεις τὰς ὁμολογουμένας, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίας τοῖς ἕλλησι γεγενημένας, καὶ παραβάλῃς πρὸς τὰς λακεδαιμονίων, καὶ τὰς μὲν τῶν προγόνων ἐπαινῇς, τῶν δ' ἐκείνοις πεπραγμένων κατηγορῇς· ὅ,τε λόγος ἐνεργέστερος εἶναι δόξει τοῖς ἀκούουσι, καὶ σὺ μενεῖς ἐν τοῖς αὐτοῖς· ὃ μᾶλλον ἄν τινες θαυμάσειαν τῶν ἐν τοῖς ἄλλοις γεγραμμένων. ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν μοι δοκεῖς οὕτω τάξαι, καὶ βουλεύσασθαι περὶ αὐτῶν· εἰδὼς δὲ σαυτὸν ἐπῃνεκότα τὴν σπαρτιατῶν πόλιν, ὡς οὐδεὶς ἄλλος, φοβεῖσθαι τοὺς ἀκηκοότας, μὴ δόξῃς ὅμοιος εἶναι τοῖς λέγουσιν ὅ,τι ἂν τύχωσι, καὶ τούτους νῦν ψέγειν, οὓς πρότερον ἐπῄνεις μᾶλλον τῶν ἄλλων· ταῦτ' ἐνθυμηθείς, σκέψασθαι ποίους τινὰς ἂν ἑκατέρους φήσας, ἀληθῆ τε λέγειν δόξειας ἂν περὶ ἀμφοτέρων, ἔχοις τ' ἂν τοὺς μὲν σοὺς προγόνους ἐπαινεῖν, ὥσπερ βούλει, σπαρτιατῶν δὲ δοκεῖν μὲν κατηγορεῖν τοῖς ἀηδῶς πρὸς αὐτοὺς διακειμένοις, μηδὲν δὲ ποιεῖν τοιοῦτον, ἀλλὰ λανθάνειν ἐπαινῶν αὐτούς. ζητῶν δὲ τὰ τοιαῦτα, ῥαδίως εὑρεῖν λόγους ἀμφιβόλους, καὶ μηδὲν μᾶλλον μετὰ τῶν ἐπαινούντων ἢ ψεγόντων ὄντας, ἀλλ' ἐπαμφοτερίζειν δυναμένους, καὶ πολλὰς ἀμφισβητήσεις ἔχοντας· οἷς

λόγοι ἐπαμφοτερίζοντες ἐν τῷ ψέγειν τοὺς σπαρτιάτας προσμαθέντες, τοῦ πρέποντος ἅμα διαφυλαττομένου.

,, χρῆσθαι, περὶ μὲν συμβολαίων καὶ πλεονεξίας ἀγωνιζό-

,, μενον, αἰσχρὸν, καὶ πονηρίας οὐ μικρὸν σημεῖον. περὶ δὲ φύσεως ἀνθρώπων διαλεγόμενος, καὶ πραγμάτων καλῶν, καὶ φιλοσόφων, οἷόσπερ ὁ λόγος ὁ διαναγνωσθείς ἐστιν. ἐν ᾧ σὺ πεποίηκας τοὺς μὲν

σοὺς

la uerba faceres, & fabulosa illa diceres, quæ omnibus in ore sunt: quicquid diceretur, simile uisum iri ijs quæ ab alijs scripta essent: id quod tu tibi turpißimum & molestißimum esse duceres. Sin, his omißis, ea facta recitares, quæ confeßione omnium uera sunt, & Græcis plurimùm profuerunt, & cum rebus gestis Lacedæmoniorũ conferres, & maiorũ uestrorũ laudes cum illorũ uituperatione coniungeres: tùm orationẽ excitatiorem uisum iri audientibus, tum in ijsdẽ te mansurũ: quod maiori quibusdam admirationi futurum esset, quàm ea quæ in alijs scripta essent. Initio igitur uideris ita disposuisse, & deliberasse de reb. Cum aũt scires, te Spartanorũ urbẽ ita laudasse, ut nemo alius fecit: metuisse, ne auditores ijs te similẽ esse ducerẽt, qui quicquid in buccam uenerit effutiũt: ac eos uituperare, quos prius ultra cæteros laudib. extulisses. Hæc cogitans, cõsiderasti, quídnam de utrisq; dicendum esset, ut & uera diceres de ambobus, & tuos maiores laudare arbitratu tuo posses: & Spartanos ijs quib. inuisi sunt, accusare uidereris: quod minimè faceres, sed clàm et obscurè cõmẽdares. Talia dũ inquireres, facilè repisti ambigua dicta, quæ nihilo plus cũ laudãtibus, quàm cũ uituperãtib. facerẽt: sed in utrãq; partẽ flecti, ac multas admittere disceptationes possent. qualib. uti, si de cõtractib. & emolumẽtis in foro litiges, turpe sit, et magnũ signũ improbitatis. Cũ aũt de natura hominũ, rebusq; præclaris, et ab eruditione nõ alienis disseritur: præstãtis ingenij argumẽtũ. Cuius generis est ista, quã audiuimꝰ, oratio: qua

Ambigua uerba in Laconũ uituperatione captata, & decorũ personarũ obseruatum.

σοὺς προγόνους εἰρηνικούς, καὶ φιλέλληνας, καὶ τῆς ἰσότητος τῆς ἐν ταῖς πολιτείαις ἡγεμόνας· Σπαρτιάτας δ' ὑπεροπτικούς, καὶ πολεμικούς, καὶ πλεονεκτικούς, οἵουσπερ αὐτοὺς πάντες ὑπειλήφασιν εἶναι. τοιαύτην δ' ἐχόντων ἑκατέρων τὴν φύσιν, τοὺς μὲν ὑπὸ πάντων ἐπαινεῖσθαι, καὶ δοκεῖν εὔνους εἶναι τῷ πλήθει· τοῖς δὲ τοὺς μὲν πολλοὺς φθονεῖν, καὶ δυσμενῶς ἔχειν. ἔστι δ' οὓς καὶ ἐπαινεῖν αὐτούς, καὶ θαυμάζειν, καὶ τολμᾶν λέγειν, ὡς ἀγαθὰ μείζω τυγχάνουσιν ἔχοντες, τῶν τοῖς προγόνοις τοῖς σοῖς προσόντων. τήν τε γὰρ ὑπεροψίαν σεμνότητος μετέχειν, οὐκ ἀδοκίμου πράγματος, καὶ δοκεῖν ἅπασι μεγαλοπρεπεστέρους εἶναι τοὺς τοιούτους, ἢ τοὺς τῆς ἰσότητος προεστῶτας· τούς τε πολεμικοὺς πολὺ διαφέρειν τῶν εἰρηνικῶν. τοὺς μὲν γὰρ οὔτε κτητικοὺς εἶναι τῶν οὐκ ὄντων, οὔτε φύλακας δεινοὺς τῶν ὑπαρχόντων. τοὺς δ' ἀμφότερα δύνασθαι, καὶ λαμβάνειν ὧν ἂν ἐπιθυμῶσι, καὶ σώζειν, ἅπερ ἂν ἅπαξ κατάσχωσιν, ἃ ποιοῦσιν οἱ τέλειοι δοκοῦντες εἶναι τῶν ἀνδρῶν. ἀλλὰ μὴν περὶ τῆς πλεονεξίας, καλλίους ἔχειν οἴονται λόγους τῶν εἰρημένων. τοὺς μὲν γὰρ ἀποστεροῦντας τὰ συμβόλαια, καὶ παρακρουομένους, καὶ παραλογιζομένους,* οὐχ ἡγοῦνται δικαίους, ἀλλὰ πλεονεκτικούς. διὰ γὰρ τὸ πονηρὰν ἔχειν τὴν δόξαν, ἐν ἅπασιν αὐτοὺς ἐλαττοῦσθαι τοῖς πράγμασι. τὰς δὲ Σπαρτιατῶν πλεονεξίας, καὶ τὰς τῶν βασιλέων, καὶ τὰς τῶν τυράννων, ἐκτὰς μὲν εἶναι, καὶ πάντας αὐτῶν ἐπιθυμεῖν· οὐ μὴν λοιδορεῖσθαι, καὶ καταρᾶσθαι τοῖς τὰς τηλικαύτας ἔχουσι δυναστείας. οὐδένα δὲ τὴν φύσιν εἶναι, ὅστις οὐκ ἂν εὔξαιτο τοῖς θεοῖς, μάλιστα μὲν αὐτὸς τυγχάνειν τῆς ἐξουσίας ταύτης· εἰ δὲ μή, τῶν οἰκειοτάτους. ὃ καὶ φανερόν ἐστιν, ὅτι μέγιστον τῶν ἀγαθῶν

ἁπάν-

tuos maiores pacis fecisti studiosos, et Græcorũ amãtes, & æqualitatis in reb. publicis duces: Spartanos uerò superbos & bellicosos, et primas ubiq; sibi uẽdicãtes: cuiusmodi omnes eos esse existimãt. Talib. igitur ingenijs cùm utriq; sint, alteros ab omnibus laudari, & uideri bene uelle multitudini: alteris multos inuidere, et infensos esse: nec deesse tamẽ qui eos laudent, & mirẽtur, ac dicere ausint, maioribus bonis eos esse præditos, quàm sint ea quæ maiorib. tuis insunt. Nã & superbiã à maiestate, laudata re, non abhorrere: & qui tales sint, omnib. magnificẽtiores uideri, quàm q æqualitatẽ introducãt: & homines bellicosos lõgè præstare pacis studiosis, q neq; parare possint quæ nõ habeãt, nec ea quæ habeant fortiter tueri. Illos aũt utrũq; posse, tum cape quæ desiderẽt, tũ seruare quæ semet occuparint: quæ perfectorũ uirorũ officia esse uideantur. Verùm de præcellẽdi studio pulchriora etiã dicere se posse cẽsent, quàm quæ nunc dicta sunt. Nã qui contractarũ rerũ fidẽ frangãt, & alios circũueniant, & falsis ratiũculis deludãt: eos neq; iustos, neq; præcellẽtes esse putãt, sed & auaros & improbos: Quòd enim malè de ipsis existimetur: et contẽni eos, et omnib. in reb. esse deteriore cõditione. Spartanorũ aũt præcellẽdi studiũ, et regũ & tyrannorũ, cùm optabile esse, atq; ab omnib. expeti: tũ neminẽ incessere cõuicijs, aut execrari eos quorum tãtæ sint facultates atq; opes: neq; inueniri tã abiecto ingenio quẽquã, quin optet, talem à dijs potestatem tribui sibi ipsi in primis, aut saltem sibi coniunctissimis. Vnde perspicuum est, summũ bonũ

ἅπαντες εἶναι νομίζομεν πλέον ἔχειν τῶν ἄλλων. τὴν
μὲν οὖν περιβολὴν τοῦ λόγου δοκεῖς μοι ποιήσασθαι με-
τὰ τοιαύτης διανοίας. εἰ μὲν οὖν ἡγούμην ἀφέξεσθαί

σύστασις τοῦ λόγου.

σε τῶν εἰρημένων, καὶ παραλείψειν ἀνεπιτίμητον τὸν λόγον
τοῦτον: οὐδ' ἂν αὐτὸς ἔτι λέγειν ἐπεχείρουν. νῦν δ' ὅτι μὲν
οὐκ ἀπεφηνάμην περὶ ὧν παρεκλήθην σύμβουλος,
οὐδέν οἶμαί σοι μελήσει. οὐδὲ γὰρ ὅτε συνήγαγες ἡμᾶς,
,, ἐδόκεις μοι σπουδάζειν περὶ αὐτῶν. ὅτι δὲ προελόμενος
,, συνθεῖναι λόγον μηδὲν ὅμοιον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ τοῖς
,, μὲν ῥᾳθύμως ἀναγινώσκουσιν, ἁπλοῦν εἶναι δόξαν-
,, τα, καὶ ῥᾴδιον καταμαθεῖν, τοῖς δ' ἀκριβῶς διεξιοῦσιν
,, αὐτὸν, καὶ πειρωμένοις κατιδεῖν ὃ τοὺς ἄλλους λέληθεν,
,, χαλεπὸν φαινόμενον καὶ δυσκαταμάθητον, καὶ πολλῆς
,, μὲν ἱστορίας γέμοντα, καὶ φιλοσοφίας, παντοδαπῆς δὲ
,, μεστὸν ποικιλίας καὶ ψευδολογίας, οὐ τῆς εἰθισμένης
,, μετὰ κακίας βλάπτειν τοὺς συμπολιτευομένους, ἀλλὰ τῆς
δυναμένης μετὰ παιδιᾶς ὠφελεῖν ἢ τέρπειν τοὺς ἀκούον-
τας: ὧν οὐδὲν ἐξεπίσαντά με, φήσεις τοῦτον τὸν τρόπον ἔ-
χειν, ὡς ἐβουλόμην σὺ περὶ αὐτῶν: ἀλλὰ τήν τε δύνα-
μιν τῶν λεγομένων διδάσκοντα, καὶ τὴν σὴν διάνοιαν
ἐξηγούμενον, οὐκ αἰσθάνεσθαι τοῦτο τὸν λόγον ἐνδοξό-
τερον δι' ἐμὲ γιγνόμενον, ὅσῳ περ αὐτὸν φανερώτερον ἐ-
ποίουν, καὶ γνωριμώτατον τοῖς ἀναγινώσκουσιν. ἐπιστήμην
γὰρ τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἐργαζόμενον, ἔρημον τὸν λόγον ἐμὲ
μὴ ποιεῖν, καὶ τῆς τιμῆς ἀποστερεῖν τῆς γιγνομένης * αὐ-
τῶν τοὺς πονοῦντας, καὶ πράγματα σφίσιν αὐτοῖς

ἐπιεικῶς ἀποφαίνεται τὴν ἑαυτῶν γνώμην.

παρέχοντας. ἐγὼ δ' ὁμολογῶ μὲν ἀπολελεῖφθαι
τὴν ἐμὴν φρόνησιν τῆς σῆς, ὡς δυνατὸν πλεῖστον. οὐ μὴν
ἀλλ' ὥσπερ τοῦτ' οἶδα, κἀκεῖνο τυγχάνω γινώσκων,
ὅτι τῆς πόλεως τῆς ὑμετέρας βουλομένης περὶ
τῶν

uideri nobis alijs antecellere. Ambitum igitur tuæ orationis, in hāc sententiā cōplexus mihi esse uideris. Quòd si putassem, te parsurū esse his quæ dicta sunt, & hanc orationem sine reprehensione prætermissurum: ne ipse quidē plura dicēda mihi censuissem. Nūc, quia nihil de his pronunciaui, quorū gratia in cōsiliū aduocatus sum: id tibi curæ nō fore arbitror. Nec enim, cùm nos cōuocares, ea res seriò abs te agi uidebatur. Sed instituisti, opinor, orationē cæteris nulla re similē: quæ quidē segniter ac ociosè legētib. simplex uideretur, ac intellectu facilis: diligēter aūt intuētibus, & id quod alios latuisset, perspicere conātib. difficilis appareret, & nō exposita cuiusuis intelligētiæ, multisq́; historijs et recōdita eruditione referta: plena etiā omnigena uarietate, & (ut ita dicā) mēdaciloquentia, nō ea quæ ciues improbè lædere cōsueuit, sed quæ cū urbanitate iuuare & oblectare poßit auditores.* Quæ si ego eruere ac proferre conabor, nihil eorū ita se habere dices, ut ea tu se habere uolueris. Nā si ego, quæ uis sit orationis, edocuero, & tuū consiliū exposuero: me nō animaduertere dices, orationē per me tanto illustriorē reddi, quanto eam dilucidiorem fecerim, & legentibus lōgè notiorē. Cùm enim ignorātibus scientiā tradam, me efficere ne oratio deserta sit: sed eundē de honore eius & dignitate multū detrahere, quæ accesßisset ab illis qui ipsi laborāt, & sibi negocium facessunt. Ego uerò me prudētia, quàm lōgißimè fieri poßit, te esse inferiorē fateor: sed tamē ut hoc scio, sic illud etiam non ignoro, urbe uestra maximis de

Orationis commendatio.

Modestè suam sentētiā interponit.

τῶν μεγίστων, οἱ μὲν ἄριστα φρονοῦντες, ἐνίοτε διαμαρ-
„ τάνουσιν τοῦ συμφέροντος: τῶν δὲ φαύλων νομιζομέ-
„ νων εἶναι καὶ καταφρονουμένων, ἔστιν ὅτε κατώρθωσεν
„ ὁ τυχὼν, καὶ βέλτιστα λέγειν ἔδοξεν. ὥστ' οὐδὲν θαυμα-
στὸν, εἰ καὶ περὶ τοῦ νῦν ἐνεστῶτος τοιοῦτό τι συμβέβη-
κεν, ὅπου σὺ μὲν οἴει μάλιστα μὲν εὐδοκιμήσειν, ἣν ὡς
πλεῖστον χρόνον διαλεχθῇς, ἣν ἔχων γνώμην τὰ περὶ
τὸν λόγον ἐπραγματεύθης. ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι βέλτιστά σε
πράξειν, ἣν δυνηθῇς τὴν διάνοιαν, ᾗ χρώμενος αὐτὸν
συνέθηκας, ὡς τάχιστ' ἂν φανερὰν ποιῆσαι τοῖς ἄλλοις
ἅπασι, καὶ Λακεδαιμονίοις: περὶ ὧν πεποίησαι πολλοὺς
λόγους, τοὺς μὲν δικαίους καὶ σεμνοὺς, τοὺς δ' ἀσελγεῖς καὶ
λίαν φιλαπεχθήμονας: οὓς εἴ τις ἐπιδείξειεν αὐτοῖς,
πρὶν ἐμὲ διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν
ἐμίσησαν, καὶ δυσκόλως πρός σε διετέθησαν, ὡς κατηγο-
ρίαν γεγραφότα περὶ αὐτῶν. νῦν δ' οἶμαι τοὺς μὲν πλεί-
στους ἀπαρτᾶν ἐμμένειν τοῖς ἤθεσιν, οἷσπερ καὶ τὸν ἄλλον
χρόνον. τοῖς δὲ λόγοις τοῖς ἐνθάδε γεγραμμένοις, οὐδὲν
μᾶλλον προσέξειν τὸν νοῦν, ἢ τοῖς ἔξω τῶν Ἡρακλέους στηλῶν
λεγομένοις. τοὺς δὲ φρονιμωτάτους αὐτῶν, καὶ τῶν λόγων τι-
νὰς ἔχοντας τῶν σῶν, θαυμάζοντας τούτους, ἣν λάβωσι τὸν
ἀναγνωσόμενον, καὶ χρόνον, ὥστε συνδιατρίψαι σφίσιν
„ αὐτοῖς, οὐδὲν ἀγνοήσειν τῶν λεγομένων: ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπαίνων
„ αἰσθήσεσθαι τῶν μετ' ἀποδείξεως εἰρημένων περὶ τὴν πόλε-
„ ως αὐτῶν, καὶ τῶν λοιδοριῶν καταφρονήσειν τῶν εἰκῇ μὲν τοῖς
„ πράγμασι λεγομένων, πικρῶς δὲ τοῖς ὀνόμασι κεχρη-
„ μένων. καὶ νομιεῖν τὰς μὲν βλασφημίας τὰς ἐνούσας ἐν
„ τῇ βίβλῳ τὸν φθόνον ὑποβάλλειν: τὰς δὲ πράξεις καὶ τὰς μά-
χας, ἐφ' αἷς αὐτοί τε μέγα φρονοῦσι, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις
εὐδοκιμοῦσιν, σε γεγραφέναι, καὶ μνημονεύεσθαι πεποιηκέ-
ναι.

ἀντίθεσις, ὅτι χάριν ὀφείλουσιν Ἰσοκράτει Λακεδαιμόνιοι.

rebus deliberante, sapientissimos interdũ à cõmuni utilitate aberrare: et fieri nõnunquã, ut fortè fortuna quispiã è uiliũ contemptorũq; numero, & rectè sensisse, & optimè dixisse uideatur. Quare mirãdũ nõ erit, si in hoc quoq; negocio tale aliquid nũc euenerit: ubi tu existimas, te maximã laudem cõsecuturum, si quàm diutissimè disputaris, quo animo orationẽ cõposueris. Ego uerò tecũ optime actum iri puto, si sentẽtiã, qua in ea cõficienda usus es, quàm paucissimis perspicuã reddere possis tũ alijs uniuersis, tũ Lacedæmonijs, de quibus multa uerba fecisti: quorũ nõnulla iusta sunt & grauia, quædã petulantia et nimis odiosa. Quæ si quis eis ostendisset, antequàm ego meũ iudiciũ interposuissem: fieri non potuisset, quin & offensi & irati tibi essent, ut qui accusationẽ cõtra ipsos scripsisses. Nũc Spartanorũ plerosq; nihil de uetere sua cõsuetudine puto mutaturos: neq; orationes hic scriptas magis curaturos esse, quàm ea quæ extra colũnas Herculis dicũtur. Eorũ aũt prudentissimos, qui orationũ tuarũ aliquas habent, ac mirãtur: si quẽ nacti lectorẽ fuerint, & tẽpus, ut secũ ipsi diligenter omnia perpendant: nihil ignoraturos eorũ quæ dicuntur, sed & laudes animaduersuros, quæ in urbem suã, enumeratis rebus gestis, cõferũtur: & cõuicia contẽpturos, quæ sine re dicuntur, uerborumq; tantùm asperitatem habent: & existimaturos, maledicta quæ in libro insint, ab inuidia esse profecta, res uerò gestas & prælia, propter quæ & ipsi multum sibi tribuunt, & ab alijs tribui uident, te scripsisse, & ab obliuione uindicasse.

Innuit, gratiam deberi Isocrati à Lacedæmonijs.

ναι, συναγαγόντα ἁπάσας αὐτὰς καθ' αὑτάς, καὶ θεῖναι
παρ' ἀλλήλας. αἴτιον δ' εἶναι καὶ τοῦ τοὺς πολλοὺς ποθεῖν
ἀναγνῶναι, καὶ διεξελθεῖν αὐτάς, οὐ τὰς ἐκείνων ἐπιθυ-
μοῦντας ἀκοῦσαι πράξεις, ἀλλ' ὅπως σὺ διείλεξαι περὶ
αὐτῶν, μαθεῖν βουλομένους. ταῦτ' ἐνθυμουμένους, καὶ διε-
ξιόντας, οὐδὲ τῶν παλαιῶν ἔργων ἀμνημονῆσαι, δι' ὧν
ἐγκεκωμίακας τοὺς προγόνους αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ πολλάκις
διαλέξεσθαι πρὸς σφᾶς αὐτούς: πρῶτον μέν, ὅτι δωριεῖς
ὄντες, ἐπειδὴ κατεῖδον τὰς πόλεις τὰς ἑαυτῶν ἀδόξους καὶ
μικράς, καὶ πολλῶν ἐνδεεῖς οὔσας, ὑπεριδόντες ταύτας, ἐπ-
εστράτευον ἐπὶ τὰς ἐν πελοποννήσῳ πρωτευούσας, ἐπ'
ἄργος καὶ λακεδαίμονα καὶ μεσσήνην. μάχῃ δὲ νική-
σαντες, τοὺς μὲν ἡττηθέντας ἔκ τε τῶν πόλεων, καὶ τῆς χώρας
„ ἐξέβαλον: αὐτοί τε τὰς κτήσεις ἁπάσας τὰς ἐκείνων κα-
„ τασχόντες, ἔτι καὶ νῦν ἔχουσιν, οὗ μεῖζον ἔργον καὶ θαυμασό-
„ τερον οὐδεὶς ἐπιδείξει κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενόμενον,
„ οὐδὲ πρᾶξιν εὐτυχεστέραν καὶ θεοφιλεστέραν, τῆς τοὺς χρη-
„ σαμένους τῆς μὲν οἰκείας ἀπορίας ἀπαλλαξάσης, τῆς δ'
„ ἀλλοτρίας εὐδαιμονίας κυρίους ποιησάσης. καὶ ταῦτα μὲν
μετὰ πάντων τῶν συστρατευσαμένων ἔπραξαν. ἐπεὶ δὲ καθ'
πρὸς ἀργείους καὶ μεσσηνίους τὴν χώραν διείλοντο, καὶ καθ'
αὑτοὺς ἐν σπάρτῃ κατῴκησαν: ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς το-
σοῦτον φρονῆσαι φῂς αὐτούς, ὥστ' ὄντας οὐ πλείους τότε
δισχιλίων, οὐχ ἡγήσασθαι σφᾶς αὐτοὺς ἀξίους εἶναι ζῆν,
εἰ μὴ δεσπόται πασῶν τῶν ἐν πελοποννήσῳ πόλεων γενέ-
σθαι δυνηθεῖεν. ταῦτα δὲ διανοηθέντες, καὶ πολεμεῖν ἐπι-
χειρήσαντες, οὐκ ἀπεῖπον, ἐν πολλοῖς κακοῖς καὶ κινδύνοις
γιγνόμενον, πρὶν ἁπάσας ταύτας ὑφ' αὑτοῖς ἐποιήσαν-
το, πλὴν τῆς ἀργείων πόλεως. ἔχοντας δ' ἤδη καὶ χώραν
πλείστην, καὶ δύναμιν μεγίστην, καὶ δόξαν τοσαύτην, ὅσην
προ-

προσθήκη πλειόνων ἐπαίνων λακεδαιμονίων.

nem irrupêre Thraces, cum Eumolpo Neptuni filio: Scythæ cum Amazonibus, Martis filiabus, non uno tempore, sed eo utriq; quo Europæ imperiũ affectabant, infensi quidem Græcis uniuersis, sed priuatim nos accusantes. Existimabant enim, e a se ratione unam duntaxat urbem aduersariam habituros, & uniuersarum simul potituros. non tamen uotorũ compotes facti, sed cum solis nostris maioribus congreßi, non minus ad internecionẽ deleti sunt, quàm si uniuersis hominibus bellũ fecissent. Quantam uerò cladem acceperint, ex eo apparet, quòd fama illa tam diu durare non potuisset, nisi res gestæ multum alijs præstitissent. Nam Amazonum quidem, quæ huc uenerint, nullam domũ redijsse: & cæteras quæ domi manserant, ob cladem hîc acceptã regno pulsas esse ferũt. Thraces autem, cùm superiore tempore in uicinia nostra habitassent, ob expeditionem tum factam tam longè receßisse, ut intra nostros & illorum fines multæ gentes uariæq; consederint, & magnæ urbes sint conditæ. Præclara quidem & hæc sunt, ac digna ijs qui de principatu contendunt: cognata uerò his quæ diximus, & talia sunt, qualia decent à tantis uiris oriũdos, ea quæ illi gessere, qui Darij & Xerxis arma repulerunt. Cum enim maximum id bellum conflatum esset, & plurima pericula eodem tempore urgerent, & hostes ob multitudinem non sustineri possent, & socij uirtute se insuperabili esse præditos putarent: utrisque uictis, ut utrisque conueniebat, & in omnibus prælijs præstantia suæ uirtutis probata, insignem statim forti-

ἀριστείων ἠξιώθησαν: οὐ πολλῷ δ' ὕστερον τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης παρέλαβον, δόντων μὲν τῶν ἄλλων ἑλλήνων, οὐκ ἀμφισβητούντων δὲ τῶν νῦν ἡμᾶς ἀφαιρεῖσθαι ζητούντων. καὶ μηδεὶς οἰέσθω με ἀγνοεῖν, ὅτι καὶ λακεδαιμόνιοι περὶ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς τούτους, πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιοι τοῖς ἕλλησι κατέστησαν. ἀλλὰ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐπαινεῖν ἔχω τὴν πόλιν, ὅτι τοιούτων ἀνταγωνιστῶν τυχοῦσα, τοσοῦτον αὐτῶν διήνεγκε. βούλομαι δὲ μικρῷ μακρότερα περὶ τοῖν πολέοιν ταύταιν εἰπεῖν, καὶ μὴ ταχὺ λίαν παραδραμεῖν, ἵν' ἀμφοτέρων ὑμῖν ὑπόμνημα γένηται, τῆς τε τῶν προγόνων ἀρετῆς, καὶ τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους ἔχθρας. καίτοι με οὐ λέληθεν, ὅτι χαλεπόν ἐστιν ὕστερον ἐπελθόντα, λέγειν περὶ πραγμάτων πάλαι προκατειλημμένων, καὶ περὶ ὧν οἱ μάλιστα δυνηθέντες τῶν πολιτῶν εἰπεῖν, ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις πολλάκις εἰρήκασιν. ἀνάγκη γάρ ἐστι, τὰ μὲν μέγιστ' αὐτῶν καταχρῆσθαι, μικρὰ δὲ παραλελεῖφθαι. ὅμως δ' ἐκ τῶν ὑπολοίπων, ἐπειδὴ συμφέρει τοῖς πράγμασιν, οὐκ ὀκνητέον μνησθῆναι περὶ αὐτῶν. πλείστων μὲν οὖν ἀγαθῶν αἰτίους, καὶ μεγίστων ἐπαίνων ἀξίους ἡγοῦμαι γεγενῆσθαι, τοὺς τοῖς αὐτῶν σώμασιν ὑπὲρ τῆς ἑλλάδος προκινδυνεύσαντας. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν πρὸ τοῦ πολέμου τούτου γενομένων, καὶ δυναστευσάντων ἐν ἑκατέρᾳ τοῖν πολέοιν, δίκαιον ἀμνημονεῖν. ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν οἱ προπαιδεύσαντες τοὺς ἐπιγιγνομένους, καὶ τὰ πλήθη προτρέψαντες ἐπ' ἀρετὴν, καὶ χαλεποὺς ἀνταγωνιστὰς τοῖς βαρβάροις ποιήσαντες. οὐ γὰρ ὠλιγώρουν τῶν κοινῶν, οὐδ' ἀπέλαυον μὲν ὡς ἰδίων, ἠμέλουν δ' ὡς ἀλλοτρίων· ἀλλ' ἐκήδοντο μὲν ὡς οἰκείων, ἀπείχοντο δ' ὥσπερ χρὴ τῶν μηδὲν προσηκόντων,

tudinis laudem meruerunt: neq; multo pòst maris imperium sunt adepti, & delatum à Græcis cæteris, & istis qui nunc eo nos spoliare contēdunt, non aduersantibus. Neq; uerò me quisquam ignorare putet, etiam Lacedæmonios circa hæc tempora, multa in Græcos beneficia contulisse. Tantum uerò abest ut nostræ urbis laudes propterea minuantur, ut eo maiores etiam sint, quòd talibus æmulis tantum excelluit. Dicam autem paulò plura de his urbibus, neque celeriter nimium præteruehar: ut in memoriam utrunq; uobis reuocetur, tum uirtus maiorum nostrorum, tum inimicitiæ Barbarorum. Neq; me fugit, quàm difficile sit, post alios omnes de rebus dicere iam olim occupatis, de quibus eloquentissimi quiq; ciues in publicis sepulturis sæpe uerba fecerunt. Necesse enim est, maxima ex illis iam antè in medium allata, & parua quædam relicta esse: non tamen ea quæ restant, quoniam ad institutum nostrum faciunt, silentio prætereunda sunt. Optimè igitur meritos, & maximis laudibus eos fuisse dignos existimo, qui sua corpora pro Græciæ defensione periculis obiecerūt. Sed & eorum nonnulla ratio habenda est, qui eo bello ætate superiores in utraq; urbe summæ rerum præfuerunt. Illi enim fuêre, qui præpararunt posteros: & populum ad uirtutem cohortati, eos Barbaris acerrimos aduersarios effecerunt. Nec enim illi nullam Reipublicæ curam habebant, neq; publicis opibus fruebātur ut priuatis, ut alienas negligebant: sed eas administrabant ut priuatas, ita ijs abstinebant ut abstinere decet prorsus

κόντων. οὐδὲ πρὸς ἀργύριον τὴν εὐδαιμονίαν ἔκρινον:
ἀλλ' οὗτος ἐδόκει πλοῦτον ἀσφαλέστατον κεκτῆσθαι, καὶ
κάλλιστον, ὅστις τυγχάνοι τοιαῦτα πράττων, ἐξ ὧν αὐ-
τός τε μέλλοι μάλιστ' εὐδοκιμήσειν, καὶ τοῖς παισὶ με-
γίστην δόξαν καταλείψειν. οὐ γὰρ τὰς θρασύτητας ἀλ-
λήλων ἐζήλουν, οὐδὲ τὰς τόλμας τὰς καθ' ἑαυτῶν
ἤσκουν· ἀλλὰ δεινότερον μὲν ἐνόμιζον εἶναι κακῶς ὑπὸ
τῶν πολιτῶν ἀκούειν, ἢ καλῶς ὑπὲρ τῆς πατρίδος
ἀποθνήσκειν. μᾶλλον δ' ᾐσχύνοντο ἐπὶ τοῖς κοινοῖς ἁ-
μαρτήμασιν, ἢ νῦν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις τοῖς σφετέροις αὐ-
τῶν. τούτων δ' ἦν αἴτιον, ὅτι τοὺς νόμους ἐσκόπουν ὅ-
πως ἀκριβῶς καὶ καλῶς ἕξουσιν, οὐχ οὕτω τοὺς περὶ
τῶν ἰδίων συμβολαίων, ὡς τοὺς περὶ τῶν καθ' ἑκάστην
ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων. ἠπίσταντο γὰρ, ὅτι τοῖς καλοῖς
κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν δεήσει πραγμάτων
πολλῶν, ἀλλ' ἀπ' ὀλίγων συνθημάτων ῥαδίως καὶ
περὶ τῶν ἰδίων, καὶ περὶ τῶν κοινῶν ὁμονοήσουσιν. οὕτω δὲ
πολιτικῶς εἶχον, ὥστε καὶ τὰς στάσεις ἐποιοῦντο πρὸς ἀλ-
λήλους, οὐχ ὁπότεροι τοὺς ἑτέρους ἀπολέσαντες, τῶν λοι-
πῶν ἄρξουσιν: ἀλλ' ὁπότεροι φθήσονται τὴν πόλιν ἀγα-
θόν τι ποιήσαντες. καὶ τὰς ἑταιρείας συνῆγον, οὐχ ὑπὲρ
τῶν ἰδίᾳ συμφερόντων, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τοῦ πλήθους ὠφε-
λείᾳ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ τῶν ἄλλων διῴκουν:
θεραπεύοντες, ἀλλ' οὐχ ὑβρίζοντες τοὺς Ἕλληνας: καὶ
στρατηγεῖν οἰόμενοι δεῖν, ἀλλὰ μὴ τυραννεῖν αὐτῶν: καὶ
μᾶλλον ἐπιθυμοῦντες ἡγεμόνες ἢ δεσπόται προσαγο-
ρεύεσθαι: καὶ σωτῆρες, ἀλλὰ μὴ λυμεῶνες ἀποκα-
λεῖσθαι· τῷ ποιεῖν εὖ προσαγόμενοι τὰς πόλεις, ἀλλ'
οὐ βίᾳ καταστρεφόμενοι: πιστοτέροις μὲν τοῖς λόγοις,
ἢ νῦν τοῖς ἔργοις χρώμενοι· ταῖς δὲ συνθήκαις ὥσ-
περ

alienis, nec pecunia felicitatem metiebantur: sed is opes poßidere tutißimas & pulcherrimas uidebatur, qui ita se gerebat, ut & ipse maximam laudem mereretur, & liberis suis honestißimam famam relicturus esset. Neque uerò audacia inter se certabant, nec alios alij ferociter impetebant: sed grauius esse putabant, malè audire à ciuibus, quàm honestè pro patria occumbere: & magis erubescebant, si quid publicè delictum esset, quàm nunc priuatim peccasse pudeat. In causa illud erat, quòd operam dabant, ut leges accuratæ & præclaræ essent, non tam priuatorum contractuum, quàm publicæ disciplinæ. Sciebant enim, bonis & honestis uiris nihil opus esse multis scriptis, sed paucis uelut tesseris, ut de re tum publica, tum priuata consentirent. Iam tantum fuit eorum Reipublicæ studium, ut inter eos factiones essent, non utri, alteris sublatis è medio, reliquis dominarentur: sed utri suam in ciuitatem beneficentiam declararent. Societates coibant non ob priuata commoda, sed propter populi utilitatem. Eodem modo etiam res aliorum administrabant, ut colerent Græcos, non exagitarent. Existimabant enim, non tyrannidem, sed imperium in eos exercendum: & duces potius quàm dominos appellari: seruatores, & non uastatores nominari se cupiebant. beneficijs ciuitates alliciebant, non ui euersas ad se pertrahebant: eorum sermoni plus inerat grauitatis, quàm nunc iurijurando: pacta & conuenta ultrò

ita

περ ἀνάγκαις ἐμμένειν ἀξιοῦντες· οὐχ οὕτως ἐπὶ ταῖς δυναστείαις μέγα φρονοῦντες, ὡς ἐπὶ τῷ σωφρόνως ζῆν φιλοτιμούμενοι· τὴν αὐτὴν ἀξιοῦντες γνώμην ἔχειν πρὸς τοὺς ἥττους, ἥνπερ τοὺς κρείττους πρὸς σφᾶς αὐτούς· ἴδια μὲν ἄστη τὰς ἑαυτῶν πόλεις ἡγούμενοι, κοινὴν δὲ πατρίδα τὴν ἑλλάδα νομίζοντες εἶναι. τοιαύταις δὲ διανοίαις χρώμενοι, καὶ τοὺς νεωτέρους ἐν τοῖς τοιούτοις ἤθεσι παιδεύοντες, οὕτως ἄνδρας ἀγαθοὺς ἀπέδειξαν τοὺς πολεμήσαντας πρὸς τοὺς ἐκ τῆς ἀσίας, ὥστε μηδένα πώποτε δυνηθῆναι περὶ αὐτῶν, μήτε τῶν ποιητῶν, μήτε τῶν σοφιστῶν, ἀξίως τῶν πεπραγμένων εἰπεῖν. καὶ πολλὴν αὐτοῖς ἔχω συγγνώμην· ὁμοίως γάρ ἐστι χαλεπὸν ἐπαινεῖν τοὺς ὑπερβεβληκότας τὰς τῶν ἄλλων ἀρετάς, ὥσπερ τοὺς μηδὲν ἀγαθὸν πεποιηκότας. τοῖς μὲν γὰρ οὐχ ὕπεισι πράξεις, πρὸς δὲ τοὺς οὐκ εἰσὶν ἁρμόττοντες λόγοι. πῶς γὰρ ἂν γένοιντο σύμμετροι τοιούτοις ἀνδράσιν, οἳ τοσοῦτον μὲν τῶν ἐπὶ τροίαν στρατευσαμένων διήνεγκαν, ὅσον οἱ μὲν περὶ μίαν πόλιν ἔτη δέκα διέτριψαν· οἱ δὲ τὴν ἐξ ἁπάσης τῆς ἀσίας δύναμιν, ὀλίγῳ χρόνῳ κατεπολέμησαν. οὐ μόνον δὲ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας διέσωσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑλλάδα πᾶσαν ἠλευθέρωσαν. ποίων δ' ἂν ἔργων, ἢ πόνων, ἢ κινδύνων ἀπέστησαν, ὥστε ζῶντες εὐδοκιμεῖν, οἵτινες ὑπὲρ τῆς δόξης ἧς ἔμελλον τελευτήσαντες ἕξειν, οὕτως ἑτοίμως ἤθελον ἀποθνήσκειν; οἶμαι δὲ καὶ τὸν πόλεμον θεόν τινα συναγαγεῖν, ἀγασθέντα τὴν ἀρετὴν αὐτῶν, ἵνα μὴ τοιοῦτοι γενόμενοι τὴν φύσιν, διαλάθοιεν· μηδ' ἀκλεῶς τὸν βίον τελευτήσειαν, ἀλλὰ τῶν αὐτῶν τοῖς ἐκ θεῶν γεγονόσι καὶ καλουμένοις ἡμιθέοις ἀξιωθεῖεν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὰ μὲν

σώματα

ita conseruabant, quasi necessitate constricti tenerentur: non tam ob potentiam superbiebant, quàm uitæ modestiam laudi sibi ducebant: erga imbecilliores ita affecti, ut potentiores erga se affectos esse uoluissent. Ciuitates suas priuatarum urbium loco habebant: Græciam uerò communem patriam existimabant. Quum igitur his animis essent, & his moribus adolescentiam informarent: eos qui cum Asianis pugnarunt, sic ad fortitudinem acuerunt, ut nemo unquam neq; poetarum, neque oratorum, eos pro rerum gestarum dignitate potuerit celebrare. In quo ego illis facilè ignosco. Aequè enim difficile est eos laudare, qui aliorum uirtutes superarunt, ac illos qui nihil præclari gesserunt. Nam alteris res desunt, alteris apta uerba reperiri non possunt. Nam quæ talibus uiris oratio par esse queat, qui Troiæ oppugnatores tanto interuallo superarunt, ut illi una urbe expugnanda decem annos contriuerint, cùm hi totius Asiæ uires exiguo tempore debellarint: neq; patriam quisq; suam duntaxat conseruarint, sed totam quoq; Græciam à seruitute uindicarint. Quæ uerò facinora, quos labores aut pericula detrectassent, ut uiuentes gloria florerent, qui famæ gratia post obitum consequendæ tam alacriter mortem oppetere uoluerunt? Equidem deorum aliquem arbitror bellum illud concitasse, admiratione uirtutis eorum, ne tam generosis animis præditi, in obscuro delitescerent, aut uitam ingloriam exigerent: sed pari honore cum filijs deorum afficerentur, quos semideos appellant. Nam illi quoq; ut corpora

σώματα ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγκαις ἀπέδοσαν, τῆς δ' ἀρετῆς ἀθάνατον τὴν μνήμην πεποίηνται. ἀεὶ μὲν οὖν οἵ θ' ἡμέτεροι πρόγονοι καὶ λακεδαιμόνιοι, πρὸς ἀλλήλους φιλοτίμως ἔχον. οὐ μὴν ἀλλὰ περὶ καλλίστων ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἐφιλονείκησαν, οὐκ ἐχθροὺς, ἀλλ' ἀνταγωνιστὰς σφᾶς αὐτοὺς εἶναι νομίζοντες: οὐδ' ἐπὶ δουλεία τῇ τῶν ἑλλήνων τὸν βάρβαρον θεραπεύοντες, ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς κοινῆς σωτηρίας ὁμονοοῦντες. ὁπότεροι δὲ ταύτης αἴτιοι γενήσονται, περὶ τούτου ποιούμενοι τὴν ἅμιλλαν. ἐπεδείξαντο δὲ τὰς αὐτῶν εὐψυχίας, πρῶτον μὲν ἐν τοῖς ὑπὸ δαρείου πεμφθεῖσιν. ἀποβάντων γὰρ αὐτῶν εἰς τὴν ἀττικὴν, οἱ μὲν οὐ περιέμειναν τοὺς συμμάχους, ἀλλὰ τὸν κοινὸν πόλεμον ἴδιον ποιησάμενοι, πρὸς τοὺς ἁπάσης τῆς ἑλλάδος καταφρονήσαντας ἀπήντων, τὴν οἰκείαν δύναμιν ἔχοντες, ὀλίγοι πρὸς πολλὰς μυριάδας, ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύειν. οἱ δ' οὐκ ἔφθησαν πυθόμενοι τὸν περὶ τὴν ἀττικὴν πόλεμον, καὶ πάντων τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, ἧκον ἡμῖν ἀμυνοῦντες, τοσαύτην ποιησάμενοι σπουδὴν, ὅσηνπερ αὐτῆς αὐτῶν χώρας πορθουμένης. σημεῖον δὲ τοῦ τάχους καὶ τῆς ἁμίλλης αὐτῶν. τοὺς μὲν γὰρ ἡμετέρους προγόνους, φασὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας πυθέσθαι τε τὴν ἀπόβασιν τῶν βαρβάρων, καὶ βοηθήσαντας ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς χώρας, καὶ μάχῃ νικήσαντας τρόπαιον στῆσαι τῶν πολεμίων. τοὺς δ' ἐν τρισὶν ἡμέραις, καὶ τοσαύταις νυξὶ διακόσια καὶ χίλια στάδια διελθεῖν, στρατοπέδῳ πορευομένους. οὕτω σφόδρα ἠπείχθησαν, οἱ μὲν μετασχεῖν τῶν κινδύνων, οἱ δὲ φθῆναι συμβαλόντες, πρὶν ἐλθεῖν τοὺς βοηθήσοντας. μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης

μένης

corpora naturæ necessitati reddiderunt: sic uirtutis suæ memoriam immortalem reliquerunt. Ac inter maiores nostros, & Lacedæmonios semper æmulatio quædam, honorisq; contentio fuit: sed de rebus pulcherrimis non ut hostes, sed ut æmuli eiusdem gloriæ, temporibus illis certarunt. Nec enim ad opprimendam Græcorum libertatem Barbaro sunt adulati, sed simul & de communi salute consenserunt: & utri eam palmam obtinerent, de eo certamen fuit. Ac primùm uirtutem suam aduersus copias à Dario missas declararunt. Quæ cum è nauibus in Atticam descendissent, nostri non expectatis socijs, commune bellum sibi priuatim depoposcerunt, ac domestico milite instructo, totius Græciæ contemptoribus occurrerunt: pauci infinitis, tanquam alienæ uitæ periculo dimicaturi. Lacedæmonij autem, quum primùm de bello Attico audiuissent, relictis rebus omnibus, opem & auxilium nobis tulerunt, non minore festinatione ac studio, quàm si hostes ipsorum agrum uastarent. Signum autem celeritatis eorum & contentionis illud est, quòd ferunt, maiores nostros eodem die & Barbarorum excensum audiuisse, & ad agri sui terminos defendendos procurrisse, & superatis hostibus trophæum statuisse. Illos uerò tribus diebus, totidemq; noctibus, mille ac ducenta stadia cum exercitu confecisse. Vsque adeò festinarunt, alteri ut socij periculorum essent, alteri ut ante auxiliorum aduentum cum hoste confligerent. Posthæc secundum

μόνης τῆς ὕστερον στρατείας, ἣν αὐτὸς ξέρξης ἤγαγεν,
ἐκλιπὼν μὲν τὰ βασίλεια, στρατηγὸς δὲ καταστῆναι
τολμήσας, ἅπαντας δὲ τοὺς ἐκ τῆς ἀσίας συναγείρας.
περὶ οὗ τίς οὐχ ὑπερβολὰς βουληθεὶς εἰπεῖν, ἐλάτ-
τω τῶν ὑπαρχόντων εἴρηκεν; ὃς εἰς τοσοῦτον ἦλθεν
ὑπερηφανίας, ὥστε μικρὸν μὲν ἡγησάμενος ἔργον
εἶναι τὴν ἑλλάδα χειρώσασθαι, βουληθεὶς δὲ τοιοῦτον
μνημεῖον καταλιπεῖν, ὃ μὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως
ἔργον ἐστίν: οὐ πρότερον ἐπαύσατο πρὶν ἐξεῦρεν, καὶ
συνηνάγκασεν ὃ πάντες θρυλοῦσιν, ὥστε τῷ στρατο-
πέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ
τῆς θαλάσσης, τὸν μὲν ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δ᾽ ἄθω
διορύξας. πρὸς δὴ τὸν οὕτω φρονήσαντα, καὶ τηλικαῦ-
τα διαπραξάμενον, καὶ τοσούτων δεσπότην γενόμενον,
ἀπήντων, διελόμενοι τὸν κίνδυνον· λακεδαιμόνιοι
μὲν εἰς θερμοπύλας, πρὸς τὸ πεζὸν χιλίους αὐτῶν
ἐπιλέξαντες, καὶ τῶν συμμάχων ὀλίγους παραλα-
βόντες, ὡς ἐν τοῖς στενοῖς κωλύσοντες αὐτοὺς περαιτέρω
προελθεῖν· οἱ δ᾽ ἡμέτεροι πατέρες, ἐπ᾽ ἀρτεμίσιον ἑξή-
κοντα τριήρεις πληρώσαντες, πρὸς ἅπαν τὸ τῶν πολε-
μίων ναυτικόν. ταῦτα δὲ ποιεῖν ἐτόλμων, οὐχ οὕτω τῶν
πολεμίων καταφρονοῦντες, ὡς πρὸς ἀλλήλους φιλο-
τιμούμενοι. λακεδαιμόνιοι μὲν ζηλοῦντες τὴν πόλιν
τῆς ἐν μαραθῶνι μάχης, καὶ ζητοῦντες αὑτοὺς ἐξισῶ-
σαι, καὶ δεδιότες, μὴ δὶς ἐφεξῆς ἡ πόλις ἡμῶν αἰτία
γένηται τοῖς ἕλλησι τῆς σωτηρίας. οἱ δ᾽ ἡμέτεροι πατέ-
ρες, μάλιστα μὲν βουλόμενοι διαφυλάξαι τὴν προῦ-
σαν δόξαν, καὶ πᾶσι ποιῆσαι φανερὸν, ὅτι καὶ πρότερον
ἡ πόλις ἡμῶν δι᾽ ἀρετὴν, ἀλλ᾽ οὐ διὰ τύχην ἐνίκη-
σεν, ἔπειτα δὲ καὶ προαγαγέσθαι βουλόμενοι τοὺς ἕλλη-
νας

dum bellum susceptum est, cuius ipse Xerxes dux fuit: relictaq; regia, imperator ausus fieri, totius Asiæ uires contraxit: de quo quis unquam instituit immensa dicere, qui non minora ueris dixerit? Nam tanta superbia elatus, ut rem paruam existimaret subigere Græciam, & id sui monimentum relinquere cuperet, quod humanam naturam excederet: non prius destitit, quàm id inuenisset, perq; uim extorsisset, quod omnibus in ore est, ut cùm exercitu continentem nauigarit, pedibus mare ambularit, tum Hellesponto ponte iuncto, tum Atho monte perfosso. Aduersus eum igitur, cuius tanta fuit elatio animi, qui tanta perfecit, qui tot populis imperitauit, occurrerunt, distributo periculo: Lacedæmonij ad Thermopylas, contra pedestrem exercitum, delectis mille de suis, & sociorum paucis adhibitis, ut in angustijs eum ulteriore progressu prohiberent: nostri patres ad Artemisium, sexaginta triremibus contra uniuersam hostium classem instructis. Atque hæc fecerunt, non tam hostium contemptu, quàm mutua æmulatione: Lacedæmonij, quòd urbem nostram ob Marathoniam pugnam admirantes, se nobiscum exæquare cupiebant: ueriti, ne Græcia secundùm à nobis conseruaretur: nostri maiores, tum ut partam gloriam tuerentur, & omnibus ostenderent, priorem etiam uictoriam non fortunæ, sed suæ uirtuti esse tribuendam: tum ut Græcos ad nauale

ναις ἐπὶ τὸ διαναυμαχεῖν: ἐπιδείξαντες αὐτοῖς, ὁμοίως
ἐν τοῖς ναυτικοῖς κινδύνοις ὥσπερ ἐν τοῖς πεζοῖς τὴν
ἀρετὴν τοῦ πλήθους περιγιγνομένην. ἴσως δὲ τὰς τόλ-
μας παρασχόντες, οὐχ ὁμοίαις ἐχρήσαντο ταῖς τύχαις
ἀλλ' οἱ μὲν διεφθάρησαν, καὶ ταῖς ψυχαῖς νικῶντες
τοῖς σώμασιν ἀπεῖπον. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε θέμις εἰπεῖν, ὡς
ἡττήθησαν: οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν φυγεῖν ἠξίωσεν. οἱ δ' ἡμέ-
τεροι τὰς μὲν πρόπλους ἐνίκησαν. ἐπειδὴ δ' ἤκουσαν
τοὺς πολεμίους τῆς παρόδου κρατήσαντας, οἴκαδε κατα-
πλεύσαντες, καὶ κατασκευάσαντες τὰ περὶ τὴν πό-
λιν, οὕτως ἐβουλεύσαντο περὶ τῶν λοιπῶν, ὥστε πολλῶν
αὐτοῖς καὶ καλῶν προειργασμένων, ἐν τοῖς τελευταίοις
τῶν κινδύνων ἔτι πλέον διήνεγκαν. ἀθύμως γὰρ ἁ-
πάντων τῶν συμμάχων διακειμένων, καὶ πελοπον-
νησίων μὲν διατειχιζόντων τὸν ἰσθμόν, καὶ ζητούντων ἰδί-
αν αὐτοῖς σωτηρίαν, τῶν δ' ἄλλων πόλεων ὑπὸ τοῖς
βαρβάροις γεγενημένων, καὶ συστρατευομένων ἐκεί-
νοις, πλὴν εἴ τινες αὐτῶν διὰ σμικρότητα παρημελή-
θησαν. προσπλευσῶν δὲ τριήρων διακοσίων καὶ χιλίων,
καὶ τῆς πεζῆς στρατιᾶς ἀναριθμήτου μελλούσης εἰς τὴν
ἀττικὴν ἐμβαλεῖν, οὐδὲ μιᾶς σωτηρίας αὐτοῖς ὑπο-
φαινομένης, ἀλλ' ἔρημοι συμμάχων γεγενημένοι, καὶ τῶν
ἐλπίδων ἁπασῶν διημαρτηκότες, ἐξὸν αὐτοῖς μὴ μό-
νον τοὺς παρόντας κινδύνους διαφυγεῖν, ἀλλὰ καὶ τι-
μὰς ἐξαιρέτους λαβεῖν, ἃς αὐτοῖς ἐδίδου βασιλεύς, ἡ-
γούμενος, εἰ τὸ τῆς πόλεως προσλάβοι ναυτικόν, πα-
ραχρῆμα καὶ πελοποννήσου κρατήσειν: οὐχ ὑπέμει-
ναν τὰς παρ' ἐκείνου δωρεάς, οὐδ' ὀργισθέντες τοῖς
ἕλλησιν ὅτι προὐδόθησαν, ἀσμένως ἐπὶ τὰς διαλλα-
γὰς τὰς πρὸς τοὺς βαρβάρους ὥρμησαν, ἀλλ' αὐτοὶ μὲν
ὑπὲρ

prælium ineundum adducerent, eisq́; demonstrarent, multitudinem non minus mari quàm terra succumbere uirtuti. Cùm autem pari fuissent audacia, non parem fortunam sunt experti. Nam illi quidem occubuerunt, uictores animis, corporibus defatigati. Eos enim esse uictos, dictu profecto nefas est. Nemo enim eorum fugere uoluit. Nostri autem primas naues uicerunt. Sed cùm hostes transitu potitos esse audiuissent: domum reductis nauibus, & rebus urbanis ordinatis, ea de cæteris consilia inierunt, ut cùm prius multa præclarè gessissent, in extremis periculis longè fuerint excellentiores. Nam cùm & omnes socij animos despondérent, & Peloponnenses Isthmum munirent, & suæ salutis priuatim rationem haberent, & aliæ urbes à Barbaris superatæ cum illis militarent (nisi fortè aliquæ ex minoribus per contemptum præteritæ essent) & triremes mille ac ducentæ aduentarent, & terrestres copiæ innumerabiles in Atticam irrupturæ essent, nec ulla salutis spes ostenderetur: sed & destituti à socijs, & omnibus ijs quæ expectarant, frustrati; quamuis eis non illa tantùm pericula effugere liceret, uerùm eximios etiam honores consequi; quos eis rex offerebat, existimans se nostræ urbis classe adiuncta, mox etiam Peloponnesi potiturum: tamen eius munera repudiarunt, nec irati Græcis, à quibus deserti essent, cupidè pacificationes Barbaricas arripuerunt: sed tum ipsi

ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας πολεμεῖν παρεσκευάζοντο, τοῖς δ' ἄλλοις τὴν δουλείαν αἱρουμένοις συγγνώμην προσεῖχον. ἡγοῦντο γὰρ ταῖς μὲν ταπειναῖς τῶν πόλεων προσήκειν, ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖν τὴν σωτηρίαν· ταῖς δὲ προεστάναι τῆς ἑλλάδος ἀξιούσαις, οὐχ οἷόν τ' εἶναι διαφεύγειν τοὺς κινδύνους: ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς αἱρετώτερόν ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν ἢ ζῆν αἰσχρῶς, οὕτω καὶ τῶν πόλεων ταῖς ὑπερεχούσαις λυσιτελεῖν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι μᾶλλον, ἢ δούλας ὀφθῆναι γενομένας. δῆλον δ' ὅτι ταῦτα διενοήθησαν. ἐπειδὴ γὰρ οὐχ οἷοί τ' ἦσαν πρὸς ἀμφοτέρας ἅμα παρατάξασθαι τὰς δυνάμεις, παραλαβόντες ἅπαντα τὸν ὄχλον τὸν ἐκ τῆς πόλεως, εἰς τὴν ἐχομένην νῆσον ἐξέπλευσαν, ἵν' ἐν μέρει πρὸς ἑκατέραν τὴν δύναμιν, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἀμφοτέρας ἅμα τὰς δυνάμεις διακινδυνεύσωσι. καί τοι πῶς ἂν ἐκείνων ἄνδρες ἐπιδειχθεῖεν ἀμείνους, ἢ μᾶλλον φιλέλληνες ὄντες, οἵτινες ἔτλησαν ἐπιδεῖν, ὥστε μὴ τοῖς ἕλλησιν αἴτιοι γενέσθαι τῆς δουλείας, ἐρήμην μὲν τὴν πόλιν γιγνομένην, τὴν δὲ χώραν πορθουμένην, ἱερὰ δὲ σεσυλημένα, καὶ νεὼς ἐμπιπραμένους, ἅπαντα δὲ τὸν πόλεμον περὶ τὴν πατρίδα τὴν αὐτῶν γιγνόμενον. καὶ οὐδὲ ταῦτα ἀπέχρησεν αὐτοῖς, ἀλλὰ πρὸς διακοσίας καὶ χιλίας τριήρεις μόνοι διαναυμαχεῖν ἐτόλμησαν, οὐ μὴν εἰάθησάν γε. καταισχυνθέντες γὰρ πελοποννήσιοι τὴν ἀρετὴν αὐτῶν, καὶ νομίσαντες προδιαφθαρέντων μὲν τῶν ἡμετέρων, οὐδ' αὐτοὶ σωθήσεσθαι, κατορθωσάντων δ' εἰς ἀτιμίαν τὰς αὐτῶν πόλεις καταστήσειν, ἠναγκάσθησαν μετασχεῖν τῶν κινδύνων. καὶ τοὺς μὲν θορύβους τοὺς ἐν τῷ πράγματι γενομένους, καὶ τὰς κραυ-

γὰς

ad bellum pro libertate gerendum se accinxerunt, tum ijs qui in seruitutem se tradiderant, ignouerunt. Humilibus enim oppidis, quauis conditione salutem esse quærendam: ijs autem urbibus quæ Græciæ principatum sibi uendicarent, nullo modo pericula recusanda esse putabant. Sed ut uiris fortibus optabilius est honestè mortem oppetere, quàm uiuere turpiter: sic etiam primarijs urbibus expedire magis, ex hominum memoria deleri, quàm seruitute oppressas conspici. Atque his eos animis fuisse, perspicuum est. Cùm enim fieri non posset, ut contra utrasque copias simul exercitum instruerent, omni oppidana multitudine in naues imposita, in uicinam insulam traiecerunt, ut per uices cum alteris copijs, & non simul contra ambos exercitus, Martis aleam experirentur. Enimuerò uiri præstantiores illis, aut Græcorum amantiores ostendi quî possunt: qui, ne seruitutem Græcis afferrent, & urbem desolatam, & agros uastatos, & sacra spoliata, & templa incensa, uniuersi denique belli molem in patriam suam conuersam intueri sustinuerunt? ac ne his quidem contenti, contra naues mille & ducentas soli pugnare aggressi, non tamen etiam siti fuerunt. Peloponnenses enim eorum uirtute pudefacti, & si nostri interissent, ne se quidem fore incolumes: sin uicissent, suas urbes ignominiam accepturas cogitantes, periculorum socij esse sunt coacti. Ac tumultus qui in ea re incidunt, & clamo-

 res,

γάς, καὶ τὰς παρακελεύσεις, ἃ κοινὰ πάντων ἐστὶ τῶν ναυμαχούντων, οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ λέγοντα διατρίβειν, ἃ δ' ἐστιν ἴδια, καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξια, καὶ τοῖς προειρημένοις ὁμολογούμενα, ταῦτα δ' ἐμὸν ἔργον ἐστιν εἰπεῖν. τοσοῦτον γὰρ ἡ πόλις ἡμῶν διέφερεν, ὅτ' ἦν ἀκέραιος, ὥστ' ἀνάστατος γενομένη, πλείους μὲν συνεβάλετο τριήρεις εἰς τὸν κίνδυνον τὸν ὑπὲρ τῆς ἑλλάδος, ἢ σύμπαντες οἱ ναυμαχήσαντες. οὐδεὶς δὲ πρὸς ἡμᾶς οὕτως ἔχει δυσμενῶς, ὅστις οὐκ ἂν ὁμολογήσειε, διὰ μὲν τὴν ναυμαχίαν ἡμᾶς τῶν πολεμίων κρατῆσαι, ταύτης δὲ τὴν πόλιν αἰτίαν γενέσθαι. καίτοι μελλούσης στρατείας ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἔσεσθαι, τίνας χρὴ μᾶλλον τὴν ἡγεμονίαν ἔχειν; οὐ τοὺς ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ μάλιστ' εὐδοκιμήσαντας; καὶ πολλάκις μὲν ἰδίᾳ προκινδυνεύσαντας, ἐν δὲ τοῖς κοινοῖς τῶν ἀγώνων ἀριστείων ἀξιωθέντας; οὐ τοὺς τὴν αὑτῶν ἐκλιπόντας ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων σωτηρίας, καὶ τό, τε παλαιὸν οἰκιστὰς τῶν πλείστων πόλεων γενομένους, καὶ πάλιν αὐτὰς ἐκ τῶν μεγίστων συμφορῶν διασώσαντας; πῶς δ' οὐκ ἂν δεινὰ πάθοιμεν, εἰ τῶν κακῶν πλεῖστον μέρος μετασχόντες, ἐν ταῖς τιμαῖς ἔλαττον ἔχειν ἀξιωθείημεν; καὶ τότε προταχθέντες ὑπὲρ ἁπάντων, νῦν ἑτέροις ἀκολουθεῖν ἀναγκασθείημεν; περὶ μὲν οὖν τῆς ἡγεμονίας, ὡς δικαίως ἂν εἴη τῆς πόλεως, ῥᾴδιον ἐκ τῶν εἰρημένων καταμαθεῖν. ἐνθυμήθητε δὲ πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, εἰ δοκῶ τοῖς λόγοις διαφθείρειν τοὺς νεωτέρους, ἀλλὰ μὴ προτρέπειν ἐπ' ἀρετὴν, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς πόλεως κινδύνους; ἢ δικαίως ἂν δοῦναι δίκην ὑπὲρ τῶν εἰρημένων, ἀλλ' οὐκ ἂν χάριν κομίσασθαι παρ' ὑμῶν τὴν μεγίστην: ὃς οὕτως ἐγκεκωμίακα

σύστασις τοῦ πανηγυρικοῦ λόγου.

καὶ

res, & cohortationes, quæ cõmunia sunt omniũ bellorum naualium, non uideo quorsum attineat multis cõmemorare. Quæ aũt huius loci propria sunt, & digna principatu, & supradictis cõsentanea, ea demũ est mei officij dicere. Tantũ enim nostra urbs cæteris, dum incolumis esset, antecelluit, ut euersa etiã, plures triremes ad præliũ pro Græciæ salute cõmittendũ cõtulerit, quàm cæteri omnes qui nauali prælio interfuerũt. Neq; uerò quisquam adeò nobis inimicus est, quin fateatur, id nauale præliũ uictoriæ causam extitisse, atq; idipsum nostræ urbi acceptũ esse referendum. Itaq; cum bellum erit Barbaris inferendum, quorũ potius decet esse principatũ? non eorũ, qui bello superiore præclarißimè se gesserunt? qui & priuatim sæpe pro alijs dimicarunt, & in cõmunibus discriminibus primas meruerũt? Nõ eorũ, qui pro Græciæ salute suã urbẽ deseruerũt? nõ eorũ, qui et olim plurimas urbes cõdiderũt, et easdẽ denuò maximis è calamitatib. eripuerunt? An uerò nõ iniquißimè nobiscũ agetur, qui maximam partem malorum exantlauimus, si in iudicio dignitatis minus honoris consequamur? & qui tum pro salute omnium in prima acie stetimus, nunc alios sequi cogamur? Ac principatũ quidem meritò nostræ esse ciuitatis, facilè ex ijs quæ diximus cognoscetur.

Cogitate igitur cùm animis uestris, corrumperéne adolescentes uidear, an uerò ad uirtutẽ & subeunda pericula pro Repub. potius adhortari? æquiúsne sit ob hanc mihi orationẽ mulctam irrogari, an potius maximã à uobis gratiã referri? qui ijs laudib. (Cõmendatio Panegyricæ orationis.)

καὶ τὴν πόλιν καὶ τοὺς προγόνους, καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις γεγενημένους. ὥστε τούς τε πρότερον γράψαντας περὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην ἅπαντας, ἠφανικέναι τοὺς λόγους, αἰσχυνομένους ὑπὲρ τῶν εἰρημένων αὐτοῖς: τούς τε νυνὶ δοκοῦντας εἶναι δεινοὺς, μὴ τολμᾶν ἔτι λέγειν περὶ τούτων: ἀλλὰ καὶ καταμέμφεσθαι τὴν δύναμιν τὴν σφετέραν αὐτῶν. ἀλλ' ὅμως τούτων οὕτως ἐχόντων, φανήσονταί τινες τῶν εὑρεῖν μὲν οὐδὲν, οὐδ' εἰπεῖν ἄξιον λόγου δυναμένων, ἐπιτιμᾶν δὲ καὶ βασκαίνειν τὰ τῶν ἄλλων μεμελετηκότων, οἳ χαριέντως μὲν εἰρῆσθαι ταῦτα φήσουσι· τοῦτο γὰρ οὐ φθονήσουσιν εἰπεῖν. πολὺ μέντοι χρησιμωτέρους εἶναι τῶν λόγων, καὶ κρείττους τοὺς ἐπιπλήττοντας τοῖς νῦν ἁμαρτανομένοις, ἢ τοὺς τὰ πεπραγμένα πρότερον ἐπαινοῦντας· καὶ τοὺς περὶ ὧν δεῖ πράττειν συμβουλεύοντας, ἢ τοὺς τὰ παλαιὰ τῶν ἔργων διεξιόντας. ἵν' οὖν μηδὲ ταῦτ' ἔχωσιν εἰπεῖν, ἀφέμενος τοῦ βοηθεῖν τοῖς εἰρημένοις, πειράσομαι μέρος ἑτέρου λόγου τοσοῦτον, ὅσον περ ἄρτι, διελθεῖν ὑμῖν. ἐν ᾧ φανήσομαι περὶ τούτων ἁπάντων, πολλὴν ἐπιμέλειαν πεποιημένος. ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐν ἀρχῇ λεγόμενα, περὶ τῆς εἰρήνης τῆς πρὸς χίους, καὶ ῥοδίους, καὶ βυζαντίους. ἐπιδείξας δ' ὡς συμφέρει διαλύσασθαι τῇ πόλει τὸν πόλεμον, κατηγορῶ τῆς δυναστείας τῆς ἐν τοῖς ἕλλησι, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλατταν: ἀποφαίνων αὐτὴν οὐδὲν διαφέρουσαν, οὔτε ταῖς πράξεσιν, οὔτε τοῖς πάθεσι τῶν μοναρχιῶν. ἀναμιμνήσκω δὲ καὶ τὰ συμβάντα δι' αὐτὴν τῇ πόλει, καὶ λακεδαιμονίοις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι. διαλεχθεὶς δὲ περὶ τούτων, καὶ τὰς τῆς ἑλλάδος συμφορὰς ὀδυράμενος, καὶ τῇ πόλει παραινέ-

μετάβασις ἀπὸ τῶν ἐγκωμιαστικῶν ἐπὶ τὰ ἐπιτιμητικὰ, καὶ ἡ τοῦ εἰρηνικοῦ ὑπόθεσις.

tum urbem nostram, tum maiores, tum præclara illorum temporũ facinora ornarim, ut & ij qui prius idem argumentum tractarant, eorum pudore quæ dixerant, omnes suas orationes deleuerint: & qui etiam hodie inter eloquentes habentur, hisce de rebus, diffisi ingenijs suis, nihil iam dicere audeant. Quæ cùm ita sint, tamen existent aliqui ex istis, qui ipsi quidẽ excogitare nihil aut dicere possunt, quod audire sit operæpreciũ: sed in eo studio ætatem consumpserunt, ut aliorum dicta cauillentur & exagitent: qui eleganter quidem hæc esse dicta, sine inuidia fateantur: longè tamen utiliores eas orationes esse dictitent, quæ ea quæ nunc prauè ac temerè gerantur, reprehendant, quàm quæ res olim gestas laudent: & quæ quid agendum sit suadeant, quàm quæ uetera facinora commemorent. Vt igitur neque hæc possint dicere, omissa defensione superiorum, tantam uobis alterius orationis partem recitare conabor, quanta modò recitata est: ex qua me in harum rerum omnium curam sedulò incubuisse constabit. Agitur autem initiò de pace facienda cum Chijs, Rhodijs & Byzantijs. Cum enim ostendissem, è Republica esse, ut bellum deponeretur: accuso dominatum in Græcos usurpatum, & damno maris imperium: ac nihil id esse aliud pronuncio, quàm monarchiam quandam, siue actiones siue clades spectentur. Commemoro etiam, quid ex eo nostræ ciuitati, quid Lacedæmonijs, quid alijs omnibus usu uenerit. His explicatis, & Græciæ calamitates deploro, & ciues admo-

Transitio à laudatione ad reprehẽsionẽ: & argumentum orationis de Pace.

σας, ὡς χρὴ μὴ περιορᾶν αὐτὴν οὕτω πράττουσαν. ἐπὶ τελευτῆς, ἐπί τε τὴν δικαιοσύνην παρακαλῶ, καὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττω, καὶ περὶ τῶν μελλόντων συμβουλεύω. λαβὼν οὖν ἀρχὴν ταύτην ὅθεν διαλέγομαι περὶ αὐτῶν, ἀνάγνωθι καὶ τοῦτο τὸ μέρος αὐτοῖς.

ἘΚ ΤΟΥ ἘΙΡΗΝΙΚΟΥ.

Ἡγοῦμαι δὲ δεῖν ὑμᾶς, μὴ μόνον ψηφισαμένους τὴν εἰρήνην ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ βεβουλευμένους ὅπως ἄξομεν αὐτήν, καὶ μὴ ποιήσομεν ὅπερ εἰώθαμεν, ὡς ὀλίγον χρόνον διαλιπόντες, πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς καταστησόμεθα ταραχάς, μηδ' ἀναβολήν, ἀλλ' ἀπαλλαγὴν εὑρήσομέν τινα τῶν παρόντων κακῶν. οὐδὲν δὲ τούτων οἷόν τ' ἐστὶ γενέσθαι πρότερον, πρὶν ἂν πεισθῆτε, τὴν μὲν ἡσυχίαν ὠφελιμωτέραν καὶ κερδαλεωτέραν εἶναι τῆς πολυπραγμοσύνης, τὴν δὲ δικαιοσύνην τῆς ἀδικίας· τὴν δὲ τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν, τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας. περὶ ὧν οὐδεὶς πώποτε τῶν ῥητόρων εἰπεῖν ἐν ὑμῖν ἐτόλμησεν. ἐγὼ δὲ περὶ αὐτῶν τούτων τοὺς πλείστους τῶν λόγων μέλλω ποιεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς. ὁρῶ γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν τοῖς τοιούτοις ἐνοῦσαν, ἀλλ' οὐκ ἐν οἷς νῦν τυγχάνομεν πράττοντες. ἀνάγκη δὲ τὸν ἔξω τῶν εἰθισμένων ἐπιχειροῦντα δημηγορεῖν, καὶ τὰς ὑμετέρας γνώμας μεταστῆσαι βουλόμενον, πολλῶν πραγμάτων ἅψασθαι, καὶ διὰ μακροτέρων τοὺς λόγους ποιήσασθαι, καὶ τὰ μὲν ἀναμνῆσαι, τῶν δὲ κατηγορῆσαι, τὰ δ' ἐπαινέσαι, περὶ δὲ τῶν συμβουλεῦσαι. μόλις γὰρ ἄν τις ὑμᾶς ἐξ ἁπάντων τούτων ἐπὶ τὸ βέλτιον φρονῆσαι δυνηθείη προαγαγεῖν. ἔχει γὰρ οὕτως. ἐμοὶ δοκοῦσιν ἅπαντες μὲν ἐπιθυ-

neo, ut malis illis remedium aliquod inuenire studeant. Deniq; ad colendā iusticiā adhortor, & errata reprehendo, & de Republica in posterū ordinanda do consiliū. Orsus igitur inde, ubi his de rebus disserere incipio, hanc etiam partem recita.

EX ORATIONE DE PACE.

Sic aūt censeo, pacem nō tantùm decernendā: sed nō prius dimittendā esse concionē, quàm ratio fuerit inita, qua eā cōseruemus. Nec enim cōsultū fuerit, cōmittere, ut more nostro, nō multo pòst ijsdē tumultibus agitemur, aut morā duntaxat aliquā his malis producamus: sed opera danda, ut eis omnino liberemur. Quarū rerum nihil fieri potest, nisi persuaderi uobis patiamini, plus utilitatis & lucri esse in tranquillitate, quàm in conatu superuacaneo multarum rerum: iusticiam præstare iniuriæ, suarū rerum curam appetitioni alienarū opum. Quibus de rebus quum oratorū nemo unquā apud uos uerba facere ausus fuerit, orationis meæ maxima pars in his ipsis cōsumetur. Hinc enim pendère felicitatem uideo: & non in ijs sitam esse rebus, quas nunc agitamus. Omnino autē necesse est, eum qui à consueta dicendi ratione recesserit, & à sententia uos deducere studuerit, multis de reb. facere mentionē, atq; alicubi diutius immorari. Nā alia uobis in memoriam redigenda sunt, alia reprehendenda: quædam laudanda, de nōnullis consilium dandū: quæ si quis omnia præstiterit, tamē haud illi promptū erit uos ad meliorē mentem reuocare. Sic enim se res habet, mea quidē sentētia: uniuersi mortales utilitatis

suæ

μεῖν τοῦ συμφέροντος, καὶ τοῦ πλέον ἔχειν τῶν ἄλλων· οὐκ εἰδέναι δὲ τὰς πράξεις τὰς ἐπὶ ταῦτα φερούσας, ἀλλὰ ταῖς δόξαις διαφέρειν ἀλλήλων. οἱ μὲν γὰρ ἔχειν ἐπιεικεῖς, καὶ στοχάζεσθαι τοῦ δέοντος δυναμένας· οἱ δ' ὡς οἷόν τε πλεῖστον τοῦ συμφέροντος διαμαρτανούσας, ὅπερ καὶ τῇ πόλει συμβέβηκεν. ἡμεῖς γὰρ οἰόμεθα, ἢν τὴν θάλασσαν πλέωμεν πολλαῖς τριήρεσι, καὶ βιαζώμεθα τὰς πόλεις συντάξεις διδόναι, καὶ συνέδρους ἐνθάδε πέμπειν, διαπράξασθαί τι τῶν δεόντων. πλεῖστον δὲ διεψεύσμεθα τῆς ἀληθείας. ὧν μὲν γὰρ ἠλπίζομεν, οὐδὲν ἀποβέβηκεν. ἔχθραι δ' ἡμῖν ἐξ αὐτῶν τούτων, καὶ πόλεμοι καὶ δαπάναι μεγάλαι γεγόνασιν, εἰκότως. καὶ γὰρ τὸ πρότερον, ἐκ μὲν τῆς τοιαύτης πολυπραγμοσύνης, εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους κατέστημεν. ἐκ δὲ τοῦ δικαίαν τὴν πόλιν παρέχειν, καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ μηδενὸς τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, παρ' ἑκόντων τῶν ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἐλάβομεν. ὧν νῦν ἀλογίστως καὶ λίαν εἰκῆ, πολὺν ἤδη χρόνον καταφρονοῦμεν. εἰς τοῦτο γάρ τινες ἀνοίας ἐληλύθασιν, ὥσθ' ὑπειλήφασι τὴν μὲν ἀδικίαν ἐπονείδιστον μὲν εἶναι, κερδαλέαν δὲ καὶ πρὸς τὸν βίον τὸν καθ' ἡμέραν συμφέρουσαν. τὴν δὲ δικαιοσύνην, εὐδόκιμον μὲν, ἀλυσιτελῆ δὲ, καὶ μᾶλλον δυναμένην τοὺς ἄλλους ὠφελεῖν, ἢ τοὺς ἔχοντας αὐτήν. κακῶς εἰδότες, ὡς οὔτε πρὸς χρηματισμὸν, οὔτε πρὸς δόξαν, οὔτε πρὸς ἃ δεῖ πράττειν, οὔθ' ὅλως πρὸς εὐδαιμονίαν οὐδὲν ἂν συμβάλοιτο τηλικαύτην δύναμιν, ὅσην ἀρετὴ καὶ τὰ μέρη ταύτης. τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς οἷς ἔχομεν ἐν τῇ ψυχῇ, τούτοις κτώμεθα καὶ τὰς ἄλλας ὠφελείας, ὧν δεόμενοι τυγχάνομεν. ὥσθ' οἱ τῆς αὐτῶν

δια-

suæ sunt studiosi, & in eo elaborant, ut plus poßint alijs. Verùm quib. rationib. id aſſequãtur, in eo fallũtur pleriq;, et differũt inter ſeſe opinionib. Nã alij rectè iudicãt, et bono cõſilio id deligũt quod eſt reb. atq; tẽporib. maximè accõmodatũ: alij a ratione utilitatis toto (quod aiũt) cœlo aberrãt: id quod etiam noſtræ ciuitati uſuuenit. Nã in ea ſumus opinione, ſi multis triremib. mare nauigemus, & urbes tributa péndere cogamus, et huc mittere aſſeſſores, nos aliquod feciſſe operæpreciũ: in quo lõgißimè à ueritate aberrauimus, & ſpe noſtra prorſus fruſtrati ſumus. Nã illæ ipſæ res & inimicitiarũ & bellorũ, & multorũ ſumptuũ cauſæ nobis extiterũt. neq; profectò iniuria. Nã prius etiã huiuſmodi inquieta cõſilia nos in extrema diſcrimina cõiecerũt. Dũ aũt publicè iuſtitiæ ſtuderemus, dũ opẽ ferremus oppreßis, dũ nihil alienũ concupiſceremus, Græci principatũ ultrò nobis detulerũt: quos nũc incõſideratè, nimisq́; petulãter longo iã tẽpore contẽnimus. Quidã enim eò dementiæ uenerũt, ut exiſtimẽt iniuſtitiã probro ſam quidẽ eſſe, ſed afferre lucrũ, & in quotidiana uita cũ primis eſſe conducibilẽ: iuſticiã uerò, etſi laudari ſoleat, nihil emolumenti parere, & alijs utiliorem eſſe quàm ijs qui ea præditi ſunt. Verùm illi nõ intelligunt, neq; ad parandas opes, neq; ad gloriam conſequendã, neq; ad res neceſſarias gerendas, neq; deniq; ad felicitatem adipiſcendam, tantã eſſe uim in iniuria, quanta eſt in uirtute & eius partibus. Nã his bonis quæ animo inſunt, etiã cæteras utilitates, quibus opus eſt, paramus. Quare qui mentem
ſuam

διανοίας ἀμελοῦντες, λελήθασι σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τοῦ τι φρονεῖν ἄμεινον, καὶ τοῦ πράττειν βέλτιον ὀλιγωροῦντες. θαυμάζω δ' εἴ τις οἴεται τοὺς τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην ἀσκοῦντας, καὶ καρτερεῖν καὶ μένειν ἐν τούτοις ἐθέλοντας, ἔλαττον ἔχειν τῶν πονηρῶν: ἀλλ' οὐχ ἡγουμένους, καὶ παρὰ θεοῖς, καὶ παρ' ἀνθρώποις, πλέον οἴσεσθαι τῶν ἄλλων. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι τούτους μόνους ὧν δεῖ πλεονεκτεῖν, τοὺς δ' ἄλλους οὐδὲ γινώσκειν οὐδὲν ὧν βέλτιον ἐστίν. ὁρῶ γὰρ τοὺς μὲν τὴν ἀδικίαν προτιμῶντας, καὶ τὸ λαβεῖν τι τῶν ἀλλοτρίων μέγιστον ἀγαθὸν νομίζοντας, ὅμοια πάσχοντας τοῖς δελεαζομένοις τῶν ζώων. καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπολαύοντας ὧν ἂν λάβωσιν, ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἐν τοῖς μεγίστοις κακοῖς ὄντας. τοὺς δὲ μετ' εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης ζῶντας, ἔν τε τοῖς παροῦσι χρόνοις ἀσφαλῶς διάγοντας, καὶ περὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχοντας. καὶ ταῦτ' εἰ μὴ κατὰ πάντων οὕτως εἴθισται συμβαίνειν, ἀλλὰ τό γ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦτον γίγνεται τὸν τρόπον. χρὴ δὲ τοὺς εὖ φρονοῦντας, ἐπειδὴ τὸ μέλλον ἀεὶ συνοίσειν οὐ καθορῶμεν, τὸ πολλάκις ὠφελοῦν τοῦτο φαίνεσθαι προαιρουμένους. πάντων δ' ἀλογώτατον πεπόνθασιν, ὅσοι κάλλιον μὲν ἐπιτήδευμα νομίζουσιν εἶναι, καὶ θεοφιλέστερον τὴν δικαιοσύνην τῆς ἀδικίας: χεῖρον δ' οἴονται βιώσεσθαι τοὺς ταύτῃ χρωμένους, τῶν τὴν πονηρίαν προῃρημένων. ἐβουλόμην δ' ἄν, ὥσπερ πρόχειρόν ἐστιν ἐπαινέσαι τὴν ἀρετήν, οὕτω ῥᾴδιον εἶναι πεῖσαι τοὺς ἀκούοντας ἀσκεῖν αὐτήν. νῦν δὲ δέδοικα, μὴ μάτην τὰ τοιαῦτα λέγωμεν. διεφθάρμεθα γὰρ πολὺν ἤδη χρόνον ὑπ' ἀνθρώπων, οὐδὲν ἀλλ' ἢ φενακίζειν δυναμένων,

suam negligunt, non animaduertunt se id neglige-re, ut alÿs neq; rectius sentiant, nec meliore fortuna utantur. Atq; adeò mirũ mihi uidetur, esse qui putent, eos qui in proposito & constantia colendæ pietatis & iustitiæ labores suscipiant, & pericula adeant, deteriore conditione fore quàm improbos, nec in maiore quàm alios tam deorũ quàm hominũ gratia futuros. Ego uerò persuasum habeo, solos hos ÿs rebus antecellere, quæ ueras utilitates pariunt: reliquos ne intelligere quidem quid expediat. Nam qui palmam iniuriæ dant, & summũ bonum in eo ponunt, ut alienis opibus potiantur: eos similes esse uideo feris, quæ inescantur: ac initiò quidem his quæ prehenderint, cum uoluptate frui, sed paulo pòst in maximis esse malis. Eos autem qui pietatẽ & iusticiam colunt, & perpetuò in tuto esse, & de reliquo æui spacio uniuerso spem habere meliorem: Quæ si non in omnibus ita euenire consueuerunt, at plerunque hoc modo fiunt. Est autem cordatorum hominum officium, quoniam quid profuturũ sit semper, nõ perspicimus: quod freqũetius prodest, id amplecti. Quid autem est eorum opinione absurdius, qui cùm rem honestiorem & Deo gratiorem existiment iusticiam iniuria: uitam eorum qui illa utuntur, fore miseriorem censent, quàm eorum qui se improbitati manciparunt? Vtinã uerò tam facile esset, auditores amore uirtutis inflãmare, quàm eã laudare facile est. Nũc metuo ne frustra hæc à me dicãtur. Corrupti enim et deprauati sumus lõgo iã tẽpore ab hominibus, qui nihil nisi fucũ facere didicerunt:

μένων, οἳ τοσοῦτον τοῦ πλήθους καταπεφρονήκασιν, ὥσθ' ὁπόταν βουληθῶσι πόλεμον πρός τινας ἐξενεγκεῖν, αὐτοὶ χρήματα λαμβάνοντες, λέγειν τολμῶσιν, ὡς χρὴ τοὺς προγόνους μιμεῖσθαι, καὶ μὴ περιορᾶν ἡμᾶς αὐτοὺς καταγελωμένους· μηδὲ τὴν θάλασσαν πλέοντας, τοὺς μὴ τὰς συντάξεις ἐθέλοντας ὑμῖν ἀποτελεῖν. ἡδέως ἂν οὖν αὐτῶν πυθοίμην, τίσιν ἡμᾶς τῶν προγεγενημένων ὁμοίους κελεύουσι γίγνεσθαι· πότερον τοῖς περὶ τὰ περσικὰ γενομένοις, ἢ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου τοῦ δεκελεικοῦ τὴν πόλιν διοικήσασιν; εἰ μὲν γὰρ τούτοις, οὐδὲν ἀλλ' ἢ συμβουλεύουσι πάλιν ἡμῖν περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύειν. εἰ δὲ τοῖς ἐν μαραθῶνι νικήσασι, καὶ τοῖς πρὸ τούτων γενομένοις: πῶς οὐ πάντων ἀναισχυντότατοι τυγχάνουσιν ὄντες, εἰ τοὺς τότε πολιτευομένους ἐπαινοῦντες, τἀναντία πράττειν ἐκείνοις πείθουσιν ἡμᾶς, καὶ τοιαῦτα ἐξαμαρτάνειν, περὶ ὧν ἀπορῶ τί ποιήσω· πότερα χρήσωμαι τῇ ἀληθείᾳ, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων: ἢ κατασιωπήσω, δείσας τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀπέχθειαν; δοκεῖ μὲν γάρ μοι βέλτιον εἶναι διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν. ὁρῶ δ' ὑμᾶς χαλεπώτερον διατιθεμένους πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας, ἢ πρὸς τοὺς αἰτίους τῶν κακῶν γεγενημένους. οὐ μὴν ἀλλ' αἰσχυνθείην ἄν, εἰ φανείην μᾶλλον φροντίζων τῆς ἐμαυτοῦ δόξης, ἢ τῆς κοινῆς σωτηρίας. ἐμὸν οὖν ἔργον ἐστί, καὶ τῶν ἄλλων τῶν κηδομένων τῆς πόλεως, προαιρεῖσθαι τῶν λόγων, μὴ τοὺς ἡδίστους, ἀλλὰ τοὺς ὠφελιμωτάτους. ὑμᾶς δὲ χρὴ πρῶτον μὲν τοῦτο γινώσκειν, ὅτι τῶν μὲν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι καὶ παντοδαπαὶ τοῖς ἰατροῖς εὕρηνται. ταῖς δὲ ψυχαῖς ταῖς ἀγνοούσαις, καὶ γεμούσαις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν,

serunt: qui populum usque adeò contemnunt, ut cùm ipsi largitionibus corrupti, bellum aliquibus inferre studeant, dicere ausint, maiores esse imitãdos: neque committendum, ut ludibrio simus alijs: aut ullis mare pateat, qui uobis nolint tributa pensitare. Ego uerò perquàm ex illis audire cupio, quorum superioris ætatis hominum nos similes esse iubeant? Eorúmne qui circa bella Persica fuerunt: an eorum qui ante bellum Decelicum Rempublicã gesserunt? Quòd si horum: quid quæso suadent aliud, quàm denuò fortunas omnes, ipsamq́ue libertatem periclitandam? Sin illorum qui in Marathone uicerunt, & eorum qui ante illos uixerunt: ánnon sunt omnium impudentissimi, qui eos laudent, qui tum urbi præfuerunt, cùm nunc contraria uobis facienda censeant? Nam eò quidem uos inducunt, & ad ea delicta impellunt, ut ego sim animi dubius quid agam: utrum ut in cæteris, id quod res est, dicam; an metu uestræ offensionis silentio prætercam? Nam illud quidem potius esse duco, nihil ut dissimulem. Sed idem uos eis grauius irasci solere uideo, qui reprehendunt, quàm ijs qui calamitate uos affecerũt. Verùm utcunque res ceciderit, turpe iudico, meæ famæ potius quàm publicæ salutis rationem habere. Vt igitur & meum, & cæterorum qui Rempublicam curant, officium est, ea dicere quæ non auditu iucundissima, sed quæ factu sunt utilissima: sic uos contrà statuere debetis, primùm, morborum corporis multas et uarias curationes à medicis esse inuentas: animis autem ignaris, & malarũ cupiditatum

μῶν, οὐδέν ἐστιν ἄλλο φάρμακον, πλὴν λόγος ὁ τολμῶν τοῖς ἐξαμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν. ἔπειθ' ὅτι καταγέλαστόν ἐστι, τὰς μὲν καύσεις καὶ τὰς τομὰς τῶν ἰατρῶν ὑπομένειν, ἵνα πλειόνων ἀλγηδόνων ἀπαλλαγῶμεν, τοὺς δὲ λόγους ἀποδοκιμάζειν, πρὶν εἰδέναι σαφῶς, εἰ τοιαύτην ἔχουσι τὴν δύναμιν, ὥστ' ὠφελῆσαι τοὺς ἀκούοντας. τούτου δ' ἕνεκα ταῦτα προεῖπον, ὅτι περὶ τῶν λοιπῶν οὐδὲν ὑποστειλάμενος, ἀλλὰ παντάπασιν ἀνειμένως, μέλλω ποιεῖσθαι τοὺς λόγους πρὸς ὑμᾶς. τίς γὰρ ἂν ἄλλοθεν ἐπελθὼν, καὶ μήπω συνδιεφθαρμένος ἡμῖν, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐπιστὰς τοῖς γιγνομένοις, οὐκ ἂν μαίνεσθαι καὶ παραφρονεῖν ἡμᾶς νομίσειεν, οἳ φιλοτιμούμεθα μὲν ἐπὶ τοῖς τῶν προγόνων ἔργοις, καὶ τὴν πόλιν ἐκ τῶν τότε πραχθέντων ἐγκωμιάζειν ἔχομεν, οὐδὲν δὲ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις πράττομεν, ἀλλ' ἅπαν τοὐναντίον. οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν ἑλλήνων τοῖς βαρβάροις πολεμοῦντες διετέλεσαν· ἡμεῖς δὲ τοὺς ἐκ τῆς ἀσίας τὸν βίον ποριζομένους, ἐκεῖθεν ἀναστήσαντες, ἐπὶ τοὺς ἕλληνας ἠγάγομεν. κἀκεῖνοι μὲν ἐλευθεροῦντες τὰς πόλεις τὰς ἑλληνίδας, καὶ βοηθοῦντες αὐταῖς, τῆς ἡγεμονίας ἠξιώθησαν. ἡμεῖς δὲ καταδουλούμενοι, καὶ τἀναντία τοῖς τότε πραττομένοις ποιοῦντες, ἀγανακτοῦμεν, εἰ μὴ τὴν αὐτὴν τιμὴν ἐκείνοις ἕξομεν. οἳ τοσοῦτον ἀπολελείμμεθα καὶ τοῖς ἔργοις καὶ ταῖς διανοίαις τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γεγενημένων, ὅσον οἱ μὲν ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων σωτηρίας, τήν τε πατρίδα τὴν αὑτῶν ἐκλιπεῖν ἐτόλμησαν, καὶ μαχόμενοι καὶ ναυμαχοῦντες, τοὺς βαρβάρους ἐνίκησαν, ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ

plenis, nullum aliud esse remedium, nisi orationem, quæ liberè delicta reprehendat. Deinde ridiculum esse, cum ustiones & sectiones medicorum toleremus, quò plures dolores depellamus: orationes, antequam planè cognitum sit, an eam uim habeant, ut audientibus prosint, improbare? Hæc eò præfatus sum, quòd de cæteris sine omni dissimulatione, & prorsus apertè apud uos dicere decreui. Quis enim obsecro est, qui peregrè aduenions, & nostri erroris expers adhuc, si hisce rebus de improuiso interueniat, non delirare nos & insanire arbitretur? qui cùm res à maioribus præclarè gestas, laudi nobis ducamus, & Rempublicam nostram eo nomine celebrare possimus: tantum abest ut eos ulla ex parte imitemur, ut planè contraria faciamus. Nam illi quidem pro Græcis contra Barbaros pugnare non destiterunt: nos uerò, eos qui in Asia uictum quæritabant, huc retractos, contra Græcos duximus. Illi, dum Græcis urbibus libertatem restituunt, dum opem ferunt, Græciæ principatum acceperunt: nos qui seruitutem illis imponimus, qui planè diuersum agimus, indignamur eundem honorem nobis non haberi: cum inter dicta & facta nostra atque illorum tantum intersit, ut ipsi pro conseruandis Græcis patriam deserere non dubitarint, & terra maríque pugnando Barbaros superarint: cùm nos ne pro

τῆς ἡμετέρας αὐτῶν πλεονεξίας κινδυνεύειν ἀξιοῦ-
μεν. ἀλλ' ἀρχῆς μὲν ἁπάντων ζητοῦμεν, στρατεύεσθαι
δ' οὐκ ἐθέλομεν. καὶ πόλεμον μὲν μικροῦ δεῖν πρὸς
ἅπαντας ἀνθρώπους ἀναιρούμεθα, πρὸς δὲ τοῦτον οὐχ
ἡμᾶς αὐτοὺς ἀσκοῦμεν· ἀλλ' ἀνθρώπους αἱρούμεθα,
τοὺς μὲν ἀπόλιδας, τοὺς δ' αὐτομόλους, τοὺς δ' ἐκ τῶν
ἄλλων κακουργιῶν συνερρυηκότας, οἷς ὁπόταν τις διδῷ
πλείονα μισθόν, μετ' ἐκείνου ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθοῦσιν.
ἀλλ' ὅμως οὕτως αὐτοὺς ἀγαπῶμεν, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν
τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων, εἴπερ τινὲς ἐξαμαρτάνοιεν,
οὐκ ἂν ἐθελήσαιμεν αὐτοὺς δίκας ὑποσχεῖν. ὑπὲρ δὲ
τῆς ἐκείνων ἁρπαγῆς καὶ βίας καὶ παρανομίας, μελ-
λόντων τῶν ἐγκλημάτων ἐφ' ἡμᾶς ἥξειν, οὐχ ὅπως ἀ-
γανακτοῦμεν, ἀλλὰ καὶ χαίρομεν, ὅταν ἀκούσωμεν αὐ-
τοὺς τοιοῦτό τι διαπεπραγμένους. εἰς τοῦτο δὲ μωρίας
ἐληλύθαμεν, ὥστ' αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς τῶν καθ' ἡμέραν
ἐσμέν, ξενοτροφεῖν δ' ἐπικεχειρήκαμεν. καὶ τοὺς συμ-
μάχους τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν λυμαινόμεθα, καὶ δασμο-
λογοῦμεν, ἵνα τοῖς ἁπάντων ἀνθρώπων κοινοῖς ἐχθροῖς
τὸν μισθὸν ἐκπορίζωμεν. τοσούτῳ δὲ χείρους ἐσμὲν τῶν
προγόνων, οὐ μόνον τῶν εὐδοκιμησάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν
μισηθέντων, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν εἰ πολεμεῖν πρός τινας
ἐψηφίσαντο, μεστῆς οὔσης ἀργυρίου καὶ χρυσίου τῆς ἀκρο-
πόλεως, ὅμως δ' ὑπὲρ τῶν δοξάντων τοῖς αὐτῶν σώ-
μασιν ᾤοντο δεῖν κινδυνεύειν. ἡμεῖς δ' εἰς τοσαύτην
ἀπορίαν ἐληλυθότες, καὶ τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὄντες, ὥ-
σπερ βασιλεὺς ὁ μέγας, μισθωτοῖς χρώμεθα τοῖς στρα-
τοπέδοις. καὶ τότε μὲν εἰ τριήρεις πληροῖεν, τοὺς μὲν ξέ-
νους καὶ τοὺς δούλους ναύτας ἐνεβίβαζον, τοὺς δὲ πολίτας
μεθ' ὅπλων ἐξέπεμπον, νῦν δὲ τοῖς μὲν ξένοις ὁπλί-
ταις

nostra quidem auaricia dimicare audeamus. Imperitare quidem studemus omnibus, sed militare nolumus: ac nemo ferè est mortalium omnium, quem bello non lacessamus, sed rei militaris exercitationē ipsi prorsus negligimus. Et cùm hi quorum operas cōducimus, partim exules, partim transfugæ, partim omni flagitiorum genere cooperti, huc confluxerint, sic animati, ut si quis plus stipendij numeret, eius ductu nos oppugnaturi sint: adeò tamen eos diligimus, ut etiam si liberis nostris uim aut iniuriā fecerint, pœnas ab eis exigere ne uelimus quidem. Iam illorum auariciæ, rapinis & iniquitati, tametsi nobis crimini dari soleat quod illi commiserint, adeò non succensemus: ut lætemur etiam, si quid eos eiusmodi perpetrasse audiuerimus. eò denique stulticiæ uenimus, ut ipsi annonæ penuria laborantes, peregrinum alere militem instituamus: & à socijs nostris tributa per iniuriam extorqueamus, quò mercedem communibus omnium hostibus numeremus. Postremò tanto deteriores sumus maioribus nostris (de laudatis illis nihil dico, sed de his qui in odio fuerunt) ut illi, si quibus bellum facere decreuissent, quamuis auro & argento refertum esset ærarium, tamen suis corporibus exequenda, quæ statuerant, censerent: nos ad tantam egestatem redacti, in tanta ciuium multitudine, perinde ut magnus rex, conducticijs exercitibus utamur. illi classe in mare deducta, peregrinos & seruos nauibus agendis præficiebant, ciues armis ornatos emittebant: nos conducticijs militibus grauem

φοις χρώμεθα, τοὺς δὲ πολίτας ἐλαύνειν ἀναγκάζο-
μεν. ὥσθ' ὁπόταν ἀποβαίνωσιν εἰς τὴν τῶν πολεμίων,
οἱ μὲν ἄρχειν τῶν Ἑλλήνων ἀξιοῦντες, ὑπηρέσιον ἔχον-
τες ἐκβαίνουσιν. οἱ δὲ τοιοῦτοι τὰς φύσεις ὄντες, οἵους ὀλί-
γῳ πρότερον διῆλθον, μεθ' ὅπλων κινδυνεύουσιν. ἀλ-
λὰ γὰρ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἄν τις ἰδὼν καλῶς διοικού-
μενα, περὶ τῶν ἄλλων θαρρήσειεν, ἀλλ' οὐκ ἐπ' αὐτοῖς
τούτοις μάλιστ' ἀγανακτήσειεν; οἵτινες αὐτόχθονες
μὲν εἶναι φαμὲν, καὶ τὴν πόλιν ταύτην προτέραν οἰ-
κισθῆναι τῶν ἄλλων: προσῆκον δ' ἡμᾶς ἅπασιν εἶναι
παράδειγμα, τοῦ καλῶς καὶ τεταγμένως πολιτεύε-
σθαι, χεῖρον καὶ ταραχωδέστερον τὴν ἡμετέραν αὐτῶν
διοικοῦμεν τῶν ἄρτι τὰς πόλεις οἰκιζόντων. καὶ σεμνυ-
νόμεθα μὲν, καὶ μέγα φρονοῦμεν, ἐπὶ τῷ βελτίονες
γεγονέναι τῶν ἄλλων: ῥᾷον δὲ μεταδίδομεν τοῖς βου-
λομένοις ταύτης τῆς εὐγενείας, ἢ Τριβαλλοὶ καὶ Λευ-
κανοὶ τῆς αὐτῶν δυσγενείας. πλείστους δὲ τιθέμενοι νό-
μους, οὕτως ὀλίγον αὐτῶν φροντίζομεν (ἓν γὰρ ἀκούσαντες
γνώσεσθε καὶ περὶ τῶν ἄλλων) ὥστε θανάτου τῆς ζημίας
ἐπικειμένης, ἄν τις ἁλῷ δεκάζων, τοὺς τοῦτο φανερώ-
τατα ποιοῦντας στρατηγοὺς χειροτονοῦμεν· καὶ τὸν πλεί-
στους διαφθεῖραι τῶν πολιτῶν δυνηθέντα, τοῦτον ἐπὶ τὰ
μέγιστα τῶν πραγμάτων καθίσταμεν. σπουδάζοντες
δὲ περὶ τὴν πολιτείαν οὐχ ἧττον, ἢ περὶ τὴν σωτηρίαν,
ὅλης τῆς πόλεως ἀμελοῦμεν. καὶ τὴν δημοκρατίαν εἰ-
δότες ἐν μὲν ταῖς ἡσυχίαις καὶ ταῖς ἀσφαλείαις αὐ-
ξανομένην καὶ διαμένουσαν, ἐν δὲ τοῖς πολέμοις δὶς ἤδη
καταλυθεῖσαν, πρὸς μὲν τοὺς τῆς εἰρήνης ἐπιθυμοῦντας,
ὡς πρὸς ὀλιγαρχικοὺς ὄντας, δυσκόλως ἔχομεν· τοὺς δὲ
τὸν πόλεμον ποιοῦντας, ὡς τῆς δημοκρατίας κηδομέ-
νους

armaturam damus, ciues remigare cogimus. Vnde fit, ut in hostilem agrum egreßi, qui sibi imperium in Græcos arrogant, nauticum instrumentum gestent: illi uerò talibus ingeniјs præditi, qualia paulo antè descripsimus, armati in acie uersentur. At uerò domi Respublica sic administratur, ut in eam intuenti bona spes fiat etiam de cæteris? imò illud ipsum est quod maximè indigneris. Nam cùm nos & indigenas esse, & hanc urbem ante cæteras esse conditam dicamus, & nos uniuersis exemplum præbere conueniat præclaræ ordinatæq; Reipublicæ: nostram urbem deterius & perturbatius administramus, quàm ij qui modò oppida condunt. Splendore quidem natalium superbimus, & alijs generosiores esse uolumus: sed facilius quibusuis hãc nobilitatem impertimus, quàm Triballi aut Lucani suam ignobilitatem. Leges plurimas ferimus: sed easdem ita contemnimus, ut, cùm pœna capitis in eum sancita sit (uno enim audito, etiam de cæteris iudicabitis) qui sit ambitus conuictus: eos qui palàm id faciunt, imperatores deligamus: & quò quisque plures ciues corruperit, eò rebus à nobis maioribus præficiatur. Cum de Reipublicæ forma non minus soliciti simus, quàm de salute, totam ciuitatem negligimus. Cùm popularem statum tranquillis & pacatis rebus crescere & confirmari sciamus, bellis uerò iam bis sublatum esse: pacis studiosos, quasi omnia ad paucorum arbitrium reuocare conentur, odimus; qui autem bella concitant, hos demum & popula-

Equidem haud ignoro, quantum ad perſuadendum interſit, utrum uiua uoce, an per literas conſilium detur: non eo tantùm, quòd ijſdem de rebus præſenti cum præſentibus agere, quàm ſcriptis, facilius eſt: aut quòd omnes dictis quàm ſcriptis plus credunt, & illa tanquam decreta, hæc ut figmenta audiunt: ſed propterea in primis, quòd in congreßibus, ſi quid forte uel non rectè intelligitur, uel non creditur, is qui coràm adeſt, utrique incommodo leui opera medetur. in ſcriptis, ſi talis ſcrupulus inciderit, nemo eſt qui tollat, ipſo autore & defenſore non præſente. Sed cum totius rei penes te iudicium ſit futurum: bona mihi ſpes eſt, orationem noſtram ponderis aliquid apud te habituram: quem reiectis omnibus id genus impedimentis, res ipſas ſpectaturum arbitror. Quidam autem, qui in congreſſum & colloquium tuum uenerunt, me ab hoc inſtituto deterrere ſunt conati, cum dicerent, apud te aſſentatores in precio eſſe, contemni monitores. Quorum uerbis ſi crederem, omnino quieuiſſem. Sed nemo mihi perſuadebit, poſſe fieri, ut quiſquam tanta & rerum geſtarum gloria, & laude ſapientiæ cæteris antecellat, niſi ex alijs diſcat, alios audiat, alijs benefaciat, & undecunque accerſat & colligat ea quibus ingenium excolatur. Et hæ me cauſæ, ut ad te ſcriberem, mouerũt. Dicturus autem magnis de rebus, deq; ijs quas audire nemini mortalium quàm tibi magis conuenit: te alacriter adeò

Occupatio, & liberior admonitio, ſpecie laudationis.

θύμως οὕτω σε παρακαλεῖν, ἵνα γένῃ συγγράμματος ἀκροατής. οὐ γὰρ οὔτ' ἐγὼ τυγχάνω φιλοτίμως διακείμενος, οὔτε σὺ λανθάνεις ἡμᾶς πλήρης ὢν τῶν τοιούτων. πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνο πᾶσι φανερόν, ὅτι τοῖς μὲν ἐπιδείξεως δεομένοις αἱ πανηγύρεις ἁρμόττουσιν. ἐκεῖσε γὰρ ἄν τις ἐν πλείστοις τὴν αὑτοῦ δύναμιν διασπείρειε. τοῖς δὲ διαπράξασθαί τι βουλομένοις, πρὸς τοῦτον διαλεκτέον, ὅστις τάχιστα μέλλει τὰς πράξεις ἐπιτελεῖν, τὰς ὑπὸ τοῦ λόγου δηλωθείσας. εἰ μὲν οὖν μιᾷ τινι τῶν πόλεων εἰσηγούμην, πρὸς τοὺς ἐκείνης προεστῶτας τοὺς λόγους ἂν ἐποιούμην. ἐπειδὴ δ' ὑπὲρ τῆς τῶν ἑλλήνων σωτηρίας παρεσκεύασμαι συμβουλεύειν: πρὸς τίν' ἂν δικαιότερον διαλεχθείην, ἢ πρὸς τὸν πρωτεύοντα τοῦ γένους, καὶ μεγίστην ἔχοντα δύναμιν; καὶ μὴν οὐδ' ἀκαίρως φανησόμεθα, μεμνημένοι περὶ τούτων. ὅτε μὲν γὰρ λακεδαιμόνιοι τὴν ἀρχὴν εἶχον, οὐ ῥᾴδιον ἦν ἐπιμεληθῆναί σοι τῶν περὶ τὸν τόπον τὸν ἡμέτερον, οὐδὲ τούτοις ἐναντία πράττειν. νῦν δ' οὕτω πράττουσιν, ὥστ' ἀγαπᾶν, ἢν τὴν χώραν τὴν αὑτῶν ἔχωσιν. ἡ δ' ἡμετέρα πόλις ἡδέως ἂν αὐτήν σοι παράσχοι συναγωνιζομένην, ἤν τι πράττῃς ὑπὲρ τῆς ἑλλάδος ἀγαθόν. πῶς οὖν ἂν παραπέσοι καλλίων καιρὸς τοῦ νῦν σοι παρόντος; καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ μήτε δημηγορῶν, μήτε στρατηγῶν, μήτ' ἄλλως δυνάστης ὤν, οὕτως ἐμβριθὲς αἱροῦμαι πρᾶγμα: καὶ δυοῖν ἐπιχειρῶ τοῖν μεγίστοιν, ὑπέρ τε τῆς ἑλλάδος λέγειν, καὶ σοὶ συμβουλεύειν. ἐγὼ γὰρ τοῦ μὲν πράττειν τι τῶν κοινῶν, εὐθὺς ἐξέστην. δι' ἃς δὲ προφάσεις, πολὺ ἂν εἴη ἔργον λέγειν. τῆς δὲ παιδεύσεως τῆς τῶν μὲν μικρῶν καταφρονούσης, τῶν δὲ μεγάλων ἐφ-

προκαταλη-πτικὴ περιαυτολογίας.

esse hortandū existimaui, ut scriptā orationē audire dignareris. Neq; enim aut ego nūc gloriolam capto, aut te eiusmodi orationes uel ad satietatem audiuisse ignoramus. Adhæc illud etiā omnib. est perspicuū, si qui ostentare ingenia cupiant, celebres eis cōuentus esse petēdos, in quibus plurimos inueniēt eloquētiæ suæ admiratores. Si qui aūt perficere aliquid studeant, iis cū eo disserendū esse, qui reb. ipsis, quæ oratione fuerint expositæ, summum fastigium quāprimùm imponat. Quòd si urbi alicui cōsilium darē, cū magistratib. & principib. ciuitatis sermonē haberē: quū uerò de salute Græcorū tuenda suadere instituerim, quis nam mihi æquius appellandus erit, quàm is qui & nobilitate et potētia Græcis omnib. antecellit? Neq; uerò nos harū rerū intempestiuè mentionē facere censendū est. Nam dum Lacedæmonij rerū potirentur, difficile tibi fuisset, gentis nostræ suscipere curā, illisq; aduersari. Nunc uerò in eo loco res eorū sunt, ut bene secū agi putent, si suam ditionē tueri queant. Nostra uerò ciuitas promptißimè tecū suas opes coniūget, si de Græcia bene mereri studueris. Quæ igitur hac melior occasio tibi dari queat? Mirari autem non debes, me, qui neq; orator sim, neq; imperator, nec alioqui uir potens, negocium tam arduum suscepisse: duasq; res maximas conari; ut & de statu Græciæ orationem habeam, & tibi dem consilium. Nam ego ut nunquam geßi Rempublicam (qua quibus de causis abstinuerim, dictu operosum fuerit) sic nemo negabit, opinor, me ea doctrina quæ res minutas despicit, & consequi arduas

Occupatio, qua sibi autoritatē conciliat.

ἐφικνεῖσθαι περαμένης, οὐκ ἂν φανείην ἄπειρος γεγενημένος. ὥστ' οὐδὲν ἄτοπον, εἴ τι τῶν συμφερόντων ἰδεῖν ἂν μᾶλλον δυνηθείην, τῶν ἐκεῖ μὲν πολιτευομένων, μεγάλην δὲ δόξαν ἐσχηκότων. δηλώσομεν δ' οὐκ εἰς ἀναβολὰς, εἴ τινος ἄξιοι τυγχάνομεν ὄντες· ἀλλ' ἐκ τῶν ῥηθήσεσθαι μελλόντων.

ὙΠΌΘΕΣΙΣ ΤΗ͂Σ Β. ἐπιστολῆς.

Τριμερὴς ἡ ἐπιστολή ἐστιν. πρῶτον μὲν γὰρ ἀποτρέπει φίλιππον τῆς ἐν τῷ πολέμῳ προπετείας, κολακευτικῶς μέν τοι μᾶλλον ἴσως ἢ ἐσπουδασμένως: ἥν τινα καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς νικηφόρος ἐκφαυλίζων φησὶν, ὅτι τὸ ἀεὶ ἐν παρατάξει ἀναστρέφεσθαι, ταῖς χερσὶ διαμαχόμενον τοῖς πολεμίοις, ἀπάνθρωπόν τί ἐστι, καὶ θηριῶδες. ὅταν δὲ καιρὸς ᾖ, καὶ ἡ ἀνάγκη ἀπαιτῇ, τῇ χειρὶ διαγωνίζεσθαι χρὴ, καὶ θάνατον αἱρετέον ἀντὶ δουλείας καὶ ἀτιμίας. εἶτα δὲ πείθειν ἐπιχειρεῖ, πολεμῆσαι τῷ περσῶν βασιλεῖ. καὶ τελευτῶν παραινεῖ ἀντιποιεῖσθαι τῆς ἀθηναίων φιλίας, καὶ πάντας τοὺς ἕλληνας εὐεργετεῖν.

ἸΣΟΚΡΆΤΗΣ ΦΙΛΊΠπῳ χαίρειν.

εὐνοίας λῆψις, κατὰ προκατάληψιν, καὶ προσοχὴ κατὰ σύγκρισιν.

Οἴδαμεν, ὅτι πάντες εἰώθασι πλείω χάριν ἔχειν τοῖς ἐπαινοῦσιν, ἢ τοῖς συμβουλεύουσιν. ἄλλως τε καὶ ἂν μὴ κελευσθείς τις ἐπιχειρῇ τοῦτο ποιεῖν. ἐγὼ δ' εἰ μὲν μὴ πρότερον ἐτύγχανόν σοι παρῃνεκὼς μετὰ πολλῆς εὐνοίας, ἐξ ὧν ἐδόκεις μοι μάλιστα τὰ πρέποντα σαυτῷ πράττειν, οὐκ ἂν ἴσως γε νῦν ἐπεχείρουν ἀποφαίνεσθαι περὶ τῶν σοὶ συμβεβηκότων. ἐπειδὴ δὲ προειλόμην φροντίζειν τῶν σῶν πραγμάτων, καὶ τῆς πόλεως ἕνεκα τῆς ἐμαυτοῦ καὶ τῶν

arduas conatur, non esse destitutum. Quare absurdi nihil fuerit, me, quid publicè prosit, aliquanto acutius perspicere, quàm qui isthic Reipublicæ præsunt, magnamq; autoritatem habent. Statim autem declarabimus, an alicuius precij simus: cuius rei testis aptissimus ipsa erit oratio.

ARGVMENTVM EPIstolæ secundæ.

Tres sunt huius epistolæ partes. Primùm dehortatur Philippum à bellandi temeritate, de qua Cicero etiam sic scribit: Temerè autem in acie uersari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam & belluarũ simile est. Sed cum tempus necessitasq; postulat, decertandum manu est, & mors seruituti turpitudiniq; anteponenda. Deinde persuadere conatur, ut regi Persarum bellum inferat. Postremò hortatur, ut populi Atheniensis amicitiam expetat, & de Græcis omnibus bene mereatur.

ISOCRATES PHIlippo S. D.

EQuidem scio, solere gratiores esse omnib. laudatores, quàm monitores: præsertim, si quis præcipiẽdi munus, non rogatus, ipse ultrò suscipiat. Ego uerò, nisi prius optimo studio te monuissem ijs de rebus, quæ officij tui esse maximè uidebantur: fortasse nunc de ijs quæ tibi acciderunt, pronũciare non instituerem. Sed quia mihi propositum est, rerum tuarum gerere curam, cùm patriæ meæ, tum cætero-

Beneuolẽtię captatio per occupationẽ: & attentionis, per collationem.

τῶν ἄλλων ἐλλείπων· αἰσχυνθείην ἂν, εἰ περὶ μὲν τῶν ἧττον ἀναγκαίων φαινοίμην σοι συμβεβουλευκὼς, ὑπὲρ δὲ τῶν μᾶλλον κατεπειγόντων μηδένα λόγον ποιοίμην: καὶ ταυτί πως ἐκεῖνα μὲν ὑπὲρ δόξης ὄντα, ταῦτα δ' ὑπὲρ τῆς σωτηρίας. ἧς ὀλιγωρεῖν ἅπασιν ἔδοξας τοῖς ἀκούσασι τὰς περὶ σοῦ ῥηθείσας βλασφημίας. οὐδεὶς γάρ ἐστιν, ὅς τις οὐ κατέγνω προπετέστερόν σε κινδυνεύειν, ἢ βασιλικώτερον: καὶ μᾶλλόν σοι μέλειν τῶν περὶ τὴν ἀνδρείαν ἐπαίνων, ἢ τῶν ὅλων πραγμάτων. ἔστι δ' ὁμοίως αἰσχρὸν, περιστάντων τῶν πολεμίων, μὴ διαφέροντα γενέσθαι τῶν ἄλλων: μηδεμιᾶς τε συμπεσούσης ἀνάγκης, αὐτὸν ἐμβάλλειν εἰς τοιούτους ἀγῶνας, ἐν οἷς κατορθώσας μὲν οὐδὲν ἦσθα μέγα διαπεπραγμένος: τελευτήσας δὲ τὸν βίον, ἅπασαν τὴν ὑπάρχουσαν εὐδαιμονίαν συνανεῖλες. χρὴ δὲ μὴ καλὰς ἁπάσας ὑπολαμβάνειν τὰς ἐν τοῖς πολέμοις τελευτάς: ἀλλὰ τὰς μὲν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, καὶ τῶν γονέων, καὶ τῶν παίδων, ἐπαίνων ἀξίας· τὰς δὲ ταῦτά τε πάντα βλαπτούσας, καὶ τὰς πράξεις τὰς πρότερον κατωρθωμένας κατερρυπαινούσας, αἰσχρὰς νομίζειν, καὶ φεύγειν ὡς αἰτίους ἀδοξίας γινομένας. ἡγοῦμαι δέ σοι συμφέρειν μιμεῖσθαι τὰς πόλεις, ὃν τρόπον διοικοῦσι τὰ περὶ τοὺς πολέμους. ἅπασαι γὰρ, ὅταν στρατόπεδον ἐκπέμπωσιν, εἰώθασι τὸ κοινὸν καὶ τὸ συμβουλευόμενον ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων, εἰς ἀσφάλειαν καθιστάναι. διὸ δὴ καὶ συμβαίνει μηδεμιᾶς ἀτυχίας συμπεσούσης, αἱρεῖσθαι καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν, ἀλλὰ πολλὰς ὑποφέρειν δύνασθαι συμφορὰς, καὶ πάλιν ἑαυτὰς ἐκ τούτων ἀναλαμβάνειν. ὃ καὶ σὲ δεῖ σκοπεῖν, καὶ

ἀποτροπὴ τοῦ παραβόλου τόλμης γνωμικὴ, κατὰ σύγκρισιν ἢ διλήμματον, ἢ διαστολῶν, καὶ ἐκ παραδειγμάτων.

cæterorum Græcorum causa: turpe mihi ducerem, cum de rebus non perinde necessarijs consilium tibi dedissem, nunc longè grauiorum nullam facere mentionem. Tum enim gloria tantùm agebatur, hæc uerò ad salutem tuam pertinent: quam neglexisse uisus es ijs omnibus qui conuicia in te dicta audiuerunt. Nemo enim est quin statuat, te in adeundis periculis magis esse temerarium, quàm regia dignitas patiatur: & de laude fortitudinis, quàm de summa rerum, plus solicitum esse. Atqui æquè turpe est, & hostibus circundatum, strenuè pugnando alijs non superiorem esse: &, quum nulla talis urget necessitas, in ea te discrimina conijcere, quibus superatis nihil memorabile gesseris: interfectus, omnes fortunas unà euertas. Neque uerò semper præclarum habendum est, in bellis occumbere: sed quando id fit pro defensione patriæ, parentum & liberûm, laudabile est. Quum uerò talis obitus & his omnibus nocet, & superiorum temporum successibus labem aspergit: turpis habendus & fugiendus est, ut ignominiæ conciliator. Eam potius in gerendis bellis rationem tibi sequendam censeo, qua urbes utuntur. Nam hæ omnes, quum aliquò mittunt exercitus, Rempublicam & senatum de rebus deliberantem, in tuto collocare solent. Vnde id etiam euenit, ut, si qua plaga fuerit accepta, non tamen unà uires omnes amittant: sed & multas clades perferre, & opes suas recuperare possint. Quod & tibi propositum esse debet: neq;

Dehortatio sentétiosa à pugnandi temeritate, per collationem, dilemma, distinctionem, & ab exéplis.

καὶ μηδὲν μεῖζον ἀγαθὸν τῆς σωτηρίας ὑπολαμβά-
νειν, ἵνα καὶ τὰς νίκας τὰς συμβαινούσας κατὰ τρόπον
διοικῇς. ἴδοις δ' ἂν καὶ λακεδαιμονίους, περὶ τῆς τῶν
βασιλέων σωτηρίας πολλὴν ἐπιμέλειαν ποιουμέ-
νους, καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους τῶν πολιτῶν φύλακας αὐ-
τῶν καθιστάντας. οἷς αἴσχιόν ἐστιν ἐκείνους τελευτήσαν-
τας περιϊδεῖν, ἢ τὰς ἀσπίδας ἀποβαλεῖν. ἀλλὰ μὴν
οὐδ' ἐκεῖνά σε λέληθεν, ἃ ξέρξῃ τε τῷ καταδουλώ-
σασθαι τοὺς ἕλληνας βουληθέντι, καὶ κύρῳ τῷ τῆς βασι-
λείας ἀμφισβητήσαντι συνέπεσεν. ὁ μὲν γὰρ τηλικαύ-
ταις ἥτταις καὶ συμφοραῖς περιπεσών, ἡλίκας οὐδεὶς
ἄλλος οἶδε γενομένας, διὰ τὸ περιποιῆσαι τὴν αὑτοῦ
ψυχὴν, τήν τε βασιλείαν κατέσχε, καὶ τοῖς παισὶ τοῖς
ἑαυτοῦ παρέδωκε: καὶ τὴν ἀσίαν οὕτω διῴκησεν, ὥστε
μηδὲν ἧττον αὐτὴν εἶναι φοβερὰν, ἢ πρότερον. κῦρος
δὲ νικήσας ἅπασαν τὴν βασιλέως δύναμιν, καὶ κρα-
τήσας τῶν πραγμάτων, διὰ τὴν αὑτοῦ προπέτειαν,
οὐ μόνον αὑτὸν ἀπεστέρησε τηλικαύτης δυναστείας: ἀλ-
λὰ καὶ τοὺς συνακολουθοῦντας εἰς τὰς ἐσχάτας συμφο-
ρὰς κατέστησεν. ἔχοιμι δ' ἂν παμπληθεῖς εἰπεῖν, οἳ
μεγάλων στρατοπέδων ἡγεμόνες γενόμενοι, διὰ τὸ προ-
διαφθαρῆναι, πολλὰς μυριάδας αὐτοῖς συναπώ-
λεσαν. ὧν ἐνθυμούμενον χρὴ μὴ τιμᾶν τὴν ἀνδρείαν
τὴν μετ' ἀνοίας καὶ φιλοτιμίας ἀκαίρου γιγνομένην·
μηδὲ πολλῶν κινδύνων ὑπαρχόντων ταῖς μοναρ-
χίαις, ἑτέρους ἀδόξους καὶ στρατιωτικοὺς αὐτῷ προσε-
ξευρίσκειν: μηδ' ἁμιλλᾶσθαι τοῖς ἢ βίου δυστυχοῦς ἀ-
παλλαγῆναι βουλομένοις, ἢ μισθοφορᾶς ἕνεκα μεί-
ζονος εἰκῆ τοὺς κινδύνους προαιρουμένους, μηδ' ἐπιθυ-
μεῖν τοιαύτης δόξης, ἧς πολλοὶ καὶ τῶν ἄλλων ἑλλήνων
καὶ

ἐπίλογος καὶ μετάβασις ἐπὶ τὸ δεύτερον κεφάλαιον τὸ περὶ τοῦ πέρσαις πολεμεῖν.

neq; ullum ſalute maius eſſe bonum, exiſtimādum: ut etiam uictorijs, quæ contigerint, rectè uti queas. Non uides, quanta ſit Lacedæmoniorum de regum incolumitate ſolicitudo? adeò ut clariſsimi quique ciues eos tueri ſoleant: quibus turpius eſt à capite regis pericula non depuliſſe, quàm clypeum abieciſſe. Neque illa etiam ignoras, quæ Xerxi Græcos opprimere ſeruitute conato, & Cyro Perſicum regnum ſibi uendicare aggreſſo, acciderunt. Alter enim tantis prælijs uictus, tot cladibus affectus, ut nullum ſimile exemplum quiſquam norit: tamen quia uitam conſeruarat, non ipſe modò regnum recuperauit, ſed idem filijs ſuis reliquit: & Aſiam ita firmauit, ut nihilo minus ſit, quàm prius, formidanda. Cyrus autem, uictis omnibus regis exercitibus, cùm ſumma rerum potitus eſſet: temeritate ſua non ſeipſum duntaxat tanto imperio priuauit, ſed & milites ſuos in extremum diſcrimen adduxit. Innumeros commemorare poſſem, qui, quum maximorum exercituum duces eſſent, quia ipſi immaturè perierunt, unà ſecum innumeros in exitium traxerunt. Hæc exempla tibi conſideranda ſunt, ut eam fortitudinis laudem, quæ cum uæcordia & intempeſtiua ambitione coniūcta eſt, non appetendam iudices: neque ipſe tibi, in tot regnorum periculis, alia ignobilia & militaria accerſas: neque cum ijs certes, qui aut uitam calamitoſam perdere uolunt: aut, ſtipendij maioris impetrandi cauſa, temerè in pericula ſe conijciunt: neq; gloriam deſideres tibi cum alijs multis & Barbaris

Concluſio, & tranſitus ad ſecundā partem de bello Perſis inferendo.

καὶ τῶν βαρβάρων τυγχάνουσιν· ἀλλὰ τῆς τηλικαύτης τὸ μέγεθος, ἣν μόνος ἂν σὺ τῶν νῦν ὄντων κτήσασθαι δυνηθείης: μηδ' ἀγαπᾶν λίαν τὰς τοιαύτας ἀρετάς, ὧν καὶ τοῖς φαύλοις μέτεστιν, ἀλλ' ἐκείνας ὧν οὐδεὶς ἂν πονηρὸς κοινωνήσειε: μηδὲ ποιεῖσθαι πολέμους ἀδόξους καὶ χαλεπούς, ἐξὸν ἐντίμους καὶ ῥᾳδίους: μηδ' ἐξ ὧν τοὺς μὲν οἰκειοτάτους εἰς λύπας καὶ φροντίδας καταστήσεις, τοὺς δ' ἐχθροὺς ἐν ἐλπίσι μεγάλαις, οἵας καὶ νῦν αὐτοῖς παρέχεις: ἀλλὰ τῶν μὲν βαρβάρων, πρὸς οὓς νῦν πολεμεῖς, ἐπὶ τοσοῦτον ἐξαρκέσει κρατεῖν, ὅσον ἐν ἀσφαλείᾳ καταστῆσαι τὴν σαυτοῦ χώραν: τὸν δὲ νῦν μέγαν προσαγορευόμενον, καταλύειν ἐπιχειρήσεις: ἵνα τήν τε σαυτοῦ δόξαν μείζω ποιήσῃς, καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιδείξῃς πρὸς οὓς χρὴ πολεμεῖν. περὶ πολλοῦ δ' ἂν ἐποιησάμην ἐπιστεῖλαί σοι ταῦτα πρὸ τῆς στρατείας, ἵν' εἰ μὲν ἐπείσθης, μὴ τηλικούτῳ κινδύνῳ περιπεσεῖν. εἰ δ' ἠπείθησας, μὴ ἐγὼ συμβουλεύειν ἐδόκουν ταῦτα τοῖς ἤδη διὰ τὸ πάθος ὑπὸ πάντων ἐγνωσμένοις, ἀλλὰ τὸ συμβεβηκὸς ἐμαρτύρει τοὺς λόγους ὀρθῶς ἔχειν τοὺς ὑπ' ἐμοῦ περὶ αὐτῶν εἰρημένους. πολλὰ δ' ἔχων εἰπεῖν διὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν, παύσομαι λέγων. οἶμαι γὰρ καὶ σέ, καὶ τῶν ἑταίρων τοὺς σπουδαιοτάτους, ῥᾳδίως ὁπόσ' ἂν βούλησθε, τοῖς εἰρημένοις προσθήσειν. πρὸς δὲ τούτοις φοβοῦμαι τὴν ἀκαιρίαν. καὶ γὰρ νῦν κατὰ μικρὸν προϊὼν ἔλαβον ἐμαυτὸν οὐκ εἰς ἐπιστολῆς συμμετρίαν, ἀλλ' εἰς λόγου μῆκος ἐξοκείλας. οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, οὐ παραλειπτέον ἐστὶ τάχα περὶ τῆς πόλεως, ἀλλὰ πειρατέον παρακαλέσαι σε πρὸς τὴν οἰκειότητα, καὶ χρῆσιν αὐτῆς. οἶ-

μετάβασις ἐπὶ τὸ τρίτον κεφάλαιον, περὶ τῆς τῶν Ἀθηναίων οἰκειότητος.

μαι

& Græcis cōmunē, sed eā cuius tāta sit amplitudo, ut tibi soli nostro seculo contingere queat: neq; tales uirtutes nimis adamēs, quæ cōtemptis etiā hominibus haud negatæ sunt: sed illas, quarū nemo malus particeps esse poßit: neq; bella geras obscura & molesta, quū honorata et suauiora suscipere liceat: neq; ea, per quæ & tibi cōiunctißimos molestijs ac solicitudinib. afficias, & hostib. tuis magnā spē subministres: id quod nūc quoq; abs te factū est. Sed barbaros istos, cū quib. nunc dimicas, tātisper uicisse sufficerit, dū regnum tuū in tuto collocaris. Iste uerò qui nūc Magnus Rex appellatur, regno euertēdus est: ut & gloriā tuam amplifices, & Græcis ostendas cum quib. bella gerēda sint. Vehemēter autē optarim, me hæc ad te scripsisse ante susceptam expeditionem: ut uel, si paruisses, in tantū periculum nō uenisses: uel, si mea monita neglexisses, ego nō uiderer ea suadere, quæ nunc, euētu magistro edocti, omnes probant: sed ut exitus testaretur, uera & recta fuisse mea his de reb. cōsilia. Cū uerò huius disputationis ea natura sit, ut largā dicendi materiā præbeat: ego plurib. uerbis nō utar: quòd existimo et teipsum, & ex amicis tuis uiros honestißimos facilè quàm multa uolueritis, ad hæc adiecturos. Præterea uereor, ne fuerim in hoc loco tractādo curiosior. Nā dū paulatim pgredior, nō animaduerti, me, neglecta epistolæ breuitate, in iustæ orationis prolixitatē incidisse. Quæ quāquā ita sunt, nō tamē pterire debeo, quod de nostra urbe dicēda sunt: sed dāda est opa, ut te adhorter ad cōtrahēdā cū ea familiaritatē, & amicitiæ usum. Ar- Ad tertiam partē transitus, de studio Atheniensium.

μαι γὰρ πολλοὺς εἶναι τοὺς ἀπαγγέλλοντας, καὶ λέγον-
τας οὐ μόνον τὰ δυσχερέστατα τῶν περὶ σοῦ παρ' ἡμῖν
εἰρημένων, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτῶν προστιθέντας, οἷς οὐκ
εἰκὸς προσέχειν σε τὸν νοῦν. καὶ γὰρ ἄτοπον ἂν ποιοίης,
εἰ τὸν μὲν δῆμον τὸν ἡμέτερον ψέγοις, ὅτι ῥαδίως πεί-
θεται τοῖς διαβάλλουσιν: αὐτὸς δὲ φαίνοιο πιστεύων
τοῖς τὴν τέχνην ταύτην ἔχουσι. καὶ μὴν γινώσκεις, ὡς
ὅσωπερ ἂν τὴν πόλιν εὐαγωγοτέραν ὑπὸ τῶν τυ-
χόντων οὖσαν ἀποφαίνονται, τοσούτῳ μᾶλλόν σοι συμ-
φερόντως ἔχουσαν αὐτὴν ἐπιδεικνύουσιν. εἰ γὰρ οἱ μη-
δὲν ἀγαθὸν οἷοί τ' ὄντες ποιῆσαι διαπράττονται τοῖς
λόγοις, ἃ ἂν βουληθῶσιν, ἦπου σέ γε προσήκει τὸν πλεί-
στ' ἂν ἔργῳ δυνάμενον εὐεργετῆσαι, μηδενὸς ἀτυ-
χεῖν παρ' ἡμῶν; ἡγοῦμαι δὲ δεῖν πρὸς μὲν τοὺς πι-
κρῶς τῆς πόλεως κατηγοροῦντας ἐκείνους ἀντιτάττειν
τοὺς πάντα γε ταύτης εἶναι λέγοντας, καὶ τοὺς μήτε
μεῖζον, μήτ' ἔλαττον αὐτὴν ἠδικηκέναι φάσκοντας.
ἐγὼ δ' οὐδὲν ἂν εἴποιμι τοιοῦτον. αἰσχυνθείην γὰρ ἄν, εἰ
τῶν μὲν ἄλλων μηδὲ τοὺς θεοὺς ἀναμαρτήτους εἶναι
νομιζόντων, αὐτὸς τολμῴην λέγειν, ὡς οὐδὲν πώποτε
πεπλημμελήκαμεν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεῖνο ἔχω περὶ
αὐτῆς εἰπεῖν, ὅτι χρησιμωτέραν οὐκ ἂν εὕροις ταύτης,
οὔτε τοῖς ἕλλησιν, οὔτε τοῖς σοῖς πράγμασιν. ᾧ μάλιστα
προσεκτέον τὸν νοῦν ἐστιν. οὐ μόνον γὰρ ἂν συναγωνιζο-
μένη, γίγνοιτ' ἂν αἰτία σοι πολλῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ
καὶ φιλικῶς ἔχειν μόνον δοκοῦσα. τούς τε γὰρ ὑπὸ σοῦ
νῦν ὄντας ῥᾷον ἂν κατέχοις οὕτως, εἰ μηδεμίαν ἔχοι-
εν ἀποστροφήν, τῶν τε βαρβάρων, οὓς βουληθείης,
θᾶττον ἂν καταστρέψαιο. καί τοι πῶς οὐ χρὴ προθύ-
μως ὀρέγεσθαι τῆς τοιαύτης εὐνοίας, δι' ἧς οὐ μόνον τὴν

ὑπάρ-

bitror enim esse multos qui nuncient, atque dictitent, non odiosissima tantùm quæ apud nos de te dicta sunt, sed quædam etiam de suo affingant. Quibus te auscultare non decet. Absurdum enim fuerit, te qui nostrum populum eo reprehendas, quòd calumniatoribus facilè aures præbeat: illos magnifacere, qui artem calumniandi exercent. Atque etiam intelligis, istos, quo facilius ciuitatẽ nostram à quibuslibet in quamuis posse traduci partem asserunt: eò tibi magis opportunam eam esse ostendere. Nam si hi qui nulla in Rempub. beneficia conferunt, solis uerbis quicquid uolunt impetrant: quî consentaneum est, te qui ipsis factis nos plurimum iuuare potes, quicquam à nobis non cõsecuturum? Acerbis autem nostræ urbis accusatoribus illos esse opponendos uideo, qui Atheniensium omnia esse dicunt: neq; minus eos, qui Athenienses nulla uel magna uel parua in re deliquisse asserũt. Absit autem, ut ego tale aliquid dicam. Nam cùm alij nec deos omni crimine uacare putent, me gloriari puderet, nos nihil unquam peccauisse: illud tamen habeo dicere, te nullam aliam urbem inuenturum, quæ uel Græcis uel tuis rebus magis sit opportuna. Quod tibi est diligentissimè considerandum. Nec enim tantùm, si tecum societatem inierit, sed si uel amica tibi esse uisa fuerit, maximas tibi allatura est utilitates. Nam & hos qui tibi nunc parent, si non habebunt ad quos confugiant, in officio cõtinebis: & quosuis Barbarorum celerius subiges. An uerò talis beneuolentia non alacriter expetẽda est, qua non modò

ὑπάρχουσαν ἰσχὺν ἀσφαλῶς καθέξεις, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἑτέραν ἀκινδύνως προσκτήσῃ; θαυμάζω δ' ὅσοι τῶν τὰς δυνάμεις ἐχόντων, τὰ μὲν τῶν ξενολογουμένων στρατόπεδα μισθοῦνται, καὶ χρήματα πολλὰ δαπανῶνται: συνειδότες, ὅτι πλείους ἠδίκηκε τῶν πιστευόντων αὐτοῖς, ἢ σέσωκε. τὴν δὲ πόλιν, τὴν τηλικαύτην δύναμιν κεκτημένην μὴ προέωνται θεραπεύειν, ἣ καὶ πόλιν μίαν ἑκάστην καὶ ξύμπασαν τὴν ἑλλάδα πολλάκις ἤδη σέσωκεν. ἐνθυμοῦ δ' ὅτι πολλοῖς καλῶς βεβουλεῦσθαι δοκεῖς, ὅτι δικαίως κέχρησαι θετταλοῖς, καὶ συμφερόντως ἐκείνοις, ἀνθρώποις οὐκ εὐμεταχειρίστοις, ἀλλὰ μεγαλοψύχοις, καὶ στάσεως μεστοῖς. χρὴ τοίνυν καὶ περὶ ἡμᾶς πειρᾶσθαι γίγνεσθαι τοιοῦτον, ἐπιστάμενον ὅτι τὴν μὲν χώραν θετταλοὶ, τὴν δὲ δύναμιν ἡμεῖς ὅμορον σοι τυγχάνομεν ἔχοντες· ἣν ἐκ παντὸς τρόπου ζήτει προσάγεσθαι. πολὺ γὰρ κάλλιόν ἐστι, τὰς εὐνοίας τὰς τῶν πόλεων αἱρεῖν, ἢ τὰ τείχη. τὰ μὲν γὰρ οὐ μόνον ἔχει φθόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν τοιούτων τὴν αἰτίαν τοῖς στρατοπέδοις ἀνατιθέασιν. ἢν δὲ τὰς οἰκειότητας καὶ τὰς εὐνοίας κτήσασθαι δυνηθῇς, ἅπαντες τὴν σὴν διάνοιαν ἐπαινέσουσι. δικαίως δ' ἂν μοι πιστεύοις, οἷς εἴρηκα περὶ τῆς πόλεως. φανήσομαι γὰρ οὔτε κολακεύειν αὐτὴν ἐν τοῖς λόγοις εἰθισμένος, ἀλλὰ πλεῖστα πάντων ἐπιτετιμηκὼς, οὔτ' αὖ παρὰ τοῖς πολλοῖς, καὶ τοῖς εἰκῆ δοκιμάζουσιν εὐφερόμενος, ἀλλ' ἀγνοούμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ φθονούμενος, ὥσπερ σύ. πλὴν τῷ διαφέρομεν, ὅτι πρὸς σὲ μὲν διὰ τὴν εὐδαιμονίαν, καὶ τὴν δύναμιν οὕτως ἔχουσι: πρὸς ἐμὲ δὲ, διότι προσποιοῦμαι τὸ βέλτιον αὐτῶν φρονεῖν, καὶ πλείους ὁρῶσί μοι δια-

καλὰ πρὸς κατάληψιν ἀξιόπιστον ὄντα ἑαυτὸν ἀποφαίνεται.

partum imperium ſecurè teneas, ſed amplã etiam ditionem ſine periculo acquiras? Miror equidẽ eorum principũ rationes, qui peregrinos milites conducunt, & magnis impenſis alunt, à quibus & ipſi norunt plures eorum qui illis crediderunt, eſſe proditos, quàm ſeruatos: tam potentis uerò urbis adiungere ſibi ſtudia non conantur, quæ cùm ſingulas urbes, tum uniuerſam Græciam ſæpe iam conſeruauit. Illud cogita, multos laudare tuam prudentiam, quòd ita cum Theſſalis egeris, ut & æquum erat, & illis expediebat: qui quidem uiri ſunt non facilimis ingenijs, ſed animoſi & ſeditioſiſſimi. Iſthæc eadem ratio de nobis etiam erit ineunda, quum ſcias, ut regionem Theſſalorum, ſic Athenienſium potentiam tibi eſſe finitimam: quam tibi omni ſtudio conciliare debes, quum ſit multo præclarius beneuolentiam ciuitatum capere, quàm mœnia. Hoc enim non modò inuidioſum eſt, ſed & quicquid fit huius generis, exercitibus plerunq; aſcribitur: ſi autẽ familiaritates contrahere potueris, & hominum beneuolentiam colligere, ſapiẽtiam tuam mirabuntur omnes. Hæc quæ de urbe noſtra diſſerui, affirmãti mihi iurè credes. Satis enim conſtat, me & meis ciuibus adeò aſſentiri non ſolere, ut nemo ſit omniũ qui ſæpius eos reprehenderit: neq; etiam in magno eſſe precio apud uulgus, & temerarios rerum æſtimatores: ſed illorum alijs ignotum eſſe, alijs æquè inuiſum ac te. Hoc tamen inter nos intereſt, quòd tibi opes & potentiam inuident: mihi, quòd me illis ſapiẽtiorem eſſe profiteor, pluresq́; ſunt qui mea

Occupatio, qua ſibi autoritatẽ conciliat.

διαλέγεσθαι βουλομένους, ἢ σφίσιν αὐτοῖς. ἐβουλόμην δ' ἂν ἡμῖν ὁμογνωμόνως ῥᾴδιον εἶναι, τὴν δόξαν, ἣν ἔχομεν παρ' αὐτοῖς, διαφυλάττειν. νῦν δὲ σὺ μὲν οὐ χαλεπῶς, ἂν βουληθῇς, αὐτὴν διαλύσεις· ἐμοὶ δ' ἀνάγκη καὶ διὰ τὸ γῆρας, καὶ δι' ἄλλα πολλὰ στέργειν τοῖς παροῦσι. ὥστ' οὐκ οἶδ' ὅ, τι πλείω δεῖ λέγειν, πλὴν τοσοῦτον, ὅτι ἐστὶ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τὴν ὑπάρχουσαν ὑμῖν παρακατατίθεσθαι τῇ τῶν ἑλλήνων εὐδαιμονίᾳ, καὶ εὐνοίᾳ.

ὙΠΟΘΕΣΙΣ ΤῆΣ Γ. ἐπιστολῆς.

Παρακαλεῖ φίλιππον, πάντα τἆλλα ἀφέντα, πολεμῆσαι τῷ περσῶν βασιλεῖ, μηδὲν ἀναβαλλόμενον.

ἸΣΟΚΡΆΤΗΣ ΦΙΛΊΠΠῼ χαίρειν.

κατ' ἀποδίωξιν ἀναλαμβάνει τὴν τοῦ πρὸς φίλιππον ὑπόθεσιν, ἀνεγείρων τὴν φιλοτιμίαν τ' ἀνδρός.

Ἐγὼ διελέχθην μὲν καὶ πρὸς ἀντίπατρον, περὶ τῶν τῇ πόλει συμφερόντων, καὶ σοὶ, ἐξαρκούντως, ὡς ἐμαυτὸν ἔπειθον. ἐβουλήθην δὲ γράψαι καὶ πρὸς σὲ περὶ ὧν μοι δοκεῖ πρακτέον εἶναι μετὰ τὴν εἰρήνην, παραπλήσια τοῖς ἐν τῷ λόγῳ γεγραμμένοις, πολὺ δ' ἐκείνων συντομώτερα. κατ' ἐκεῖνον μὲν γὰρ τὸν χρόνον συνεβούλευον, ὡς χρὴ διαλλάξαντά σε τήν τε πόλιν τὴν ἡμετέραν, καὶ τὴν λακεδαιμονίων, καὶ τὴν θηβαίων, καὶ τὴν ἀργείων, εἰς ὁμόνοιαν καταστῆσαι τοὺς ἕλληνας: ἡγούμενος, ἐὰν τὰς προεχούσας πόλεις πείσῃς οὕτω φρονεῖν, ταχέως καὶ τὰς ἄλλας ἐπακολουθήσειν. τότε μὲν οὖν ἄλλος ἦν καιρός.

conſuetudine quam illorum delectentur. Vtinam uerò tam facile mihi eſſet, quàm tibi, conceptam de nobis uulgi opinionem abolere. Nunc id quidem in tua manu eſt, modò uelis: mihi uerò cum propter ſenium, tum pluribus alijs de cauſis, boni fortuna mea eſt conſulenda. Quare non uideo, plura dicere quorſum attineat: hoc tamen addam, licere uobis regnum ueſtrum ac felicitatem, Græcorum felicitati & beneuolentiæ tanquam depoſitum commendare.

IN TERTIAM EPISTOlam Argumentum.

Hortatur Philippum, ut relictis rebus omnibus, regi Perſarum quamprimùm bellum inferat.

ISOCRATES PHILIPPO S. D.

ETſi cum Antipatro etiam, & de noſtræ urbis & tuis commodis, ſatis, ut mihi perſuadeo, copioſe diſſerui: tamen ad te quoque ſcribere uolui, quid, pace iam facta, mihi agendum eſſe uideatur: non multum abſimilia his quæ in oratione perſcripta ſunt, ſed multo breuiora. Tum enim ſuadebam, ut compoſitis noſtræ urbis, & Lacedæmoniorum, & Thebanorum Argiuorumq́ controuerſijs, Græcos in concordiam reduceres. Exiſtimabam enim, ſi id à principibus ciuitatibus impetraſſes, quamprimùm reliquas quoque ſecuturas. Ac illo quidem tempore alius erat rerum

Reiectione argumentū Philippicæ orationis repetit, & Philippi ſtudium excitat.

καιρός. νῦν δὲ συμβέβηκε, μηκέτι δεῖν πείθειν. διὰ γὰρ τὸν ἀγῶνα τὸν γεγενημένον, ἠναγκασμένοι πάντες εἰσὶν εὖ φρονεῖν, καὶ τούτων ἐπιθυμεῖν, ὧν ἐπενοοῦμέν σε βούλεσθαι πράττειν καὶ λέγειν, ὡς δεῖ παυσαμένους τῆς μανίας, καὶ τῆς πλεονεξίας, ἣν ἐποιοῦντο πρὸς ἀλλήλους, εἰς τὴν ἀσίαν τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν. πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνο πολλοὶ παρ' ἐμοῦ πυνθάνονται: πότερον ἐγώ σοι παρῄνεσα ποιήσαι τὴν στρατείαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ἢ σοῦ διανοηθέντος συνεῖπον; ἐγὼ δ' οὐκ εἰδέναι μέν φημι τὸ σαφές. οὐ γὰρ συγγεγενῆσθαί σοι πρότερον. οὐ μὴν ἀλλ' οἴεσθαι, σὲ μὲν ἐγνωκέναι περὶ τούτων, ἐμὲ δὲ συνειρηκέναι ταῖς σαῖς ἐπιθυμίαις. ταῦτα δ' ἀκούοντες, ἐδέοντό μου παρακελεύεσθαί σοι, καὶ προτρέπειν ἐπὶ τῶν αὐτῶν τούτων μένειν. ὡς οὐδέ ποτ' ἂν γενομένων οὔτε καλλιόνων ἔργων, οὔτ' ὠφελιμωτέρων τοῖς ἕλλησιν, οὔτ' ἐν καιρῷ μᾶλλον πραχθησομένων. εἰ μὲν οὖν εἶχον τὴν αὐτὴν δύναμιν, ἥνπερ πρότερον, καὶ μὴ παντάπασιν ἦν ἀπειρηκώς, οὐκ ἂν δι' ἐπιστολῆς διελεγόμην, ἀλλὰ παρὼν νῦν αὐτὸς παρώξυνον ἄν σε, καὶ παρεκάλουν ἐπὶ τὰς πράξεις ταύτας. νῦν δ' ὡς δύναμαι, παρακελεύομαί σοι μὴ καταμελῆσαι τούτων, πρὶν ἂν τέλος ἐπιθῇς αὐτοῖς. ἔτι δὲ περὶ μὲν ἄλλο τι τῶν ὄντων ἀπλήστως ἔχειν, οὐ καλόν. αἱ γὰρ μετριότητες παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐδοκιμοῦσι. δόξης δὲ μεγάλης καὶ καλῆς ἐπιθυμεῖν, καὶ μηδέποτ' ἐμπίπλασθαι προσήκει τοῖς πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκοῦσιν. ὅπερ σοὶ συμβέβηκεν. ἡγοῦ δὲ τόθ' ἕξειν αὐτὴν ἀνυπέρβλητον, καὶ τῶν σοὶ πεπραγμένων ἀξίαν, ὅταν τοὺς μὲν βαρβάρους ἀναγκάσῃς εἱλωτεύειν τοῖς ἕλλησι, πλὴν τῶν νῦν μέγα σοι συναγωνιζομένων: τὸν δὲ βασιλέα τὸν νῦν μέγαν προσ-

ſtatus. Nūc uerò in eo loco res ſunt, ut ſuadere nihil ſit neceſſe. Nam propter cōmiſſum prælium, omnes coacti ſunt ad ſanā mentē redire, & ea deſiderare, quæ tibi & agēda & dicēda eſſe ſentiebā: bellū uidelicet, omiſſa inſania et auaricia, qua alios alij exagitarent, in Aſiam eſſe transferēdum. Præterea illud etiā cōplures ex me quærūt, utrū ego tibi ſuaſerim, ut expeditionem cōtra Barbaros ſuſciperes: an uerò, quū tu iam id decreuiſſes, ego ſentētiæ tuæ approbator acceſſerim? Ego uerò qui nūquā hactenus te cōuenerim, nihil me de eo cōperti habere dico: ſed putare tamē, cū tibi id iā antea deliberatū eſſet, me tuis conſilijs ſuffragatū eſſe. Quæ illi cùm audirent, me rogabāt, ut te hortarer, ne mutares conſiliū. Nūquā enim edi poſſe illuſtriora facinora, uel Græcis utiliora: neq; unquā poſſe dari meliorē rei gerendæ occaſionem. Si igitur ea quæ olim fuit, ingenij facultas mihi ſuppeteret, neq; ſenectus oēs uires ademiſſet: nō p literas tecū agerē, ſed coràm te incitarē, & cohortarer ad hoc negociū ſtrenuè ſuſcipiēdū. Nūc, ut poſſū te hortor, ne hæc negligas aut deſiſtas, priuſquā rē omnē cōfeceris. Alterius porrò alicuius rei cupiditate inſatiabili æſtuare, nō eſt honeſtū. Nam plerisq; probatur mediocritas: ſed magnā illuſtrēq; gloriam deſiderare, nec eius unquā ſatietate affici debent, qui alijs multū antecellūt: id quod tibi cōtigit. Tu autē ad famæ tuæ ſplendorē nihil poſſe accedere putato, eāq; rebus tuis geſtis parē fore, quū Barbaros (ijs exceptis, qui ſe ad ductū tuum applicauerint) Græcis ſeruire coegeris: illūq; regē qui nūc Magnus appella-

προσαγορευόμενον, ποιήσῃς τοῦτο πρᾶξαι, ὃ αὖ σὺ προστάτης. ταῦτα δὲ κατεργάσασθαι πολὺ ῥᾷόν ἐστιν ἐκ τῶν νῦν παρόντων, ἢ προελθεῖν ἐπὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν δόξαν, ἣν ἔχεις παρὰ τῆς βασιλείας τῆς ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ὑπαρξάσης. οὐδὲ γὰρ ἔσται λοιπὸν ἔτι, πλὴν θεὸν γενέσθαι. χάριν δ' ἔχω τῷ γήρᾳ ταύτην μόνην, ὅτι προήγαγεν εἰς τοῦτό μου τὸν βίον, ὥσθ' ἃ νέος ὢν διενοούμην, καὶ γράφειν ἐπεχείρουν ἔν τε τῷ πανηγυρικῷ λόγῳ, καὶ τῷ πρὸς σὲ πεμφθέντι, τούτων ἤδη τὰ μὲν νῦν γιγνόμενα διὰ τῶν σῶν ἐφορῶ πράξεων, τὰ δ' ἐλπίζω γενήσεσθαι.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Δ. ἐπιστολῆς.

Διόδοτον ἀκροατὴν αὐτοῦ καὶ ἑταῖρον γενόμενον σὺν τῷ υἱῷ ἐκείνου συνίστησιν ὑπερφυῶς, καὶ παραινεῖ Φιλίππῳ λεληθότως, συμβουλεύει εὖ φρονοῦντας παραλαμβάνειν, καὶ πρὸς τὴν τῶν φίλων παρρησίαν ἐν τῷ νουθετεῖν οὐκ ἀηδῶς διακεῖσθαι.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ ΦΙΛΙΠΠῼ χαίρειν.

Εὐνοίας λῆψις ἐκ τῶν προσώπων, καὶ ἔπαινοι Διοδότου κατὰ σύγκρισιν.

Ἐγὼ, καίπερ ἐπικινδύνου πρὸς ἡμῖν ὄντος εἰς Μακεδονίαν πέμπειν ἐπιστολὴν, οὐ μόνον νῦν, ὅτε πολεμοῦμεν πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰρήνης οὔσης, ὅμως γράψαι πρὸς σὲ εἱλόμην περὶ Διοδότου, δίκαιον εἶναι νομίζων πάντας μὲν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τοὺς ἐμαυτῷ πεπλησιακότας, καὶ γεγενημένους ἀξίους ἡμῶν· οὐχ ἥκιστα δὲ τοῦτον, καὶ διὰ τὴν εὔνοιαν τὴν εἰς ἡμᾶς, καὶ τὴν ἄλλην ἐπιείκειαν. μάλιστα μὲν οὖν ἐβουλόμην ἂν αὐτὸν συσταθῆναι δι' ἡμῶν.

ἐπειδὴ

appellatur, eò redegeris, ut ea agat quæ tu imperaris. Hoc autem rerum statu nunc hæc tibi perficere multo facilius est, quàm eam consequi potentiam & gloriam, quam tibi uetusti regni subsidio comparasti. Neq; enim quicquam tibi est reliquum, nisi ut deus fias. Ego uerò senectuti ob hoc unum habeo gratiã, quòd eò usq; produxi uitæ meæ tempus, ut ea quæ adolescens animo agitaui, & tum in Panegyrica, tum ad te missa oratione scribenda suscepi, partim nũc per te geri & administrari uideam, partim deinceps perficienda esse sperem.

ARGVMENTVM QVARtæ Epistolæ.

Diodotum discipulum & amicum suum, unà cum eius filio egregiè commendat: & subobscurè Philippum monet, ut sapientes sibi consiliarios adiungat, & amicorum in admonendo libertatem gratam acceptamq; habeat.

ISOCRATES PHILIPPO S. D.

QVanquam apud nos periculosum est, literas mittere in Macedoniam, non modò nunc quum bellum uobiscum gerimus, sed pacis etiam tempore, ego tamen ad te scribere de Diodoto institui. Aequum enim esse existimo, ut magnifaciam cùm omnes familiares meos, qui se nobis dignos præbuerũt: tum uerò hunc, propter & beneuolentiam erga nos, & morum integritatem. Maximè autem uellem eum per nos fuisse cõmendatum.

Beneuolentiæ captatio à personis, & Diodoti laudes per collationem.

Post-

ἐπειδὴ δὲ δι' ἑτέρων ἐντετύχηκέ σοι, λοιπόν ἐστι μοι μαρτυρῆσαι περὶ αὐτοῦ, καὶ βεβαιῶσαι τὴν γεγενημένην αὐτῷ πρὸς σὲ γνῶσιν. ἐμοὶ γὰρ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν συγγεγενημένων ἀνδρῶν, καὶ δόξας ἐνίων μεγάλας ἐχόντων, τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων, οἱ μέν τινες περὶ τὸν λόγον, οἱ δὲ περὶ τὸ διανοηθῆναι καὶ πρᾶξαι δεινοὶ γεγόνασιν: οἱ δ' ἐπὶ μὲν τοῦ βίου σώφρονες, καὶ χαρίεντες, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας χρήσεις καὶ διαγωγὰς, ἀφυεῖς παντάπασιν. οὗτος δ' οὕτως εὐάρμοστον τὴν φύσιν ἔχει, ὥστ' ἐν ἅπασι τοῖς εἰρημένοις τελεώτατος εἶναι. καὶ ταῦτ' οὐκ ἂν ἐτόλμων λέγειν, εἰ μὴ τὴν ἀκριβεστάτην πεῖραν αὐτός τ' εἶχον αὐτοῦ, καὶ σὲ λήψεσθαι προσεδόκων, τὰ μὲν αὐτὸν χρώμενον αὐτῷ, τὰ δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων τῶν ἐμπείρων αὐτοῦ πυνθανόμενον. ὧν οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν, εἰ μὴ λίαν εἴη φθονερὸς, καὶ εἰπεῖν καὶ βουλεύσασθαι οὐδενὸς ἧττον αὐτὸν δύνασθαι, καὶ δικαιότατον καὶ σωφρονέστατον εἶναι, καὶ χρημάτων ἐγκρατέστατον: ἔτι δὲ καὶ σύμβιον ἁπάντων ἥδιστον, καὶ λιγυρώτατον. πρὸς δὲ τούτοις πλείστην ἔχειν παρρησίαν, οὐχ ἣν οὐ προσῆκεν, ἀλλὰ τὴν εἰκότως ἂν μέγιστον γιγνομένην σημεῖον τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς τοὺς φίλους. ἣν τῶν δυνατῶν οἱ μὲν ἀξιόχρεων τὸν ὄγκον τὸν τῆς ψυχῆς ἔχοντες τιμῶσιν, ὡς χρησίμην οὖσαν· οἱ δὲ ἀσθενέστεροι τὰς φύσεις ὄντες, ἢ κατὰ τὰς ὑπαρχούσας ἐξουσίας, δυσχεραίνουσιν, ὡς ὧν οὐ προαιροῦνταί τι ποιεῖν βιαζομένην αὐτοὺς, οὐκ εἰδότες, ὡς οἱ μάλιστα περὶ τοῦ συμφέροντος αὐτοῖς τοῦ λέγειν τολμῶντες, οὗτοι πλείστην ἐξουσίαν αὐτοῖς τοῦ πράττειν ἃ βούλονται παρασκευάζουσιν. εἰκὸς μὲν γὰρ

διὰ

Poſtquam uerò aliorū opera ei aditus ad te patefa-ctus eſt, hoc mihi relinquitur, ut teſtimonium de eo dicā: eamq́ noticiā quæ inter te et illū eſt, confirmē. Nā cùm multi & uarij uiri, atq; ex illis plerią; gloria celebres, mea cōſuetudine ſint uſi: reliquorū alij eloquētia, alij prudentia & reb. gerēdis claruerūt. Ac alij quidē uitæ modeſtia & ſuauitate morū commendati ſunt, quū ad alios uſus & actiones prorſus inepti eſſent: huic aūt ea cōtigit ingenij dexteritas, ut in his quæ diximus, omnibus, ſit abſolutiſsimus. Quæ ego dicere nō auderē, niſi & ipſe ab omni parte perſpectū eum haberem: & omnino putarem, te idem cogniturū partim ex familiarib. cū eo cōgreſſibus, partim ex eorū quibus notus eſt, ſermonibus. Quorū nemo erit, niſi ſupra modū ſit inuidus, quin fateatur, eum & eloquētia & cōſilijs nullo eſſe inferiorē, uirumq́; iuſtiſsimū & modeſtiſsimum, & ab auaricia alieniſsimū, atq; in uitæ cōſuetudine ſuauiſsimum hominē, & urbaniſsimū. Adhæc, magnā in eo eſſe dicēdi libertatem: non illam indecorā, ſed hanc quæ iurè maximū ſignum habetur beneuolentiæ erga amicos: quā ex principib. hi qui tantos animos habent, quantos imperij maieſtas requirit, tanquā utilem uenerātur. Qui autem imbecillioribus ſunt ingenijs, quàm potentiæ amplitudo poſtulat, ut moleſtam auerſantur: quaſi uerò per eam cogantur aliquid contra ſui animi uoluntatē facere, qui non intelligunt, quum de utilitate deliberatur, eos qui aduerſari audent, maximam eis dare poteſtatem, ea quæ uelint faciendi. Conſentaneum enim eſt,

eos

διὰ τὸ ἀεὶ πρὸς ἡδονὴν λέγειν προαιρουμένους, οὐχ ὅπως μοναρχίας δύνασθαι ποιεῖν δυνάμεις, αἳ πολλοὺς τοὺς ἀναγκαίους ἐφέλκονται κινδύνους, ἀλλ' οὐδὲ τὰς πολιτείας, αἳ μετὰ πλείονος ἀσφαλείας εἰσί. δεῖ γὰρ τοὺς ἐπὶ τῷ βελτίστῳ παρρησιαζομένους, πολλὰ σώζειν δύνασθαι, καὶ τῶν ἐπιδόξων διαφθαρήσεσθαι πραγμάτων. ὧν ἕνεκα προσήκει μὲν παρὰ πᾶσι τοῖς μονάρχοις πλέον φέρεσθαι τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἀποφαινομένους, τῶν ἅπαντα μὲν πρὸς χάριν, μηδὲν δ' ἄξιον χάριτος λεγόντων. συνέβη δ' ἔλαττον ἔχειν αὐτοὺς παρ' ἐνίοις αὐτῶν. ὃ καὶ Διοδότῳ παθεῖν συνέπεσε παρά τισι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν δυναστῶν. οἷς πολλὰ μὲν χρήσιμος γενόμενος οὐ μόνον τῷ συμβουλεύειν, ἀλλὰ καὶ τῷ πράττειν, καὶ κινδυνεύειν, διὰ τὸ παρρησιάζεσθαι πρὸς αὐτοὺς, περὶ ὧν ἐκείνοις συνέφερε, καὶ τῶν οἴκοι τιμῶν ἀπεστερήθη, καὶ πολλῶν ἄλλων ἐλπίδων: καὶ μεῖζον ἴσχυσαν αἱ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων κολακεῖαι τῶν εὐεργεσιῶν τῶν τούτου. δι' ἃ δὴ κἂν πρὸς ὑμᾶς ἀεὶ προσιέναι διανοούμενος, ὀκνηρῶς εἶχεν, οὐχ ὡς ἅπαντας ὁμοίους εἶναι νομίζων τοὺς ὑπὲρ αὐτὸν ὄντας, ἀλλὰ διὰ τὰς παρ' ἐκείνων γεγενημένας δυσχερείας, καὶ πρὸς τὰς παρ' ὑμῶν ἐλπίδας οὐ προθυμότερος ἦν: παραπλήσιον ἐμοί γε δοκεῖ πεπονθὼς τῶν πεπλευκότων ποσὶν, οἱ πρῶτον, ὅταν χρήσωνται χειμῶσιν, οὐκέτι θαρροῦντες εἰσβαίνουσιν εἰς τὴν θάλασσαν: καίπερ εἰδότες, ὅτι καὶ καλοῦ πλοῦ πολλάκις ἐπιτυχεῖν ἐστιν. ἡμῖν ἀλλ' ἐπειδὴ συνέστηκέ σοι, καλῶς ἔδοξε ποιεῖν. λογίζομαι γὰρ αὐτῷ συνοίσειν, μάλιστα μὲν τῇ φιλανθρωπίᾳ τῇ σῇ λογιζόμενος, ἣν ἔχειν ὑπείληψαι παρὰ

μεμψιμοιρία ἐπὶ τῇ ἀτοπίᾳ τῶν δυναστῶν.

eos qui ad gratiã loqui omnia ſtudẽt, nõ modò regũ impia, quæ multa, eaq́ neceſſaria pericula ſecũ trahũt, firmare nõ poſſe: ſed ne Rerũpub. quidẽ, quæ aliquanto tutiores ſunt, libertatem. Decet aũt eos qui propter audientiũ utilitatẽ, liberè quæ ſentiunt, dicũt, multa cõſeruare poſſe, quæ alioqui peritura uidebantur. Quib. de cauſis æquũ eſt, apud oẽs principes maiorẽ eſſe eorũ qui uera dicere nõ dubitãt, autoritatẽ, quàm horũ q ad gratiã omnia, nihil autẽ gratia dignũ loquũtur. Fieri tamẽ ſolet, ut illi apud nonnullos minore in precio ſint quàm aſſentatores: id qđ etiã Diodotũ apud quoſdã Aſiæ proceres afflixit. Quorũ cõmodis quũ multis in reb. conſuluiſſet, nõ dandis modò cõſilijs, ſed reb. etiã gerẽdis, adeundisq́ ꝑiculis: quia tamẽ liberius eos officij ſui monebat, tũ honores quos in patria tenuit, amiſit, tũ ampliſſimorũ ſpe præmiorũ decidit. Ita plus ualuerunt leuiſſimorũ hominũ adulationes, meritis & beneficijs tãti uiri. His de cauſis, tametſi ad uos ſe conferre ſemper in animo habebat, tamen neſcio quo timore eſt retardatus: nõ quòd oẽs in altiori dignitatis gradu collocatos, ſimiles eſſe inter ſe putaret: ſed qa difficiles aliorũ mores expertus, minus auidè ſpẽ, quæ à uobis oſtẽdebatur, amplecti audebat. In quo idẽ illi accidiſſe uidetur, ꝙ nauigantiũ pleriſq;: q ubi ſemel in tẽpeſtates inciderunt, nũquã ſecuris animis mare ingrediuntur: etſi ſciũt, ſæpe ꝓſperã etiã nauigationẽ ſolere cõtingere. Sed quoniã tibi cõmendatus eſt: id bene eſſe factũ, eiq; ꝓfuturũ puto: qđ ut eximiẽ, tua in primis facit humanitas, q̃ ab exteris

Querela de iniquitatẽ iudiciorũ.

περὶ τοῖς ἔξωθεν ἀνθρώποις. ἔπειτα νομίζων οὐκ ἀ-
γνοεῖν ὑμᾶς, ὅτι πάντων ἐστὶν ἥδιστον, καὶ λυσιτελέστα-
τον, τὸ πιστοὺς ἅμα καὶ χρησίμους φίλους κτᾶσθαι ταῖς
εὐεργεσίαις: καὶ τὸ τοὺς τοιούτους εὖ ποιεῖν, ὑπὲρ ὧν πολ-
λοὶ καὶ τῶν ἄλλων χάριν ὑμῖν ἕξουσιν. ἅπαντες γὰρ οἱ
χαρίεντες τοὺς τοῖς σπουδαίοις τῶν ἀνθρώπων κα-
λῶς ὁμιλοῦντας ὁμοίως ἐπαινοῦσι, καὶ τιμῶσιν, ὥσ-
μετάβασις ἐπὶ σύστασιν τοῦ υἱοῦ.
περ αὐτοὶ τῶν ὠφελειῶν ἀπολαύοντες. ἀλλὰ γὰρ Διόδο-
τον αὐτὸν οἶμαί σε μάλιστα προτρέψασθαι πρὸς τὸ
φροντίζειν ἑαυτοῦ. συνέπεσθον δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῶν
ὑμετέρων ἀντέχεσθαι πραγμάτων, καὶ παραδόντα
ὑμῖν ἑαυτὸν ὥσπερ μαθητὴν, εἰς τοὔμπροσθεν προα-
θῆναι προελθεῖν. ὁ δὲ ταῦτά μου λέγοντος, ἐπιθυ-
μεῖν μὲν ἔφασκε τῆς ὑμετέρας φιλίας: οὐ μὴν ἀλλὰ
παραπλήσιόν τι πεπονθέναι πρὸς αὐτὴν, καὶ πρὸς
τοὺς στεφανίτας ἀγῶνας. ἐκείνους γὰρ νικᾶν μὲν ἂν
βούλεσθαι, καταβῆναι δ' εἰς αὐτοὺς οὐκ ἂν τολμῆσαι,
διὰ τὸ μὴ μετεσχηκέναι ῥώμης ἀξίας τῶν στεφάνων:
τῶν τε παρ' ὑμῶν τιμῶν εὔξασθαι μὲν ἂν τυχεῖν, οὐκ ἐφί-
εσθαι δ' αὐτὸν προσδοκᾶν. τήν τε γὰρ ἀπειρίαν τὴν αὐ-
τοῦ καταπεπλῆχθαι, καὶ τὴν λαμπρότητα τὴν ὑμετέ-
ραν, ἔτι δὲ καὶ τὸ σωμάτιον οὐκ εὐκρινὲς ὄν, ἀλλ' ἔχον
πρόφασιν, ἣν νομίζειν ἐμποδίζειν αὐτὸν πρὸς τὰ πολλὰ τῶν
πραγμάτων. οὗτος μὲν οὖν, ὅ, τι δοκῇ αὐτῷ συμφέ-
ρειν, τοῦτο πράξει. σὺ δ', ἐάν τ' ᾖ περὶ ὑμᾶς, ἐάν τ' ἡσυχί-
αν ἔχων διατρίβῃ περὶ τοὺς τόπους, ἐπιμελοῦ τε,
τῶν ἄλλων μὲν ἁπάντων, ὧν τυγχάνει δεόμενος, μά-
λιστα δὲ τῆς ἀσφαλείας, καὶ τῆς τούτου καὶ τῆς τοῦ πα-
τρὸς αὐτοῦ, νομίσας, ὥσπερ παρακαταθήκην ἔχειν τοῦ-
τον, παρά τε τοῦ γήρως ἡμῶν, ὃ προσηκόντως ἂν πολλῆς
τυγχά-

hominib. prædicatur. Deinde uos præterire nõ arbitror, nihil esse uel suauius uel utilius, quàm fideles simul et utiles amicos parare beneficijs: & de talib. uiris bene mereri, propter quos multi etiã alij gratiã uobis habituri sunt. Omnes enim boni et docti, eos qui præstantib. doctrina & uirtute uiris honorẽ habent, nõ minus laudant & uenerantur, quàm si in ipsos collata fuissent omnia. Sed ipsum Diodotũ suapte potissimùm industria effecturũ esse arbitror, ut sui curã geras. Autor aũt etiã eius filio fui, ut se ad uos conferret, seq; uobis in disciplinã quasi tradito, proficere, atq; opæpreciũ facere conaretur. Quod cũ ex me audisset, se quidem uestræ amicitiæ percupidũ esse dixit: sed eodem esse erga illã animo, quo erga certamina coronaria. Cupere enim in illis uictoriam cõsequi: sed ad ea propterea descendere nõ audere, quòd sibi uires coronis dignas deesse animaduertat. Eodẽq; modo se optare quidem honores à uobis cõsequi: sed eam sibi facultatem negatã esse arbitrari. Nam & imperitia sua, & splendore uestro se deterreri. Huc accedere corpusculum quoque minus elegans, & reprehensionibus obnoxiũ: quod existimet, in multis sibi rebus impedimẽto fore. Et hic quidem, quod è re sua esse putabit, id faciet. Siue aũt ad uos se contulerit, siue quieti ac ocio deditus, in hisce locis uersabitur: curæ tibi esse uelim, cùm cætera quib. indigebit omnia ut subministres, tũ uerò & huius & parẽtis eius uita in tuto ut collocetur. Existimare enim debes, te hunc tanquã depositũ habere à senectute nostra (quæ minimè certè

Trãsitio ad filij cõmendationem.

τυγχάνῃ προνοίας, καὶ τῆς δόξης τῆς ὑπαρχούσης, εἴ τινος ἄρα σπουδῆς ἐστιν ἀξία, καὶ εὐνοίας τῆς πρὸς ὑμᾶς, ἣν ἔχων ἅπαντα τὸν χρόνον διατετέλεκα. καὶ μὴ θαυμάσῃς, μήτ' εἰ μακροτέραν γέγραφα τὴν ἐπιστολὴν, μήτ' εἴ τι περιεργότερον, ἢ πρεσβυτικώτερον εἰρήκαμεν ἐν αὐτῇ. πάντων γὰρ τῶν ἄλλων ἀμελήσας, ἑνὸς μόνου ἐφρόντισα, τοῦ φανῆναι σπουδάζων ὑπὲρ ἀνδρῶν φίλων, καὶ προσφιλεστάτων μοι γεγενημένων.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ Ε.
ἐπιστολῆς.

Συγχαίρει Ἀλεξάνδρῳ τῆς φιλοσοφίας, καὶ ἐν ἐγκωμίου σχήματι παρακαλεῖ αὐτὸν χρῆσθαι τοῖς βελτίστοις τε καὶ παλαιὰ διαφέρουσι τῶν ἀνδρῶν, τῆς τῶν λόγων δεινότητος καὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης μᾶλλον ἀντιποιούμενον ἢ τῶν ἐριστικῶν λόγων, διασύρων, οἶμαι, τὴν Ἀριστοτέλους παίδευσιν.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ ΑΛΕΞΑΝ-
δρῳ χαίρειν.

Πρὸς τὸν πατέρα σου γράφων ἐπιστολὴν, ἄτοπον ᾤμην ποιήσειν, εἰ περὶ τὸν αὐτὸν ὄντα σε τόπον ἐκείνῳ μήτε προσερῶ, μήτ' ἀσπάσομαι, μήτε γράψω τι τοιοῦτον, ὃ ποιήσει τοὺς ἀγνοοῦντας, μὴ νομίζειν ἤδη με παραφρονεῖν διὰ τὸ γῆρας, μηδὲ παντάπασι ληρεῖν: ἀλλ' ἔτι τὸ καταλελειμμένον μοι μέρος, καὶ λοιπὸν ὂν, οὐκ ἀνάξιον εἶναι τῆς δυνάμεως, ἣν ἔχον νεώτερος ὤν. ἀκούω δέ γε πάντων λεγόντων, ὡς φιλάνθρωπος εἶ, καὶ φιλαθήναιος, καὶ φιλόσοφος, οὐκ ἀφρόνως ποιῶν, ἀλλὰ νουνεχόντως. τῶν τε γὰρ πολιτῶν ἀποδέχεσθαί σε

τῶν

negligenda eſt) & ab ea autoritate (ſi quo fortè nomine digna uidebitur) quam habemus: & ab ea beneuolentia, qua uos per omnem ætatem ſum proſequutus. Neq; mireris, ſi uel prolixiorem ſcripſi epiſtolam, uel aliquid in ea curioſius aut ſenilius diximus. Ego enim, neglectis cæteris rebus omnibus, in hoc unum toto animo intẽtus fui, ut appareret, mihi maximæ curæ eſſe amicorũ commoda, quos ſumma charitate complector.

ARGVMENTVM V. Epiſtolæ.

Gratulatur Alexandro doctrinæ ſtudiũ, eumq; ſpecie laudationis hortatur, ut optimorum & doctiſsimorũ conſuetudine utendo, eloquentiam, gerendæq; Reipublicæ ſcientiam magis, quàm Dialecticas diſputationes amplectatur: non ſine reprehenſione, ut opinor, Ariſtotelicæ inſtitutionis.

ISOCRATES ALEXANDRO S. D.

QVum ad patrem tuum literas darem, abſurdè me facturum putabam, ſi te, qui in eodẽ loco cum illo uerſareris, neq; compellarem, neq; ſalutarem: neq; tale aliquid ad te ſcriberem, quod efficeret, ne ij qui me ignorant, putarent, me iam ſenio deſipere, aut prorſus delirare: ſed ingenium, quod adhuc mihi reliquum eſt, nec unà cum uigore corporis interijt, non indignum eſſe ea facultate, qua iunior florebam. Prædicari autem te ab omnibus audio, ut & humanũ, & Athenienſibus amicũ, & ſapientiæ ſtudioſum: in quo profectò nõ inſipiẽter, ſed prudẽtiſſimè facis. Illo quoq; laudem mereris, ꝙ ex

τῶν ἡμετέρων οὐ τοὺς ἠμεληκότας αὐτῶν, καὶ πονηρῶν πραγμάτων ἐπιθυμοῦντας, ἀλλ' οἷς συνδιατρίβων οὐκ ἂν λυπηθείης, συμβάλλων τε καὶ κοινωνῶν πραγμάτων οὐδὲν ἂν βλαβείης, οὐδ' ἀδικηθείης, οἵοισπερ χρὴ πλησιάζειν τοὺς εὖ φρονοῦντας. τῶν τε φιλοσοφιῶν οὐκ ἀποδοκιμάζειν μὲν οὐδὲ τὴν περὶ τὰς ἔριδας, ἀλλὰ νομίζειν εἶναι πλεονεκτικὴν ἐν ταῖς ἰδίαις διατριβαῖς: οὐ μὴν ἁρμόττειν οὔτε τοῖς τοῦ πλήθους προεστῶσιν, οὔτε τοῖς τὰς μοναρχίας ἔχουσιν. οὐ γὰρ συμφέρειν, οὐδὲ πρέπειν τοῖς μεῖζον τῶν ἄλλων φρονοῦσιν, οὔτ' αὐτοῖς ἐρίζειν πρὸς τοὺς συμπολιτευομένους, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέπειν πρὸς αὐτοὺς ἀντιλέγειν. ταύτην μὲν οὖν οὐκ ἀγαπᾶν σε τὴν διατριβήν, προαιρεῖσθαι δὲ τὴν παιδείαν τὴν περὶ τοὺς λόγους, οἷς χρώμεθα περὶ τὰς πράξεις τὰς προσπιπτούσας καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν, καὶ μεθ' ὧν βουλευόμεθα περὶ τῶν κοινῶν. δι' ἣν νῦν τε δοκεῖς περὶ τῶν μελλόντων ἐπιεικῶς τοῖς ἀρχομένοις προστάττειν, καὶ οὐκ ἀνοήτως, ἃ δεῖ ποιεῖν ἑκάστους: περί τε τῶν καλῶν καὶ δικαίων, καὶ τῶν τούτοις ἐναντίων ὀρθῶς κρίνειν. πρὸς δὲ τούτοις κολάζειν, καὶ τιμᾶν ὡς προσῆκόν ἐστιν, ἑκατέρους. σωφρονεῖς οὖν ταῦτα μελετῶν. ἐλπίδα γὰρ τῷ τε πατρὶ καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχεις, ὡς, ἂν πρεσβύτερος γενόμενος ἐμμείνῃς τούτοις, τοσοῦτον προέξεις τῇ φρονήσει τῶν ἄλλων, ὅσονπερ ὁ πατήρ σου διενήνοχεν ἁπάντων.

noſtris ciuibus amare & magnifacere diceris, non eos qui nullum uirtutis & doctrinæ ſtudiū habuerunt, malarumq́; rerum cupiditate constricti tenentur: ſed hos, quorū diſputationibus audiendis, nullas moleſtias capias: quorumq́; commercijs & conſilijs utendo, neque damnis neq; iniurijs afficiaris. Talium enim conſuetudo prudentibus expetenda eſt. Inter doctrinarum porrò genera ne dialecticas quidem diſputationes improbare diceris: ſed ſic de illis ſentire, ut eas exiſtimes in priuatis cōgreſsibus permultum ualere, non tamen uel populi gubernatoribus uel principibus eſſe opportunas. Nec enim expedire, nec decere, ut qui dignitate cæteris præſtant, uel ipſi cum ciuibus rixentur, uel cæteris dent contradicendi licentiam. Hoc igitur ſtudium te non amare ferunt, ſed eloquentiæ diſciplinā permagni facere, qua utimur & in quotidianæ uitæ negocijs, & cum de Repub. deliberamus. Per quam id tibi contigit, ut & nunc de futuris rebus prudenter ijs qui tibi parēt, & nō inſipienter quid ſingulos facere deceat, præcipere: & de rebus honeſtis & iuſtis, harumq́; contrarijs rectè iudicare uidearis. Prætereà ſic uel pœnis uel præmijs afficere utroſq;, ut mereantur. Magna igitur laude digna eſt tua ſapientia, qui talibus ſtudijs occuperis. Spem enim & patri & reliquis amicis affers, ubi ætate proceſſeris, & in his actionibus perſeueraris, fore ut reliquos tantum ſapientia anteeas, quantum pater tuus omnibus antecellit.

ὙΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ϛ. ἐπιστολῆς.

Κατ' ἀρχὰς αἰτιολογεῖ, διότι οὐ προσήκει αὐτὸν εἰς Θετταλίαν ἀποδημεῖν. εἶτα μακρᾷ χρησάμενος ἐφόδῳ, παραινεῖ, ὅτι δεῖ τὴν τῶν συμπολιτευομένων εὔνοιαν προτιμῆσαι τῆς τυραννίδος.

ἸΣΟΚΡΑΤΗΣ ΤΟΙΣ ἸΑΣΟΝΟΣ παισὶ χαίρειν.

παραίτησις, ἐκ τοῦ χαλεποῦ καὶ αἰσχροῦ καὶ ἐπικινδύνου καὶ ἀδυνάτου.

Ἀπήγγελλέ τίς μοι τῶν πρεσβευσάντων ὡς ὑμᾶς, ὅτι καλέσαντες αὐτὸν ἄνευ τῶν ἄλλων, ἠρωτήσατε, εἰ πεισθείην ἀποδημῆσαί τε, καὶ διατρῖψαι παρ' ὑμῖν; ἐγὼ δ' ἕνεκα μὲν τῆς Ἰάσονος καὶ Πολυάλκους ξενίας, ἡδέως ἂν ἀφικοίμην ὡς ὑμᾶς. οἶμαι γὰρ ἂν τὴν ὁμιλίαν τὴν γενομένην, ἅπασιν ἡμῖν συνενεγκεῖν. ἀλλὰ γὰρ ἐμποδίζει με πολλά, μάλιστα μὲν τὸ μὴ δύνασθαι πλανᾶσθαι, καὶ τὸ μὴ πρέπειν ἐπιξενοῦσθαι τοῖς τηλικούτοις. ἔπειτα δ' ὅτι πάντες οἱ πυθόμενοι τὴν ἀποδημίαν, δικαίως ἄν μου καταφρονήσειαν, εἰ προῃρημένος τὸν ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν ἄγειν, ἐπὶ γήρως ἀποδημεῖν ἐπιχειροίην, ὅτ' εἰκός, εἰ καὶ πρότερον ἀλλοσέ ποι διετέλουν, νῦν οἴκαδε σπεύδειν οὕτως ἐγγύς μοι τῆς τελευτῆς οὔσης. πρὸς δὲ τούτοις φοβοῦμαι καὶ τὴν πόλιν. χρὴ γὰρ τἀληθῆ λέγειν. ὁρῶ γὰρ τὰς συμμαχίας τὰς πρὸς αὐτὴν γινομένας, ταχέως διαλυομένας. εἰ δή τι συμβαίη καὶ πρὸς ὑμᾶς τοιοῦτο: πῶς ἂν καὶ τὰς αἰτίας καὶ τοὺς κινδύνους διαφυγεῖν δυνηθείην (ὃ χαλεπόν ἐστιν) ἀλλ' οὐκ αἰσχυνθείην ἄν, εἴτε διὰ τὴν πόλιν δόξαιμι τισὶν ἀμελεῖν ὑμῶν, εἴτε δι' ὑμᾶς τῆς πόλεως ὀλιγωρεῖν; μὴ κοινοῦ γὰρ τοῦ συμφέροντος ὄντος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀμφοτέροις

ARGVMENTVM VI. Epistolæ.

Primùm causas exponit, propter quas se in Thessaliã proficisci non deceat. Deinde longa insinuatione suadet, ut ciuium beneuolentiam præstare tyrannidi putent.

ISOCRATES IASONIS liberis S. D.

Renunciauit mihi nostratium legatorum quidam, se à uobis seuocatum, ac seorsim à cæteris interrogatum esse, an persuaderi mihi poßit, ut peregrè profectus, uestra familiaritate utar? Ego uerò propter Iasonis & Polyacis hospitiũ, libenter ad uos uenirem. Eum enim congressum posse nobis omnib. prodesse scio. Sed multa me impediũt: atq; illud inprimis, quòd & itineris labores ferre nequeo, & tam grandi ætate peregrè uiuere indecorũ est. Deinde, quòd omnes, audita ea peregrinatione, iurè me contẽnerent, qui reliquo uitæ meæ tẽpore ocium amplexus, in senectute demũ peregrinari instituerem: quũ deceret, etiãsi prius alibi uixissem, nũc domũ festinare, postquã ab obitu tã propè absum. Ad hæc (uera enim dicẽda sunt) etiam ciuitatẽ meam formido, qui initas cũ ea societates celeriter solere dirimi uideam. Quòd si & uestris in rebus tale aliquid accidisset: quomodo & crimina & pericula effugere possem (id quod difficile admodum est) & dedecus non admitterẽ, siue aliqui putarent, uos à me propter meam ciuitatem negligi, siue propter uos patriæ rationem non haberi? Quum autem nõ communis sit utilitas, quomodo utrisq; gratificari Excusatio à difficili, turpi, periculoso.

quodã, quid esset Rhetorica? Et magna, inquit, parua, & parua, magna efficiẽdi ratio. Cũ aliquãdo à Nicocreonte Cypriorũ tyrãno inuitatus ad epulas, à conuiuis rogaretur, ut aliquid dissereret: Quarũ ego rerũ, inquit, peritus sum, hæ nũc locũ nõ habẽt: quæ uerò nũc locũ habẽt, earũ ego non sum peritus. Sophoclẽ tragicũ cõspicatus, qui puerũ quendã captus amore sectabatur: Non solùm, inquit, manus cõtinendæ sunt, sed etiã oculi. Cùm Ephorus Cumanus, re infecta, scholã egressus, à patre Demophilo, altera pacta mercede, remitteretur, Diphorũ eum (id est, Biferũ) per iocũ appellauit: ac nihilominus, magnũ in eo uiro erudiendo studium adhibuit, & Chriæ argumentũ ipse ei proposuit. Fuit procliuis in uenerẽ, ita ut lõgo uelo in lecto uteretur, & croco delibutũ ceruical haberet. Ac in adolescentia quidem matrimoniũ non contraxit: in senectute autẽ è meretricula, nomine Lagisca, filiolã suscepit: quæ annos nata duodecim, ante nuptias obijt. Deinde Plathanam, Hippiæ oratoris filiã, uxorẽ duxit, tres filios habentẽ: è quib. Aphareũ, ut suprà dictum est, adoptauit, qui statuã eius in æde Iouis Olympij, in columna dedicauit, cum hac inscriptione: Statuæ, & monimẽta.

Effigiem patris hancce Ioui Isocratis, pietatis
In patrem atque deos ergò Aphareus posuit.

Fertur etiã equo certasse, dũ puer esset adhuc. Dedicata est enim eius ærea imago in arce, in area sacerdotũ Mineruæ, certãtis equo, pueri adhuc, ut quidã dixerũt. Bis in omni uita uocatus est in iudiciũ. Primùm ad facultatũ permutationẽ, prouocatus à

Me-

μεγακλείδου, πρὸς ὃν οὐκ ἀπήντησε διὰ νόσον· τὸν δ' υἱὸν πέμψας ἀφαρέα, ἐνίκησε. δεύτερος δὲ, λυσιμάχου αὐτὸν προκαλεσαμένου περὶ τριηραρχίας εἰς ἀντίδοσιν. ἡττηθεὶς δὲ, τὴν τριηραρχίαν ὑπέστη. ἦν δ' αὐτοῦ καὶ γραπτὴ εἰκὼν ἐν τῷ πομπείῳ. ὁ δ' ἀφαρεὺς συνέγραψε μὲν λόγους, οὐ πολλοὺς δὲ, δικανικούς τε καὶ συμβουλευτικούς. ἐποίησε δὲ καὶ τραγῳδίας περὶ ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ὧν ἀντιλέγονται δύο. ἀρξάμενος δ' ἀπὸ λυσιστράτου διδάσκειν ἄχρι σωσιγένους, ἐν ἔτεσιν εἴκοσιν ὀκτὼ, διδασκαλίας ἀστικὰς καθῆκεν ἕξ. καὶ δὶς ἐνίκησε, διὰ διονυσίου καθεὶς, καὶ δι' ἑτέρων ἑτέρας δύο ληναϊκάς. τῆς δὲ μητρὸς αὐτῶν ἰσοκράτους, καὶ θεοδώρου καὶ τῆς ταύτης ἀδελφῆς ἀνακοῦς, εἰκόνες ἀνέκειντο ἐν ἀκροπόλει, ὧν ἡ τῆς μητρὸς παρὰ τὴν ὑγίειαν νῦν κεῖται μετεπιγεγραμμένη. ἡ δ' ἀνακοῦς, οὐ σώζεται. ἔσχε δ' υἱοὺς, ἀλέξανδρον μὲν ἐκ κοινοῦ, σωσικλέα δ' ἐκ λυσίου.

ἀφαρέως συγγράμματα.

υἱοὶ ἀνακοῦς.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΒΙΟΣ ἰσοκράτους.

ἡ σειρὴν ἰσοκράτους, καὶ ἀντεξέτασις πρὸς Δημοσθένην.

Ἡ δὲ σειρὴν ἡ ἐφεστηκυῖα τῷ ἰσοκράτους τοῦ σοφιστοῦ σήματι (ἐφέστηκε δ' οἷον ᾄδουσα) πειθὼ κατηγορεῖ τοῦ ἀνδρὸς, ἣν συνεβάλετο ῥητορικοῖς νόμοις καὶ ἤθεσι· πάρισα καὶ ἀντίθετα, καὶ ὁμοιοτέλευτα, οὐχ εὑρὼν πρῶτος, ἀλλ' εὑρημένοις εὖ χρησάμενος. ἐπεμελήθη δὲ καὶ περιβολῆς, καὶ ῥυθμοῦ, καὶ συνθήκης, καὶ κρότου. ταυτὶ δ' ἡτοίμασέ που καὶ τὴν δημοσθένους γλῶτταν. δημοσθένης γὰρ μαθητὴς μὲν ἰσαίου, ζηλωτὴς δ' ἰσοκράτους γενόμενος, ὑπερεβάλετο αὐτὸν ῥυθμῷ, καὶ ἐπιφορᾷ, καὶ

Megaclide, cum quo ipse morbo impeditus, non congressus est: sed misso Aphareo filio, uicit. Deinde cùm Lysimachus de eadem re litem illi intendisset, uictus triremem instruxit. Est autem etiam nunc picta eius imago in Pompeo. Aphareus & ipse conscripsit & forenses orationes, & suasiones, sed non multas. Fecit etiam Tragœdias circiter septem & triginta: quarum duæ controuersæ sunt. Cùm uerò sub Lysistrato tragœdias edere cœpisset, usq; ad Sosigenem, intra uiginti octo annos urbanas actiones sex exhibuit, bisq; uicit, actore Dionysio: & per alios alias duas Bacchanalibus ad Torcularia celebratis, approbauit. Theodori & matris ipsius Isocratis, & Anacus sororis imagines uisebantur in arce: matris iuxta Sanitatis statuam posita, commutata inscriptione. Anacus imago non extat. Habuit filios, Alexandrum è Cœno, Sosiclem ex Lysia. Apharei scripta.

VITA ISOCRATIS è Philostrato.

Siren quæ Isocratis rhetoris sepulchro, cantantis speciē præ se ferens insistit, argumento est, quātam uim ad persuadendū ille uir oratorijs legib. & institutis adiecerit, uidelicet cōparia, contraposita & similiter finita: quæ non ipse primus inuênit: sed inuentis bene usus est. Curā etiā habuit comprehensionis, & numerorū, & cōpositionis, & soni grādioris: quæ res Demosthenis etiam linguā expoliuerunt. Nā Demosthenes Isæi quidem discipulus fuit: sed admirator Isocratis, quem numeris & impetu & com- Isocratis Siren, & cum Demosthene comparatio.

καὶ περιβολῇ, καὶ ταχύτητι λόγου τε καὶ ἐννοίας δὲ σεμνότης δ' ἡ μὲν δημοσθένους, ἐπεστραμμένη μᾶλλον: ἡ δ' ἰσοκράτους, ἁβροτέρα τε καὶ ἡδίων. παράδειγμα δὲ ποιώμεθα τῆς μὲν δημοσθένους σεμνότητος: πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα: φέρειν δ' ὅ,τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως. ἡ δ' ἰσοκράτους σεμνότης, ὧδε κεκόσμηται. τῆς γὰρ γῆς ἁπάσης τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης, δίχα τετμημένης, καὶ τῆς μὲν ἀσίας, τῆς δ' εὐρώπης καλουμένης: τὴν ἡμίσειαν ἐκ τῶν συνθηκῶν εἴληφεν, ὥσπερ πρὸς τὸν δία τὴν χώραν νεμόμενος.

περὶ τῶν λόγων, καὶ τῶν ἀκροατῶν ἐπίκρισις.

τὰ μὲν οὖν πολιτικὰ ὤκνει καὶ ἀπεφοίτα τῶν ἐκκλησιῶν, διά τε τὸ ἐλλιπὲς τοῦ φθέγματος, διά τε τὸν ἀθήνησι φθόνον, ἀντιπολιτευόμενον ἐν τοῖς μάλιστα τοῖς σοφώτερόν τι ἑτέρου ἀγορεύουσιν. ὅμως δ' οὐκ ἀπεσπούδαζε τῶν κοινῶν. πρός τε γὰρ φίλιππον, ἐν οἷς πρὸς αὐτὸν ἔγραφεν, ἀθηναίοις δήπου διωρθοῦτο: καὶ οἷς περὶ τῆς εἰρήνης συγγέγραφεν, ἀνεσκεύαζε τοὺς ἀθηναίους ἐκ τῆς θαλάττης, ὡς κακῶς ἐν αὐτῇ ἀκούοντας: ὁ πανηγυρικός τ' αὐτῷ λόγος, ὃν διῆλθεν ὀλυμπιάσι, τὴν ἑλλάδα πείθων ἐπὶ τὴν ἀσίαν στρατεύειν, παυσαμένους τῶν οἴκοι ἐγκλημάτων. οὗτος μὲν οὖν εἰ καὶ κάλλιστος λόγων, αἰτίαν ὅμως παραδέδωκεν, ὡς ἐκ τῶν γοργία σπουδασθέντων εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν συντεθείς. ἄριστα δὲ τῶν ἰσοκράτους φροντισμάτων ὅ, τε ἀρχίδαμος ξύγκειται, καὶ ὁ ἀμάρτυρος. τοῦ μὲν γὰρ διήκει φρόνημα λακεδαιμονίοις τῶν

λα

& comprehensione & celeritate uerborũ ac sententiarũ superauit. Demosthenis quidẽ maiestas est dẽsior & cõcitatior, Isocratis uerò delicatior & suauior. Sed exemplũ proferamus Demosthenicæ maiestatis. Omniũ hominũ uita morte finitur, etiãsi quis in corte conclusum tueri se studeat. Fortib. autẽ uiris res honestæ præclaræq; omnes semper aggrediendæ sunt, spe bona fretis: & quicquid Dei uoluntate contigerit, infractis animis perferendum. Isocratis uerò maiestas sic ornata est. Cũ enim uniuersa terra, quæ circumflexu cœli continetur, in duas sit diuisa partes, quarum altera dicitur Asia, altera Europa: mediam ex fœdere accepit, perinde ac si cum Ioue partiretur imperium. Rempub. non ausus fuit capessere, aut se ingerere concionibus: cũ quia uoce destituebatur, tũ inuidiæ metu, quæ Athenis maximè illis aduersabatur, qui sapientius aliquid reliquis dicerent. Neq; tamen nullum habuit Reipub. studium. Nam & Philippum oratione ad eum scripta reconciliauit Atheniensibus: & in ea quæ de pace agit, Athenienses è mari, quòd malè in eo audirent, quasi retraxit: & oratio Panegyrica (quam Olympiæ recitauit, Græcis suadens, ut domesticis dissidijs omissis, expeditionem aduersus Asiam suscipèrent) quanquam elegãtia cæteris omnibus antecelluit, non defuêre tamen qui criminarentur, eũ Gorgiæ in eodem argumenti genere lucubrationes compilasse. Inter Isocratis aũt orationes principatũ tenent, Archidamus & Amartyros. Nam in priore studet excitare Lacedæmoniorum animos, & post Leu-

De orationibus & auditoribus censura.

λευκτρικῶν ἀναφέρον· καὶ οὐκ ἀκριβῆ μόνον τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ καὶ ἡ συνθήκη λαμπρά: ἐναγώνιος δ' ὁ λόγος, ὡς καὶ τὸ μυθῶδες αὐτοῦ μέρος τὸ περὶ τὸν ἡρακλέα καὶ τὰς βοῦς, σὺν ἐπιστροφῇ ἡρμηνεῦσθαι. ὁ δ' ἀμάρτυρος, ἰσχὺν ἐνδείκνυται κεκολασμένην ἐς ῥυθμοὺς. νόημα γὰρ ἐκ νοήματος εἰς περιόδους ἰσοκώλους τελευτᾷ. ἀκροαταὶ δὲ τοῦ ἀνδρὸς τούτου πολλοὶ μὲν, ἐλλογιμώτατος δ' ὑπερείδης ὁ ῥήτωρ. θεόπομπον γὰρ τὸν ἐκ χίου, καὶ τὸν κυμαῖον ἔφορον, οὔτ' ἂν διαβάλλοιμι, οὔτ' ἂν θαυμάσαιμι. οἱ δ' ἡγούμενοι τὴν κωμῳδίαν καθάπτεσθαι τοῦ ἰσοκράτους, ὡς αὐλοποιοῦ, ἁμαρτάνουσι. πατὴρ μὲν γὰρ αὐτῷ θεόδωρος ἦν, ὃν ἐκάλουν αὐλοποιὸν ἀθήνησιν. αὐτὸς δ' οὔτ' αὐλοὺς ἐγίνωσκεν, οὔτ' ἄλλό τι τῶν ἐν βαναύσοις. οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ τῆς ἐν ὀλυμπίᾳ εἰκόνος ἔτυχεν, εἴ τι τῶν εὐτελῶν εἰργάζετο. ἀπέθανε μὲν οὖν ἀθήνησιν, ἀμφὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη: ἕνα δ' αὐτὸν ἡγώμεθα τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων, ἐπειδὴ μετὰ τὰ κατὰ χαιρώνειαν ἐτελεύτα, μὴ καρτερήσας τὴν ἀκρόασιν τοῦ ἀθηναίων πταίσματος.

ἐν ὀλυμπίασιν εἰκὼν, καὶ τελευτή.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΙΕΡΩΝΥ-
μου βολφίου.

Διονύσιος οὗτος ἁλικαρνασσεὺς, ἀπὸ τῆς κατὰ καρίαν ἁλικαρνασσοῦ πατρίδος ἐπωνόμασται, τῆς καὶ ἡρόδοτον ἡμῖν τὸν συγγραφέα γεννησάσης. ἔχομεν δὲ τούτου τοῦ διονυσίου τήν τε ῥωμαίων ἀρχαιολογίαν, καίτοι ὑπὸ τοῦ χρόνου πεπηρωμένην, καὶ τέχνας τινὰς ῥητορικὰς, καὶ ἐπιστολάς. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ πραγματείᾳ τὸν ἰσοκράτους βίον, ὥσπερ ἐν ἄλλῳ καὶ τὸν λυσίου, διὰ βραχέων ἐκθέμενος, περὶ τῆς λέξεως αὐτοῦ ἐκ πολλῶν παραδειγμάτων, ἀντεξετάζων τὸν ἄνδρα πρὸς λυσίαν: ὡς ἔχει γνώμης, ἀβασκάνως ἀποφαίνεται. τοιγαροῦν ἀναγνωστέον τὸ βιβλίον τῇ [illegible] ὡς ἐγ-

Leuctricã cladem erigere: nec ibi uerba tantùm exquisita sunt, sed & cõpositio splendida: & tota oratio ad uictoriã cõparata est, adeò ut etiã illius fabulosa pars de Hercule & bobus, nec inconsideratè inserta, & ita sit exposita, ut quandã præ se ferat uerisimilitudinẽ. Amartyros aũt robur ostẽtat numeris castigatũ. Nã sentẽtia cõserta sententiæ, in pariũ mẽbrorũ periodos desinit. Auditores eius multi fuêre, sed præstãtissimus Hyperides orator: nã Theopõpum Chiũ, & Cumanũ Ephorũ, equidẽ neq; reprehenderim, neq; admirari uelim. Qui uerò putant Isocratẽ perstringi in Comœdijs, ut tibiarũ fabrũ; falluntur: Nam pater ei Theodorus fuit, quem fabrum tibiarum Athenis appellabant. Ipse uerò neq; tibias norat, neq; aliud quicquã opificij sordidi. Nec enim Olympiæ statuam consequutus esset, si ullas uiles operas fecisset. Obijt Athenis, ferè centenarius: habendus in eorum numero, qui in bello oppetierunt. Nam audita clade, quam Athenienses ad Chæroneam acceperant, ita uicem afflictæ patriæ doluit, ut præ animi ægritudine moreretur.

Statua Olympica; & obitus.

Plin. l. 7. c. 7.

ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFII in uitam Isocratis, ex Dionysio.

Dionysius hic Halicarnasseus, à patria Halicarnasso, Cariæ urbe, dicitur: quæ nobis Herodotum quoque historicum dedit. Extant etiam historiæ Romanæ, descriptæ ab hoc Dionysio, quanquam uetustate mutilatæ: & quædam rhetoricæ præceptiones, atq; epistolæ. Sed in hoc opusculo uitam Isocratis, sicut & alio Lysiæ, breuiter perstringit: ac de illius genere dicẽdi, prolatis multis excẽplis, & collatione ad Lysiã facta, citra maleuolentiam iudicat. Legendus igitur hic libellus est, tum

ὡς ἐγκώμιον τοῦ ῥήτορος ὑπάρχειν, τὴν δ' ὡς ἐπίκρισιν ὑφηγουμένην, τί παρ' αὐτῷ μιμήσεως ἄξιον, καὶ τί συγγνώμης, διά τε τὰ λοιπὰ τῶν κατορθωμάτων, καὶ τὴν ἐν τῷ συγγράφειν προαίρεσιν. οἱ γὰρ ἀγύμναστοι τῶν φιλοσοφούντων οὐ σπανίως διώκουσιν ἃ φεύγειν χρεών, τὰ βέλτιστα παραδραμόντες, ἂν μὴ καθηγεμόνα τοῦ ὅλου ἔμπειρον λάβωσι.

ΔΙΟΝΥΣΊΟΥ ἉΛΙΚΑΡΝΑΣσέως περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων.

ἸΣΟΚΡΆΤΗΣ ἈΘΗναῖος.

γένος, διδάσκαλοι, συγγράμματα, εὐλογία, μαθηταί, εὐπορία, καὶ τελευτή.

Ἰσοκράτης ὁ ἀθηναῖος, ἐγεννήθη μὲν ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ ἕκτης ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος ἀθήνησι λυσιμάχου, πέμπτῳ πρότερον ἔτει τοῦ πελοποννησιακοῦ πολέμου, δυσὶ καὶ εἴκοσιν ἔτεσι νεώτερος λυσίου. πατρὸς δ' ἦν θεοδώρου, τινὸς τῶν μετρίων πολιτῶν, θεράποντας αὐλοποιοὺς κεκτημένου, καὶ τὸν βίον ἀπὸ ταύτης ἔχοντος τῆς ἐργασίας. ἀγωγῆς δὲ τυχὼν εὐσχήμονος, καὶ παιδευθεὶς οὐδενὸς ἀθηναίων χεῖρον: ἐπειδὴ τάχιστ' ἀνὴρ ἐγένετο, φιλοσοφίας ἐπεθύμησε. γενόμενος δ' ἀκουστὴς προδίκου τε τοῦ κείου, καὶ γοργίου τοῦ λεοντίνου, καὶ τισίου τοῦ συρακουσίου, τῶν τότε μέγιστον ὄνομα ἐν τοῖς ἕλλησιν ἐχόντων ἐπὶ σοφίᾳ (ὡς δέ τινες ἱστοροῦσι, καὶ θηραμένους τοῦ ῥήτορος, ὃν οἱ τριάκοντ' ἀπέκτειναν, δημοτικὸν εἶναι δοκοῦντα) σπουδὴν μὲν ἐποιεῖτο πράττειν τε καὶ λέγειν τὰ πολιτικά. ὡς δ' ἡ φύσις ἠναντιοῦτο, τὰ πρῶτα καὶ κυριώτατα τοῦ ῥήτορος ἀφελομένη, τόλμαν τε καὶ φωνῆς μέγεθος, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τ' ἦν ἐν ὄχλῳ λέγειν: ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς προαιρέσεως. ἐπιθυμῶν δὲ δόξης καὶ τοῦ πρωτεῦσαι

ut laudatio autoris nostri, tum ut censura, quæ demonstrat, quid in eo imitandum, quid eius uirtutibus, scribendiq; insti tuto condonandum sit. Nam imperiti lectores ea sæpe conse ctantur, quæ fugienda sunt, optimis præteritis, nisi peritum quasi itineris ducem inuenerint.

EX OPERE AELII DIONYSIJ Halicarnassei, de antiquis Oratoribus.

ISOCRATES ATHENIENSIS.

Isocrates Atheniensis, natus est sexta & octogesima Olympiade, prætore Athenis Lysimacho, quinquennio ante Peloponnesiacũ bellum, duobus & uiginti annis Lysia natu minor. Pater ei Theodorus fuit, unus de mediocribus ciuibus, qui famulos tibiarũ fabros habuit, atq; illo quæstu se sustentauit. Honestè autem educatus & institutus à puericia, nihilo deteriùs quàm quisquam Atheniensium: statim cũ ad uirilem ætatẽ peruenisset, ad philosophiam adiecit animũ. Cùm igitur et Prodicum Ceium, & Gorgiam Leontinum, & Tisiam Syracusanũ, qui tum sapientiæ nomine in Græcia celeberrimi erant, & (ut quidam scribunt) etiam Theramenem oratorem, quem triginta tyranni occidèrunt, quòd popularis uideretur, audisset: percupidus fuit, cùm dicendo, tum agendo, administrandæ Reipublicæ. Sed quia natura aduersabatur, quæ instrumenta oratoris præcipua, audaciam & uocis magnitudinem, ei negarat, sine quibus ad populum dici non poterat: consilium illud suum omisit. Quia uerò gloriam expetebat, & apud Græcos

Natales, præceptores, scripta, doctrina, claritas, discipuli, diuitiæ, obitus.

παρὰ τοῖς ἕλλησιν ἐπὶ σοφίᾳ, καθάπερ αὐτὸς εἴρηκεν: ἐπὶ τὸ γράφειν ἃ διανοηθείη κατέφυγεν, οὐ περὶ μικρῶν τὴν προαίρεσιν ποιούμενος, οὐδὲ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, οὐδ' ὑπὲρ ὧν ἄλλοι τινὲς τῶν τότε σοφιστῶν: περὶ δὲ τῶν ἑλληνικῶν καὶ βασιλικῶν πραγμάτων, ἐξ ὧν ὑπελάμβανε τάς τε πόλεις ἄμεινον οἰκήσεσθαι, καὶ τοὺς ἰδιώτας ἐπίδοσιν ἕξειν πρὸς ἀρετήν. ταῦτα γὰρ ἐν τῷ παναθηναϊκῷ λόγῳ, περὶ αὐτοῦ γράφει. πεφυρμένην τε παραλαβὼν τὴν ἄσκησιν τῶν λόγων ὑπὸ τῶν περὶ γοργίαν καὶ πρωταγόραν σοφιστῶν, πρῶτος ἐχώρησεν ἀπὸ τῶν ἐριστικῶν τε καὶ φυσικῶν, ἐπὶ τοὺς πολιτικούς: καὶ περὶ ταύτην σπουδάζων τὴν ἐπιστήμην διετέλεσεν, ἐξ ἧς, ὥς φησιν αὐτὸς, τὸ βουλεύεσθαι καὶ λέγειν καὶ πράττειν τὰ συμφέροντα, περιγίνεται τοῖς μαθοῦσιν. ἐπιφανέστατος δὲ γενόμενος τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν ἀκμασάντων χρόνον, καὶ τοὺς κρατίστους τῶν ἀθήνησί τε καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ ἑλλάδι νέων παιδεύσας, ὧν οἱ μὲν ἐν τοῖς δικανικοῖς ἐγένοντο ἄριστοι λόγοις, οἱ δ' ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ τὰ κοινὰ πράττειν διήνεγκαν, καὶ ἄλλοι δὲ τὰς κοινὰς τῶν ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων πράξεις ἀνέγραψαν, καὶ τῆς ἀθηναίων πόλεως εἰκόνα ποιήσας τὴν ἑαυτοῦ σχολήν, κατὰ τὰς ἀποικίας τῶν λόγων: πλοῦτον ὅσον οὐδεὶς τῶν ἀπὸ φιλοσοφίας χρηματισαμένων περιποιησάμενος, ἐτελεύτα τὸν βίον ἐπὶ χαιρωνίδου ἄρχοντος, ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον τῆς ἐν χαιρωνείᾳ μάχης, δυοῖν δέοντα βεβιωκὼς ἑκατὸν ἔτη: γνώμῃ χρησάμενος ἅμα τοῖς ἀγαθοῖς τῆς πόλεως, συγκαταλῦσαι τὸν ἑαυτοῦ βίον, ἀδήλου ἔτι ὄντος πῶς χρήσεται τῇ τύχῃ φίλιππος, παραλαβὼν τὴν τῶν ἑλλήνων ἀρχήν. τὰ μὲν οὖν

ἱστορ-

(ut ipse ait) excellere opinione sapientiæ cupiebat: eò cõfugit, ut suas cogitationes literis mandaret. Neque uerò paruis de rebus, aut de priuatis contractibus uerba facere, aut usitata sophistis cæteris argumenta tractare instituit: sed de rebus Græcorum, regijsque negocijs, unde sperabat & urbes florentiores, & homines priuatos uirtute ornatiores fore. Nam in oratione Panathenaica, hæc de semetipso scribit. Quum autem confusam dicendi exercitationem à Gorgia & Protagora sophistis accepisset: primus subtilitate disserendi & naturæ obscuritate relicta, ad orationes ciuiles se cõtulit, & in ea facultate cõstanter elaborauit: cuius illum esse fructum ait, ut ea eruditi qui sunt, utilia & deliberent, & dicant & agant. Clarißimus fuit inter eos, qui eodem tempore floruerunt: & adolescentes cùm Athenis, tum in reliqua Græcia præstantißimos erudijt: quorum alij in forensibus causis excelluerunt, alij in publicis negocijs & administratione Reipublicæ: alij res à Barbaris et Græcis communiter gestas, in literas retulerunt. Itaque schola eius ueluti colonijs eloquentiæ deducendis, imaginem quandam ciuitatis Atheniensis repræsentabat. Vnde etiam tantas opes adeptus est, quantas eorum nemo qui docenda philosophia rem fecerunt. Obijt prætore Chæronide, paucis diebus post prælium ad Chæroneam commissum. Vixit annos nonaginta octo. Ita enim decreuerat, se Reipublicæ cladibus superesse nolle: cùm incertum adhuc esset, quomodo fortunam laturus esset Philippus, suscepto Græciæ principatu. Quæ igitur

ἐπίκρισις περὶ τῆς ἰσοκράτους λέξεως, καὶ πρὸς τὴν λυσίου ἀντεξέτασις.

ἱστορούμενα περὶ αὐτοῦ, κεφαλαιωδῶς ταῦτ᾽ ἐστίν. ἡ δὲ λέξις ᾗ κέχρηται, τοιοῦτόν τινα χαρακτῆρα ἔχει. καθαρὰ μέν ἐστιν οὐχ ἧττον τῆς λυσίου, καὶ οὐδὲν εἰκῇ τιθεῖσα ὄνομα: τήν τε διάλεκτον ἀκριβοῦσα ἐν τοῖς πάνυ, τὴν κοινὴν καὶ συνηθεστάτην. καὶ γὰρ αὕτη πέφευγε τῶν ἀπηρχαιωμένων καὶ σημειωδῶν ὀνομάτων τὴν ἀπειροκαλίαν. καὶ κέκραται συμμέτρως, τό, τε σαφὲς ἐκείνῃ παραπλήσιον ἔχει, καὶ τὸ ἐναργές, ἠθική τέ ἐστι καὶ πιθανή. κατὰ δὲ τὴν τροπικὴν φράσιν, ὀλίγον τι διαλλάττει τῆς λυσίου. καὶ στρογγύλη δ᾽ οὐκ ἔστιν, ὥσπερ ἐκείνη, καὶ συγκεκροτημένη, καὶ πρὸς ἀγῶνας δικανικοὺς εὔθετος: ὑπτία δέ ἐστι μᾶλλον καὶ κεχυμένη πλουσίως: οὐδὲ σύντομος οὕτως, ἀλλὰ καὶ κατασκελὴς καὶ βραδυτέρα τοῦ μετρίου. (δι᾽ ἣν δ᾽ αἰτίαν τοῦτο πάσχει, μετὰ μικρὸν ἐρῶ) οὐδὲ τὴν σύνθεσιν ἐπιδείκνυται τὴν φυσικὴν καὶ ἀφελῆ καὶ ἐναγώνιον, ὥσπερ ἡ λυσίου: ἀλλὰ πεποιημένην μᾶλλον εἰς σεμνότητα πομπικὴν καὶ ποικίλην, καὶ πῇ μὲν ἀπρεπεστέραν ἐκείνης, πῇ δὲ περιεργοτέραν. ὁ γὰρ ἀνὴρ οὗτος τὴν εὐέπειαν ἐκ παντὸς διώκει, καὶ τοῦ γλαφυρῶς λέγειν στοχάζεται μᾶλλον ἢ τοῦ ἀφελῶς. τῶν τε γὰρ φωνηέντων τὰς παραλλήλους θέσεις, ὡς λυούσας τὰς ἁρμονίας τῶν ἤχων, καὶ τὴν λειότητα τῶν φθόγγων λυμαινομένας, περιΐσταται: περιόδῳ τε καὶ κύκλῳ περιλαμβάνειν τὰ νοήματα πειρᾶται ῥυθμοειδεῖ πάνυ, καὶ οὐ πολὺ ἀπέχοντι τοῦ ποιητικοῦ μέτρου: ἀναγνώσεώς τε μᾶλλον οἰκειότερός ἐστιν, ἢ χρήσεως. τοιγάρτοι τὰς μὲν ἐπιδείξεις τὰς ἐν ταῖς πανηγύρεσι, καὶ τὴν ἐκ χειρὸς θεωρίαν φέρουσιν αὐτοῦ οἱ λόγοι: τοὺς δ᾽ ἐν ἐκκλησίαις καὶ δικαστηρίοις ἀγῶνας, οὐχ ὑπομένουσι.

ἐν οἷς διαφέρει.

scripta de eo comperimus, summatim hæc sunt. Dictio uerò, qua usus est, hunc ferè characterẽ habet. Pura est, non minus quàm Lysiana, neq; ullum temerè nomen ponit: summumq́; studium habet communis & usitatissimi sermonis, qui uerborum obsoletorum & obscurorum insolentiam fugit: & mediocriter temperata est, & perspicuitatem ac euidentiam eandem habet, morataq́; est & probabilis. Quod uerò ad tropos attinet, nonnihil à Lysiana distat. Neque enim ita uel rotunda uel densa est, uel ad certamina forensia apposita, sed supina magis atque elumbis, & copiose fusa: neque etiam ita breuis, sed & ueluti claudicans, & iusto tardior (eius rei quæ causa sit, paulo pòst dicam) neque compositionem præ se fert naturalem illam, & simplicem & acrem, ut Lysiana: sed comparatam magis ad grauitatem fastuosam, & uariam, quæ quidem est aliquando quàm illa decentior, aliquando affectatior. Hic enim uir ornatum uerborum undique consectatur: & magis in eo elaborat ut eleganter, quàm ut simpliciter dicat. Nam & concursus uocalium, ut qui sonorum concentum soluant, & lenitatem pronunciationis turbent, cauet: & circuitu ac circulo complecti sententias numeroso prorsus, & à uersu parum distanti, conatur: & est ad legendum, quàm ad dicendum, accommodatior. Ac ostentationem quidem in ludorum celebritatibus, & lectionem ociosam, ferunt eius orationes: sed à forensi strepitu, concionumq́; procellis sunt remotissima,

Censura de Isocratica dictione, & cum Lysia collatio.

Quibus differat.

σχήματα Ἰσοκράτους.

μένουσι. τούτου δ' αἴτιον, ὅτι πολὺ τὸ παθητικὸν ἐν ἐκείνοις εἶναι δεῖ, τοῦτο δ' ἥκιστα δέχεται περίοδος. αἵ τε γὰρ παρομοιώσεις, καὶ παρισώσεις, καὶ τὰ ἀντίθετα, καὶ πᾶς ὁ τῶν τοιούτων σχημάτων κόσμος, πολὺς ἐστὶ περὶ αὐτῷ, καὶ λυπεῖ πολλάκις τὴν ἄλλην κατασκευὴν, προσιστάμενος ταῖς ἀκοαῖς. καθόλου δὲ τριῶν ὄντων, ὥς φησι Θεόφραστος, ἐξ ὧν γίνεται τὸ μέγα καὶ σεμνὸν καὶ περιττὸν ἐν λέξει, τῆς τ' ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων, καὶ τῆς ἐκ τούτων ἁρμονίας, καὶ τῶν περιλαμβανόντων αὐτὰ σχημάτων. ἐκλέγει μὲν εὖ πάνυ, καὶ τὰ κράτιστα ὀνόματα τίθησιν. ἁρμόττει δ' αὐτὰ περιέργως, τὴν εὐφωνίαν ἐντείνων μουσικήν. σχηματίζει τε φορτικῶς, καὶ τὰ πολλὰ γίνεται ψυχρὸς, ἢ τῷ πόρρωθεν λαμβάνειν, ἢ τῷ μὴ πρέποντα εἶναι τὰ σχήματα τοῖς πράγμασιν, ἢ διὰ τὸ μὴ κρατεῖν τοῦ μετρίου. ταῦτα μέν τοι καὶ μακροτέραν αὐτῷ ποιεῖ τὴν λέξιν πολλάκις· λέγω δὲ τό, τ' εἰς περιόδους ἐνδεσμοτεῖν ἅπαντα τὰ νοήματα, καὶ τὸ τοῖς αὐτοῖς τύποις τῶν σχημάτων τὰς περιόδους περιλαμβάνειν, καὶ τὸ διώκειν ἐκ παντὸς τὴν εὐρυθμίαν. οὐ γὰρ ἅπαντα δέχεται οὔτε μῆκος τὸ αὐτὸ, οὔτε σχῆμα τὸ παραπλήσιον, οὔτε ῥυθμὸν τὸν ἴσον. ὥστ' ἀνάγκη παραπληρώμασι λέξεων οὐδὲν ὠφελουσῶν χρῆσθαι, καὶ ἀπομηκύνειν πέρα τοῦ χρησίμου τὸν λόγον. λέγω δ', οὐχ ὡς διαπαντὸς αὐτοῦ ταποιοῦντος· οὐχ οὕτω μαίνομαι. καὶ γὰρ συντίθησί ποτ' ἀφελῶς τὰ ὀνόματα, καὶ λύει τὴν περίοδον διγμῶς, καὶ τὰ περίεργα σχήματα καὶ φορτικὰ φεύγει, καὶ μάλιστ' ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς τε καὶ δικανικοῖς λόγοις. ἀλλ' ὡς ἐπὶ πολὺ τῷ ῥυθμῷ δουλεύοντος, καὶ τῷ κύκλῳ τῆς περιόδου, καὶ τὸ κάλλος τῆς

Convertio.

ἀπαγ-

tissimæ. In causa illud est, quòd multum in illis acrimoniæ & affectuum esse oportet: id quod periodus minimè recipit. Nã & similiter finita, & cõparia, & antitheta, & uniuersus taliũ figurarũ mundus, multus apud eum est, auriũq́; sæpe fastidijs adhærescit, & structuram orationis turbat. Cùm autẽ tria omnino, Theophrasto autore, sint, è quibus dictioni granditas, & splendor, et magnificentia quædã accedat: primùm delectus uerborum, deinde quæ ex illis existat concinnitas: postremò figuræ quibus hæc includantur: optimũ delectum habet, & uerba commodissima ponit: affectatè uerò coniungit eadem, musicum quendam concentum captans, & figuras adhibet tumidas. Vnde sæpe friget: uel quia figuras illas longius accersit, uel quia rebus nõ satis congruentes miscet, uel quia modum excedit. Hæc porrò sæpe dictionẽ illius producunt longius, dũ includere periodis omnes sentẽtias, & ijsdem figurarũ formis cõplecti periodos conatur, perpetuoq́; cõcinnitatem numerorũ captat. Nec enim omnia recipiũt uel eandem longitudinẽ, uel similes figuras, uel pares numeros. Quare fieri non potest, quin explendi gratia uoces inculcet, quarũ nullus est usus: & longius quàm expedit, orationem extendat. Neque uerò sic hæc accipi debent, quasi perpetua illi esse dicam: nõ ita insanio. Nam interdum & simpliciter uocabula iungit, & comprehensionẽ egregiè soluit: & operosas figuras ac tumidas fugit, idq́; in suasionibus & forensib. orationib. potissimùm. Sed quia plerũq; numeris seruit, & circulo periodi, atq; elocutionis

Isocraticæ figuræ.

Ubi Isocr. operosas & tumidas figuras uitet.

κοινότερον ἀπαγγελίας ἐν τῷ περὶ τῶν πιθεμένου, εἴρηκα περὶ αὐτοῦ. κατὰ δὴ ταῦτα φημὶ τὴν ἰσοκράτους λέξιν λείπεσθαι τῆς λυσίου, καὶ ἔτι κατὰ τὴν χάριν. καί τοι γ' αὐθηρός ἐστιν, εἰ καί τις ἄλλος, καὶ ἐπαγωγὸς ἡδονῇ τῶν ἀκροωμένων ἰσοκράτης, ἀλλ' οὐκ ἔχει τὴν αὐτὴν χάριν ἐκείνῳ. τοσοῦτον δ' αὐτοῦ λείπεται κατὰ ταύτην τὴν ἀρετὴν, ὅσον τῶν φύσει καλῶν σωμάτων, τὰ συνεργανιζόμενα κόσμοις ἐπιθέτοις. πέφυκε γὰρ ἡ λυσίου λέξις ἔχειν τὸ χάριεν· ἡ δ' ἰσοκράτους, βούλεται. ταύτας μὲν δὴ τὰς ἀρετὰς ὑστερεῖ λυσίου, κατὰ γοῦν τὴν ἐμὴν γνώμην. περιττεῖ δέ γ' ἐν ταῖς μελλούσαις λέγεσθαι· ὑψηλότερος ἐστιν ἐκείνου κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ μεγαλοπρεπέστερος μακρῷ, καὶ ἀξιωματικώτερος. θαυμαστὸν γὰρ δὴ καὶ μέγα τὸ τῆς ἰσοκράτους κατασκευῆς ὕψος, ἡρωϊκῆς μᾶλλον, ἢ ἀνθρωπίνης φύσεως οἰκεῖον. δοκεῖ δή μοι μὴ ἀπὸ σκοποῦ τις ἂν εἰκάσαι, τὴν μὲν ἰσοκράτους ῥητορικὴν τῇ πολυκλείτου τε καὶ φειδίου τέχνῃ κατὰ τὸ σεμνὸν καὶ μεγαλότεχνον, καὶ ἀξιωματικόν. τὴν δὲ λυσίου, τῇ καλάμιδος καὶ καλλιμάχου, τῆς λεπτότητος ἕνεκα, καὶ τῆς χάριτος. ὥσπερ γὰρ ἐκείνων οἱ μὲν ἐν τοῖς ἐλάττοσι καὶ ἀνθρωπικοῖς ἔργοις εἰσὶν ἐπιτυχέστεροι τῶν ἑτέρων, οἱ δ' ἐν τοῖς μείζοσι καὶ θειοτέροις δεξιώτεροι· οὕτω καὶ τῶν ῥητόρων ὁ μὲν ἐν τοῖς μικροῖς ἐστι σοφώτερος, ὁ δ' ἐν τοῖς μεγάλοις περιττότερος· τάχα μὲν γὰρ καὶ τῇ φύσει μεγαλόφρων τις ὤν· εἰ δὲ μὴ, τῇ γε προαιρέσει πάντως τὸ σεμνὸν καὶ θαυμαστὸν διώκων. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῆς λέξεως τοῦ ῥήτορος. τὰ δ' ἐν τῷ πρακτικῷ τόπῳ θεωρήματα, τὰ μὲν ὅμοια τοῖς λυσίου, τὰ δὲ κρείττονα. ἡ μὲν εὕρεσις ἡ τῶν ἐνθυ-

μημά

σύγκρισις τῶν ῥητόρων πρὸς ἀνδριαντοποιοὺς, καὶ μετάβασις ἀπὸ τῶν τῆς λεπτότητος, ἀλλ' ἐπὶ τὰ τοῦ πρακτικοῦ θεωρήματα.

elegantiam in redundantia quadam ponit: generalius hæc de eo pronunciaui. His igitur aio dictionem Isocraticam à Lysiaca uinci: nec parem etiam suauitatem habere. Floridus certè quidem est, ut si quis alius, Isocrates, & uoluptatis illecebris auditores demulcet: non eadem tamen est in eo uenustas, & (quantum ad hanc quidem uirtutem attinet) tanto est illo inferior, quantum naturali corporum pulchritudini ascititij ornatus cedunt. Naturalis enim est in Lysiana dictione suauitas, affectata in Isocratea. Et his uirtutibus, mea quidem sententia, uincitur à Lysia: contrà uincit eundem, his quas iam dicemus. Sublimior est illo in elocutione, & longè magnificentior, maiestateq; plenior. Admirabilis enim est & magna Isocrateæ structuræ sublimitas, heroicæ quàm humanæ naturæ propior. Quare, si quis grauitate, & amplitudine, & maiestate, Isocratis eloquentiam, Polycleti & Phidiæ operibus contulerit, is à scopo aberrasse mihi non uidebitur: Lysianam uerò Calamidis & Callimachi, ob subtilitatem & elegantiam. Quemadmodum enim eorum hi feliciores alijs sunt in minoribus & humanis operibus, illi in maioribus ac diuinis: sic & oratorum alter in paruis dexterior est, alter in magnis excellentior: siue natura ipsa magnanimus, siue de industria quouis modo grauitatē captans, & admirabilitatem. Atq; hæc de dictione oratoris. Quod autem ad exquisitionem rerum et sententiarum attinet, aliàs par est Lysiæ, aliàs eo præstantior. Argumentorum quidem inuen-

Simile.

Cōparatio Rhetorum ad statuarios, & transitio ab elocutione ad inuētionē, iudicium & dispositionem.

μημάτων ἡ πρὸς ἕκαστον ἁρμόττουσα πραγματεία, πολ-
λὴ καὶ πυκνή, καὶ οὐδὲν ἐκείνης λειπομένη· καὶ πί-
στις ὡσαύτως ἀπὸ μεγάλης φρονήσεως γινομένη. τά-
ξις δὲ καὶ μερισμοὶ τῶν πραγμάτων, καὶ ἡ κατ' ἐ-
πιχείρημα ἐξεργασία, καὶ τὸ διαλαμβάνεσθαι τὴν
ὁμοειδίαν ἰδίαις μεταβολαῖς, καὶ ξένοις ἐπεισοδίοις,
τάτ' ἄλλα ὅσα περὶ τὴν πραγματικὴν οἰκονομίαν
ἐστὶν ἀγαθά, πολλῷ μείζονά ἐστι παρ' ἰσοκράτει, καὶ
κρείττονα· μάλιστα δ' ἡ προαίρεσις ἡ τῶν λόγων,
περὶ οὓς ἐσπούδαζε, καὶ τῶν ὑποθέσεων τὸ κάλλος,
ἐν αἷς ἐποιεῖτο τὰς διατριβάς· ἐξ ὧν οὐ λέγειν δει-
νοὺς μόνον ἀπεργάσαιτ' ἂν τοὺς προσέχοντας αὐτῷ
τὸν νοῦν· ἀλλὰ καὶ τὰ ἤθη σπουδαίους, οἴκῳ τε καὶ
πόλει καὶ ὅλῃ τῇ ἑλλάδι χρησίμους. κράτιστα γὰρ δὴ
» παιδεύματα πρὸς ἀρετὴν ἐν τοῖς ἰσοκράτους ἐστὶν
» εὑρεῖν λόγοις. καὶ ἔγωγέ φημι χρῆναι τοὺς μέλ-
λοντας οὐχὶ μέρος τι τῆς πολιτικῆς δυνάμεως,
ἀλλ' ὅλην αὐτὴν κτήσασθαι· τοῦτον ἔχειν τὸν ῥήτορα
» διὰ χειρός. καὶ εἴ τις ἐπιτηδεύει τὴν ἀληθινὴν φι-
» λοσοφίαν, μὴ τὸ θεωρητικὸν αὐτῆς μόνον ἀγαπῶν,
» ἀλλὰ καὶ τὸ πραγματικόν, μηδ' ἀφ' ὧν αὐτὸς ἄλυ-
» πον ἕξει βίον προαιρούμενος, ἀλλ' ἐξ ὧν πολλοὺς ὠφε-
» λήσει· παρακελευσαίμην ἂν αὐτῷ, τὴν ἐκείνου τοῦ ῥή-
τορος μιμεῖσθαι προαίρεσιν. τίς γὰρ οὐκ ἂν γένοιτο φι-
λόπολίς τε, καὶ φιλόδημος; ἢ τίς οὐκ ἂν ἐπιτηδεύσειε
τὴν πολιτικὴν καλοκαγαθίαν, ἀναγνοὺς αὐτοῦ τὸν πα-
νηγυρικόν; ἐν ᾧ διεξιὼν τὰς τῶν ἀρχαίων ἀρετάς,
φησὶν, ὡς οἱ τὴν ἑλλάδα ἐλευθερώσαντες ἀπὸ τῶν
βαρβάρων, οὐ τὰ πολέμια δεινοὶ μόνον ἦσαν, ἀλλὰ καὶ
τὰ ἤθη γενναῖοι, καὶ φιλότιμοι, καὶ σώφρονες· οἵ γε
τῶν

ὅτι ἰσοκρά-
της κατὰ τὸ
τῶν ὑποθέσεων
κάλλος πάν-
των ὑπερέχει
διὰ τῶν πρα-
γμάτων συνί-
στησι.

ὁ πανηγυρι-
κός.

inuẽtio singulis reb. accõmodata, multa est & dẽsa, nihiloq; Lysiana inferior: iudiciũ itẽ à magno ingenio profectũ. Dispositio uerò & distributiones rerũ, & singulorũ epicherematũ expoliata tractatio, & orationis singulari uarietate, et nouis accessionibus, ad leuãdũ similitudinis fastidiũ, distinctio, et si quæ sunt aliæ uirtutes in tractatione rerũ: hæc apud Isocratẽ lõgè maiora sunt, et meliora omnia. Præcipuã uerò laudẽ meretur ob institutũ orationũ, in quibus elaborauit, et argumentorũ honestatẽ et elegantiã, quæ tractãda suscepit. Hæc studiosos eius nõ eloquẽtia tantũ augere, sed ad morũ etiã honestatẽ instituere, & gubernandæ tũ familiæ, tũ ciuitati, tũ toti Græciæ idoneos possint reddere. Nã præstantissima præcepta uirtutis in orationib. Isocratis inueniũtur. Ac mea qdẽ sentẽtia, q nõ partẽ aliquã ciuilis facultatis, sed rationẽ gerendæ Reipub. uniuersam cõplecti animo uolet, is hunc oratorẽ nocturna diurnaq; manu uersare debebit. Quòd si qs uerã philosophiam amplectitur, sola cõtẽplatione rerũ haud contẽtus, sed actione uirtutis etiã occupatus: nec suis commodis metitur omnia, sed multis prodesse studet: huic ego autor ero, ut oratoris huius imitetur institutũ. Quis enim nõ amore cõplecteretur & Rempub. & populũ: aut qs honestati et ijs uirtutib. quæ in magistratu bonisq; ciuib. reqrũtur, nõ studeret, lecto eius Panegyrico? Nã ibi maiorũ uirtutes commemorãs, eos q à dominatu Barbarorũ Græciã liberarint, nõ egregios tãtùm bellatores fuisse dicit: sed animis & morib. etiã generosis ꝑditos, et gloriæ cupidos et modestos:

Vid. Quintil. l. 5. c. 10.

Isocratẽ argumentorũ honestate præferendũ esse omnibus, exẽplis probat.

Polytica oro Panegyr.

Panegyricus.

τῶν μὲν κοινῶν μᾶλλον ἐφρόντιζον, ἢ τῶν ἰδίων: τῶν δ' ἀλλοτρίων ἧττον ἐπεθύμουν, ἢ τῶν ἀδυνάτων: καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οὐ πρὸς ἀργύριον ἔκρινον, ἀλλὰ πρὸς εὐδοξίαν: μέγαν οἰόμενοι τοῖς παισὶ καταλείψειν πλοῦτον, καὶ ἀνεπίφθονον, τὴν παρὰ τοῖς πλήθεσι τιμήν: κρείττονα δ' ἡγοῦντο τὸν εὐσχήμονα θάνατον, ἢ τὸν ἀκλεῆ βίον: ἐσκόπουν δ', οὐχ ὅπως οἱ νόμοι καλῶς καὶ ἀκριβῶς αὐτοῖς ἕξουσιν, ἀλλ' ὡς ἡ τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων μετριότης μηδὲν ἐκβήσεται τῶν πατρίων: οὕτω δ' εἶχον αὐτοῖς τὰ πρὸς ἀλλήλους φιλοτίμως καὶ πολιτικῶς, ὥστε καὶ τὰς στάσεις ἐποιοῦντο πρὸς ἀλλήλους, πότεροι πλείω τὴν πόλιν ἀγαθὰ ποιήσουσιν, οὐχ οἵτινες τοὺς ἑτέρους ἀπολέσαντες, τῶν λοιπῶν αὐτοὶ ἄρξουσι: τῇ δ' αὐτῇ προθυμίᾳ χρώμενοι καὶ πρὸς τὴν ἑλλάδα, τῷ θεραπεύειν προσήγοντο τὰς πόλεις, καὶ τῷ πείθειν ταῖς εὐεργεσίαις μᾶλλον ἢ τῷ βιάζεσθαι τοῖς ὅπλοις κατεῖχον: πιστοτέροις χρώμενοι τοῖς λόγοις, ἢ νῦν τοῖς ὅρκοις, καὶ ταῖς συνθήκαις ἀξιοῦντες μᾶλλον ἐμμένειν, ἢ ταῖς ἀνάγκαις: τοιαῦτα δὲ περὶ τῶν ἡττόνων ἀξιοῦντες γινώσκειν, οἷα περὶ σφῶν αὐτῶν τοὺς κρείττους ἂν ἠξίωσαν φρονεῖν: οὕτω δὲ παρεσκευασμένοι τὰς γνώμας, ὡς ἰδίᾳ μὲν ἔχοντες τὰς ἑαυτῶν πόλεις, κοινὴν δὲ πατρίδα τὴν ἑλλάδα οἰκοῦντες. τίς δ' οὐκ ἂν ἀγαπήσειε μέγεθος ἔχων ἀνήρ, καὶ δυνάμεώς τινος ἡγούμενος, ἃ πρὸς φίλιππον αὐτῷ τὸν μακεδόνα γέγραπται; ἐν οἷς ἀξιοῖ στρατηγὸν ἄνδρα, καὶ τηλικαύτης ἐξουσίας κύριον, διαλλάττειν μὲν τὰς διαφερομένας πόλεις, ἀλλὰ μὴ συγκρούειν πρὸς ἀλλήλας, τὴν δ' ἑλλάδα μεγάλην ἐκ μικρᾶς ποιεῖν, ὑπεριδόντα δὲ τῆς περὶ τὰ μικρὰ φιλο-

ὁ πρὸς φίλιππον.

τιμίας

destos: q̃ quidẽ Rẽpub. diligẽtius curarẽt, quàm priuatã: aliena minus cõcupiscerẽt, quã ea quæ fieri nõ possent: felicitatẽ nõ in opulentia, sed in honesta fama sitam esse iudicarẽt: existimantes, se liberis magnas diuitias, & nõ inuidiosas relicturos, si honorẽ eis popularẽ reliquissent: honestã porrò mortẽ ingloriæ uitæ præferendã ducerẽt: nõ in eo elaborãtes, ut præclaras & accuratas leges haberẽt, sed ut ea esset in quotidianæ uitæ cõsuetudine ciuium moderatio, quæ à patrijs institutis nequaquã recederet: tã honestè & ciuiliter inuicẽ affecti, ut inter sese quasi p̃ factiones certarent, quinã melius de Rep. mereri possent, nõ q̃ oppreßis aduersarijs, ipsi reliq̃s imparent: eadẽq; utẽtes animi propẽsione erga Græciã quoq;, officijs ciuitates adiungerẽt: & p̃suasione beneficiorũ potius, quàm armorũ coactione in fide retinerẽt: ita ueraces, ut eorũ simplex oratio minus in dubiũ uocaretur, quàm nũc iurisiurandi religio: itaq; constãtes, ut pacta & fœdera ultrò seruarẽt diligẽtius, quàm si cõstricti neceßitate tenerentur: non alia in imbecilliores decernẽtes, quàm in se à potẽtioribus statui uellẽt: & sic persuasum haberent, se priuatim quidem suas tenere ciuitates, sed in Græcia, tanquam cõmuni patria, habitare. Quis uerò uir magnus & iusti exercitus imperator, ea nõ magni faciat, quæ ad Philippum Macedonem scripsit? cùm ducis, præsertim tanta potestate præditi, officiũ esse dicit, urbes dißidentes reconciliare, & nõ inter eas seditionem ac discordiã concitare: Græciam è parua magnam reddere: despectoq; minutarum rerum studio, Oratio Philippica.

τιμίας τοῖς τοιούτοις ἐπιχειρεῖν ἔργοις, ἐξ ὧν κατορθώ-
σας τε πάντων ἡγεμόνων ἐπιφανέστατος ἔσται, καὶ
ἀποτυχὼν τήν γ᾽ εὔνοιαν τὴν παρὰ τῶν ἑλλήνων κτή-
σεται: ἧς οἱ τυχόντες, πολλῷ μᾶλλον εἰσὶ ζηλωτότεροι
τῶν μεγάλας πόλεις καὶ πολλὰς χώρας καταστρεψα-
μένων. ἔτι δὲ παρακελεύεται μιμεῖσθαι τὴν ἡρακλέους
τε προαίρεσιν, καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων, ὅσοι μετὰ τῶν
ἑλλήνων ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἐστράτευσαν. καὶ φησὶ
„ χρῆναι τοὺς τῶν ἑτέρων διαφέροντας, προαιρεῖσθαι μὲν
„ τὰς μέγεθος ἐχούσας πράξεις. ἐπιτελεῖν δ᾽ αὐτὰς
„ μετ᾽ ἀρετῆς: ἐνθυμουμένους, ὅτι τὸ μὲν σῶμα θνητὸν
ἔχομεν. ἀθάνατοι δὲ γινόμεθα δι᾽ ἀρετήν. καὶ τοῖς μὲν
πρὸς ἄλλό τι τῶν ἀγαθῶν ἀπλήστως διακειμένοις
ἀχθόμεθα, τοὺς δὲ τιμὴν μείζω τῆς ὑπαρχούσης ἀεὶ
γλιχομένους ἐπαινοῦμεν. καὶ ὅτι τῶν μὲν ἄλλων, ἐφ᾽ οἷς χαί-
ρουσιν οἱ πολλοί, τοῦ τε πλούτου καὶ ἀρχῆς καὶ δυναστείας,
πολλάκις τοὺς ἐχθροὺς συμβαίνει γίνεσθαι κυρίους:
τῆς δ᾽ ἀρετῆς, καὶ τῆς παρὰ τοῖς πλήθεσιν εὐνοίας,
τοὺς οἰκείους ἑκάστου κληρονομεῖν. πολλὴ γὰρ ἀνάγκη
τοὺς ἀναγινώσκοντας ταῦτα δυνάστας, φρονήματός τε
μείζονος ὑποπίμπλασθαι, καὶ μᾶλλον ἐπιθυμεῖν τῆς
ὁ συμμαχικὸς, ἢ περὶ τῆς εἰρήνης. ἀρετῆς. τίς δ᾽ αὖ μᾶλλον ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν
εὐσέβειαν προτρέψαιτο, καθ᾽ ἕκαστόν τ᾽ ἄνδρα ἰδίᾳ
καὶ κοινῇ τὰς πόλεις ὅλας, τοῦ περὶ τῆς εἰρήνης λόγου;
ἐν γὰρ δὴ τούτῳ πείθει τοὺς ἀθηναίους τῶν μὲν ἀλλο-
τρίων μὴ ἐπιθυμεῖν, ἐπὶ δὲ τοῖς παροῦσι στέργειν: καὶ τῶν
μὲν μικρῶν πόλεων ὥσπερανεὶ κτημάτων φείδεσθαι,
τοὺς δὲ συμμάχους εὐνοίᾳ τε καὶ εὐεργεσίαις πειρᾶσθαι
κατέχειν, ἀλλὰ μὴ ταῖς ἀνάγκαις, μηδὲ ταῖς βίαις: τῶν
δὲ προγόνων μιμεῖσθαι, μὴ τοὺς πρὸ τῶν δεκελεικῶν

γινομέ-

studio, ea suscipere, quibus & feliciter confectis, omnium ducum clarissimus futurus sit: & infectis, saltem Græcorum beneuolentiam consequuturus: cuius qui sint facti compotes, longè latéque præclariores habeantur iis qui magnas urbes euertant, multásque nationes subigant. Præterea hortatur, ut Herculis institutum, ac cæterorum principum, qui cum Græcis aduersus Barbaros militarunt, imitetur: & iis, ait, qui præstent reliquis, magnas esse res suscipiendas, eásque fortiter ac strenuè conficiendas: cogitantes, nos, cùm mortale corpus habeamus, fieri uirtute immortales. Nam eos qui aliorum bonorum insatiabili cupiditate teneantur, inuisos esse: contrà, honoris subinde augendi studiosos commendari: & quibus rebus plerique gaudeant, ut opibus, ut imperio, ut potentia, iis sæpenumerò etiam hostes potiri: uirtutis autem & popularis beneuolentiæ, domesticos cuiusque hæredes esse. Omnino enim necesse est, principes qui hæc legunt, & maiores capere animos, & uehementiore studio uirtutis inflammari. Quis uerò uehementius ad colendam iusticiam & pietatem, cùm singulos priuatim, tum publicè totas ciuitates adhortari queat, quam scripta de Pace oratio? quæ suadet Atheniensibus, ne appetant aliena, sed ut suo contenti sint: paruis oppidis tanquam fundis suis parcant: ac socios in officio, beneuolentia & beneficiis, non ui & necessitate coactos, contineant: utq; è maioribus imitentur non eos qui ante bellum De-

utilitas [illegible]

Socialis, siue de Pace oratio.

γνομένους, οἳ μικροῦ ἐδέησαν ἀπολέσαι τὴν πόλιν, ἀλλὰ τοὺς περὶ τῶν Περσικῶν, οἳ καλοκἀγαθίαν ἀσκοῦντες διετέλεσαν. ἐπιδεικνύντα τ' ὡς οὐχ αἱ πολλαὶ τριήρεις, οὐδ' οἱ μετὰ βίας ἀρχόμενοι Ἕλληνες μεγάλην ποιοῦσι τὴν πόλιν· ἀλλ' αἱ δίκαιαί τε προαιρέσεις, καὶ τὸ τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν. παρακαλεῖ τε τὴν τῶν Ἑλλήνων εὔνοιαν οἰκείαν ποιεῖν τῇ πόλει, μεγίστην ἡγούμενος πρὸς εὐδαιμονίαν· καὶ πολεμικοὺς μὲν εἶναι ταῖς παρασκευαῖς καὶ ταῖς μελέταις, εἰρηνικοὺς δὲ τῷ μηδένα μηδὲν ἀδικεῖν· διδάσκων, ὡς οὔτε πρὸς πλοῦτον, οὔτε πρὸς δόξαν, οὔθ' ὅλως πρὸς εὐδαιμονίαν, οὐδὲν ἂν συμβάλοιτο τηλικαύτην δύναμιν, ὅσην ἀρετή, καὶ τὰ μέρη ταύτης· καὶ τοῖς μὴ ταῦτα ὑπολαμβάνουσιν ἐπιτιμῶν, οἳ τὴν μὲν ἀδικίαν κερδαλέαν ἡγοῦνται,
,, καὶ πρὸς τὸν βίον τὸν καθ' ἡμέραν συμφέρουσαν· τὴν δὲ
,, δικαιοσύνην ἀλυσιτελῆ, καὶ μᾶλλον ἑτέροις ἢ τοῖς ἔχουσιν ὠφέλιμον. τούτων γὰρ οὐκ οἶδ' εἴ τις ἂν ἢ βελτίους ἢ ἀληθεστέρους, ἢ μᾶλλον πρέποντας φιλοσοφίᾳ, δύναιτο λόγους εἰπεῖν. τίς δὲ τὸν Ἀρεοπαγιτικὸν ἀναγνοὺς λόγον οὐκ ἂν γένοιτο κοσμιώτερος; ἢ τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὴν ἐπιβολὴν τοῦ ῥήτορος; ὃς ἐτόλμησε διαλεχθῆναι περὶ πολιτείας Ἀθηναίοις· ἀξιῶν μεταθέσθαι μὲν τὴν τότε καθεστῶσαν δημοκρατίαν, ὡς μεγάλα βλάπτουσαν τὴν πόλιν, ὑπὲρ ἧς τῶν δημαγωγῶν οὐδεὶς ἐπε-
,, χείρει λέγειν· θεωρῶν, εἰς τοσαύτην αὐτὴν προεληλυ-
,, θυῖαν ἀκοσμίαν, ὥστε μηδὲ τοὺς ἄρχοντας ἐπὶ τῶν ἰδιωτῶν
,, κρατεῖν, ἀλλ' ἕκαστον ὅ, τι καθ' ἡδονὴν αὐτῷ γίνοιτο καὶ
,, ποιοῦντα καὶ λέγοντα, καὶ τὴν ἄκυρον παρρησίαν, δη-
,, μοτικὴν ἐξουσίαν ὑπὸ πάντων νομιζομένην· ἀνασῶσαι δὲ τὴν ὑπὸ Σόλωνός τε καὶ Κλεισθένους καταστα-

ὁ ἀρεοπαγιτικός.

θεῖσαν

relicũ, propemodũ ciuitatẽ euertiſſent: ſed illos qui ante bellum Perſicum, perpetuum uirtutis ſtudium habuerũt. Oſtẽdit etiã, non multitudine triremiũ, aut imperio per uim in Græcos exercẽdo, Rempub. augeri: ſed iuſtis potius actionibus, iniurijsq́; prohibendis. Beneuolentiã item Græcorũ, quam ad beatè uiuendum plurimum cõferre exiſtimat, ciuitati ut conciliẽt, in primis hortatur: & , ut ad bellum quidem parati ſint & inſtructi, ſed pacis ita ſtudioſi, ut neminem ullis iniurijs afficiãt: ac docet, neq; ad parãdas opes, neq; ad gloriam, neq; deniq; ad felicitatẽ quicquã tantum cõferre, quantũ uirtutẽ & eius partes. Eos aũt qui aliter ſentiunt, reprehẽdit, quòd exiſtimẽt, iniuſticiã quidẽ callidã eſſe, & ad quotidianã uitã utilẽ: iuſticiam uerò incõmodã, & alijs quàm ijs penes quos eſt utiliorem. Ego quidẽ haud ſcio, an quiſquã oratiões uel meliores, uel ueriores, uel magis philoſophiæ conſentaneas habere queat. Quis porrò lecta oratione Areopagitica, non modeſtior fieret? aut quis inſtitutũ oratoris non laudet? q apud Athenienſes de Reip. forma diſputare non dubitarit: ac autor eſſe, ut ea Democratia quæ tũ erat, tanquã ciuitati pernicioſa, mutaretur. Qua de re popularium magiſtratuũ nemo referre inſtituebat. Videbat enim ita prolapſam eſſe diſciplinã ciuitatis, ut iam nec à magiſtratib. homines priuati coherceri poſſent: ſed unuſquiſq; cùm diceret, tũ faceret, quicquid collibitum eſſet, ac omnes importunã confidentiam, libertatẽ popularem exiſtimarent. Suadet igitur, ut à Solone et Cliſthene conſtituta Reſpu

Areopagiticus.

θεῖσαν πολιτείαν. ἧς τὴν προαίρεσιν καὶ τὰ ἔθη διεξιών, δεινότερον μὲν ἡγεῖσθαι φησὶ τοὺς τότ' ἀνθρώπους τὸ τοῖς πρεσβυτέροις ἀντειπεῖν, ἢ τὴν τάξιν λύειν: δημοκρατίαν δ' αὐτοὺς νομίζειν οὐ τὴν ἀκολασίαν, ἀλλὰ τὴν σωφροσύνην. τὸ δ' ἐλεύθερον, οὐκ ἐν τῷ καταφρονεῖν τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' ἐν τῷ τὰ κελευόμενα ποιεῖν τίθεσθαι: ἐξουσίαν τ' οὐδενὶ τῶν ἀκολάστων ἐπιτρέπειν, ἀλλὰ τοῖς βελτίστοις ἀνατιθέναι τὰς ἀρχάς, τοιούτους ἔσεσθαι τοὺς ἄλλους ὑπολαμβάνοντας, οἷοί περ ἂν ὦσιν οἱ τὴν πόλιν διοικοῦντες: ἀντὶ δὲ τοῦ τὰς ἰδίας οὐσίας, ἐκ τῶν δημοσίων ἐπανορθοῦν, τοὺς ἰδίους πλούτους εἰς τὰ κοινὰ καταχορηγῆσαι: χωρὶς δὲ τούτων, πλείω τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοὺς πατέρας τῶν υἱῶν ἀνδρῶν γενομένων, ἢ παίδων ὄντων ἐποιοῦντο: ἐνθυμουμένους, ὡς οὐκ ἐξ ἐκείνης τῆς παιδείας, ἀλλ' ἐκ ταύτης τῆς σωφροσύνης μᾶλλον ὠφελεῖται τὸ κοινόν: κρείττονά τ' ὑπολαμβάνειν τὰ χρηστὰ ἐπιτηδεύματα τῆς ἀκριβοῦς νομοθεσίας, σκοποῦντας, οὐχ ὅπως ταῖς τιμωρίαις τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀνείρξουσιν, ἀλλ' ὡς μηδὲν ἄξιον ζημίας ἕκαστον ἐπιτηδεύειν: καὶ τὴν μὲν πατρίδα δεῖν οἰομένους ἐν ἐξουσίᾳ διάγειν μεγάλῃ, τοῖς δ' ἰδιώταις μηδὲν ἐξεῖναι ποιεῖν, ὅ, τι ἂν οἱ νόμοι κωλύωσι: καρτερεῖν δὲ τὰ δεινά, καὶ μὴ ἐκπλήττεσθαι ταῖς συμφοραῖς. τίς δ' ἂν μᾶλλον πείσειε καὶ πόλιν καὶ ἄνδρας τοῦ ῥήτορος; πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ, μάλιστα δ' ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους γραφέντι λόγῳ, ὃς ἐπιγράφεται μὲν Ἀρχίδαμος, ὑπόθεσιν δὲ περιείληφε τὴν περὶ τοῦ μὴ προέσθαι Μεσσήνην Βοιωτοῖς, μηδὲ ποιεῖν τὸ προσταττόμενον ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. ἠτύχητο γὰρ δὴ τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἡ περὶ Λεῦκτρα μάχη, καὶ

ὁ πρὸς Λακεδαιμονίους Ἀρχίδαμος γραφεὶς λόγος.

blica reuocetur. cuius naturam & instituta recensens, ait: Illa ætate grauius existimatum esse, natu maioribus dicendo aduersari, quàm aciem soluere: Democratiam eos iudicasse, non in petulantia, sed in modestia consistere: Libertatem posuisse non in contemptu magistratuum, sed in imperatis faciendis: Potestatem flagitioso nemini dedisse, sed spectatissimis uiris magistratus mandasse: quòd existimarent, tales fore cæteros ciues, quales essent gubernatores ciuitatis. Tantum uerò abfuisse ut peculatu rem familiarem amplificarent, ut suas opes in Reipublicæ utilitatem effunderent. Præterea, patribus maiori curæ fuisse filios, iam uiros, quàm pueros: quòd illorum modestiam plus prodesse Reipublicæ quàm puerilem institutionem, & recta studia legum accuratæ constitutioni præstare censerent: exquirentes, non quibus suppliciȷs delinquentes cohercerent, sed qua disciplina cauerent, ne quid pœna dignum ab ullo committeretur. Ac patriam quidem existimantes autoritate magna florere, priuatis autem hominibus licere nihil, quod legibus interdictum esset, oportere: sed eis & pericula subeunda, & res aduersas infractis animis esse perferendas. Quis uerò uel ciuitati, uel uiris facilius persuaderet hoc oratore, cùm multis aliȷs in locis, tum in oratione Laconica, quæ Archidamus inscribitur? & illud argumentum continet, neq; Messenam Bœotiȷs tradendam, nec hostium imperata esse facienda. Nam aduerso Marte pugnarant Lacedæmoniȷ & ad Leuctra,

Archidamo ad Lacedæmonios scripta oratio.

καὶ πολλαὶ μετ' ἐκείνην ἕτεραι. καὶ τὰ μὲν Θηβαίων πράγματα, ᾔρθη τε, καὶ εἰς μέγεθος ἀρχῆς προελήλυθε· τὰ δὲ τῆς Σπάρτης, ταπεινὰ καὶ ἀνάξια τῆς ἀρχαίας ἡγεμονίας ἐγεγένει. τελευτῶσα γοῦν ἵνα τύχῃ τῆς εἰρήνης ἡ πόλις, ἐβουλεύετο εἰ χρὴ Μεσσηνίας ἀποστῆναι, ταύτην ἐπιτιθέντων αὐτῇ Βοιωτῶν τὴν ἀνάγκην. ὁρῶν οὖν αὐτὴν ἀνάξια πράττειν μέλλουσαν τῶν προγόνων, τόνδε τὸν λόγον συνετάξατο, Ἀρχιδάμῳ, νέῳ μὲν ὄντι, καὶ οὔπω βασιλεύοντι, ἐλπίδας δὲ πολλὰς ἔχοντι ταύτης τεύξεσθαι τῆς τιμῆς. ἐν ᾧ διεξέρχεται, πρῶτον μὲν ὡς δικαίως ἐκτήσαντο Μεσσήνην Λακεδαιμόνιοι, παραδόντων τ' αὐτὴν τῶν Κρεσφόντου παίδων, ὅτε ἐξέπεσον ἐκ τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦ θεοῦ προστάξαντος δέξασθαι καὶ τιμωρεῖν τοῖς ἀδικουμένοις· πρὸς δὲ τούτοις ἐπικυρώσαντος μὲν τὴν κτῆσιν τοῦ πολέμου, κάτοχον δὲ ὡς καὶ βέβαιον πεποιηκότος τοῦ χρόνου. διδάσκει δ' ὡς εἰ οὐ Μεσσηνίοις τοῖς οὐκέτ' οὖσιν, ἀλλὰ δούλοις καὶ εἵλωσιν ὁρμητήριον καὶ καταφυγὴν παρέξουσι τὴν πόλιν. διεξέρχεταί τε τοὺς κινδύνους τῶν προγόνων, οὓς ὑπέμειναν ἕνεκα τῆς ἡγεμονίας· καὶ τῆς δόξης ὑπομιμνήσκει τῆς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὑπαρχούσης περὶ αὐτῶν. παραινεῖ τε μὴ συγκαταπίπτειν ταῖς τύχαις, μηδ' ἀπογινώσκειν τὰς μεταβολάς, ἐνθυμουμένους, ὅτι πολλοὶ μὲν ἤδη μείζω δύναμιν ἔχοντες ἢ Θηβαῖοι, ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων ἐκρατήθησαν· πολλοὶ δ' εἰς πολιορκίαν κατακλεισθέντες, καὶ δεινότερα ἢ Λακεδαιμόνιοι πάσχοντες, διέφθειραν τοὺς ἐπιστρατεύσαντας. καὶ παράδειγμα ποιεῖται τὴν Ἀθηναίων πόλιν, ἥτις ἐκ πολλῆς εὐδαιμονίας ἀνα-

& deinde multis alijs prælijs: ac Thebanorum quidem opes florebant, & ad imperij magnitudinem processerant: Spartanorum autem res afflictæ erant, & à dignitate ueteris principatus degenerarant. Tandem igitur ciuitas, ut pacem impetraret, deliberabat, essétne agro Messenio cedendum? nã hæc ei necessitas à Bœotijs imponebatur. Quum igitur uideret Isocrates, eam indigna facturam esse suis maioribus: Archidamo, qui quidem adolescens, necdum regno potitus erat, sed magnam tamen spem habebat, eum honoris gradum assequendi, hanc orationem composuit: cuius initio commemorat, iurè Messenam tenere Lacedæmonios, tum à Cresphontæ liberis regno pulsis traditam, tum oraculo Delphico confirmatam, quo iussi fuerint, & urbem accipere, & affectis iniuria opitulari, tum belli iure & diuturnitate temporis constabilita possessione. Docet etiam non Messenijs, qui nulli iam essent, sed seruis & mancipijs (quos Helotas uocant) id oppidum, ut portum & receptaculum, tradituros. Enumerat & pericula, quæ maiores eorum imperij causa adierint: & qua sint apud Græcos existimatione, commonefacit: hortaturq́ue, ne fracti rebus aduersis, animos abijciant, sed potius spe fortunæ melioris erigantur: & cogitent, multos Thebanis potentiores, ab imbecillioribus esse uictos: multos cinctos obsidionibus, & grauioribus malis, quàm Spartanos, conflictantes, eos à quibus oppugnarentur, deleuisse. Adducit exemplum ciuitatis Atheniensium, quæ rebus florentissimis

στρατὸς γινομένη, τοὺς ἐσχάτους ὑπέστη κινδύνους, ἵνα μὴ τοῖς βαρβάροις ποιῇ τὸ προσταττόμενον, παρακελεύεται δὲ καὶ καρτερεῖν ἐπὶ τοῖς παροῦσι, καὶ θαρρεῖν περὶ τῶν μελλόντων: ἐπισταμένους, ὅτι τὰς τοιαύτας συμφορὰς αἱ πόλεις ἐπανορθοῦνται πολιτείᾳ χρηστῇ, καὶ πολέμων ἐμπειρίαις, ἐν οἷς περιεῖχεν ἡ σπάρτη τῶν ἄλλων πόλεων. οἴεται δὲ δεῖν αὐτοὺς κακῶς πράττοντας μὴ εἰρήνης ἐπιθυμεῖν, οἷς ἐκ τῆς καινουργίας ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβάλλειν τὰ πράγματα ἐλπὶς, ἀλλὰ τοὺς εὐτυχοῦντας. ἐν γὰρ τῷ κινδύνῳ τὴν τῶν παρόντων ἀγαθῶν εἶναι φυλακήν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρὸς τούτοις διεξελθὼν, ὅσα καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐπιφανεστάτοις αὐτῶν ἐπράχθη κατὰ τοὺς πολέμους λαμπρὰ ἔργα, καὶ ὅσης αἰσχύνης ἄξια δράσουσι, καὶ ὡς διαβληθήσονται παρὰ τοῖς ἕλλησιν ἐπιλογισάμενος, καὶ ὅτι πάντοθεν αὐ-

„ τοῖς ἐπικουρία τις ἔσται τὸν ἀγῶνα ποιουμένοις, καὶ

„ παρὰ θεῶν, καὶ παρὰ συμμάχων, καὶ παρὰ πάν-

„ των ἀνθρώπων, οἷς ἐπίφθονος ἡ θηβαίων δύναμις αὐξομένη, καὶ τὴν κατέχουσαν ἀκοσμίαν καὶ ταραχὴν τὰς πόλεις ἐπιτροπευόντων τῆς ἑλλάδος βοιωτῶν, ἐπιδειξάμενος: τελευτῶν, εἰ καὶ μηδὲν τούτων μέλλοι γίνεσθαι, μηδ᾽ ὑπολείποιτό τις ἄλλη σωτηρίας ἐλπὶς, ἐκλιπεῖν κελεύει τὴν πόλιν· διδάσκων αὐτοὺς, ὡς χρὴ παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον εἴς τε σικελίαν ἐκπέμψαι, καὶ ἰταλίαν, καὶ τ᾽ ἄλλα χωρία τὰ φίλια: αὐτοὺς δὲ καταλαμβάνοντας τόπον, ὅς τις ἂν ὀχυρώτατος ᾖ, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἐπιτηδειότατος, ἄγειν καὶ φέρειν τοὺς πολεμίους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. οὐδεμίαν γὰρ

ἀξιῶ-

euersa, extrema quæque perpessa fuerit, ne audiens esset dicto Barbarorum. Monet ut præsentia perferant, & de futuris bene sperent: cùm tales calamitates à ciuitatibus emendari sciant, prudenti constitutione Reipublicæ & peritia rei militaris: quibus rebus Sparta reliquas urbes superet. Censet ijs potius, cum quibus bene agatur, quàm ipsis, rebus suis aduersis, pacem expetendam: cùm res nouas molientibus spes fortunæ melioris proposita sit. Si enim belli discrimen subeant, partas opes ab eis posse conseruari. Præterea multis alijs præclaris operibus commemoratis, quæ clarissimi ex illis publicè priuatímque in bellis ediderint, colligit, quantum dedecus suscepturi, & in quantum apud Græcos crimen uenturi sint. Sin arma ceperint, eis ab omni parte auxilia præstò esse futura, à Dijs immortalibus, à socijs, ab uniuersis hominibus, qui potentiæ Thebanorum incrementis inuideant. Denique, ostensa confusione & tumultibus, quibus urbes Græcæ, Bœotijs rerum potientibus, agitentur: ut nihil horum eueniat, nec ulla spes incolumitatis alia relinquatur: urbem eos deserere iubet: docens, uxores & liberos, cæterámque turbam, in Siciliam & Italiam, & reliqua loca eis amica mitti: ipsos uerò castello aliquo munitissimo, & ad gerendum bellum commodissimo, occupato, hostes summis uiribus terra maríque persequi oportere. Nullum enim

μένοις οὖν ἡμῖν ἔδοξε βέλτιστον εἶναι, τὰ μὲν φανερὰ τῶν χρημάτων παραδοῦναι, περὶ δὲ τῶν παρὰ τούτῳ κειμένων μὴ μόνον ἔξαρνον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ὀφείλοντά με καὶ ἑτέροις ἐπὶ τόκῳ φαίνεσθαι, καὶ πάντα ποιεῖν, ἐξ ὧν ἐκεῖνοι μάλιστ' ἔμελλον πεισθήσεσθαι, μὴ εἶναί μοι χρήματα. τότε μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐνόμιζόν μοι Πασίωνα δι' εὔνοιαν ἅπαντα ταῦτα συμβουλεύειν, ἐπειδὴ δὲ τὰ πρὸς Σάτυρον διεπραξάμην, ἔγνων αὐτὸν ἐπιβουλεύοντα τοῖς ἐμοῖς. βουλομένου γὰρ ἐμοῦ κομίσασθαι τὰ ἐμαυτοῦ, καὶ πλεῖν εἰς Βυζάντιον, ἡγησάμενος οὗτος κάλλιστον καιρὸν αὐτῷ παραπεπτωκέναι· τὰ μὲν γὰρ χρήματα πολλὰ εἶναι τὰ παρ' αὐτῷ κείμενα, καὶ ἄξια ἀναισχυντίας: ἐμὲ δὲ πολλῶν ἀκουόντων ἔξαρνον γεγενῆσθαι, μηδὲν κεκτῆσθαι: πᾶσί τε φανερὸν, ἀπαιτούμενον, καὶ ἑτέροις ὁμολογοῦντα ὀφείλειν. καὶ πρὸς τούτοις, ὦ ἄνδρες δικασταί, νομίζων, εἰ μὲν αὐτοῦ μένοιμι, ἐκδοθήσεσθαί με ὑπὸ τῆς πόλεως Σατύρῳ· εἰ δ' ἄλλοσέ ποι τραποίμην, οὐδὲν αὐτῷ μελήσειν τῶν ἐμῶν λόγων· εἰ δ' εἰσπλευσοίμην εἰς τὸν Πόντον, ἀποθανεῖσθαί με μετὰ τοῦ πατρός. ταῦτα διαλογιζόμενος, διενοεῖτό με ἀποστερεῖν τὰ χρήματα. καὶ πρὸς μὲν ἐμὲ προσεποιεῖτο ἀπορεῖν ἐν τῷ παρόντι, καὶ οὐκ ἂν ἔχειν ἀποδοῦναι. ἐπειδὴ δ' ἐγὼ βουλόμενος εἰδέναι τὸ πρᾶγμα, προσπέμπω Φιλόμηλον αὐτῷ, καὶ Μενέξενον ἀπαιτήσοντας, ἔξαρνος γίνεται πρὸς αὐτοὺς, μηδὲν ἔχειν τῶν ἐμῶν. πανταχόθεν δέ μοι τοσούτων κακῶν προσπεπτωκότων, τίνα οἴεσθέ με γνώμην ἔχειν, ὦ γ' ὑπῆρχε σιωπῶντι μὲν ὑπὸ τούτου ἀποστερεῖσθαι τῶν χρημάτων: λέγοντι δέ, μηδὲν

μᾶλ-

igitur deliberantibus, consultißimum uidebatur, ut dicerem, omnia me facturum quæ Satyrus imperasset, & pecuniam manifestam traderem: quæ uerò apud istum esset, eam non modò negarem, sed etiam fœnore ampliorem accepisse tum ab isto, tum ab alijs simularem: denique omnia facerem, per quæ illis maximè persuaderetur, mihi non esse pecuniam. Tunc igitur, iudices, putabam, Pasionem mihi cuncta hæc suadere ex beneuolentia. Sed re cum Satyri legatis transacta, animaduerti, eum fortunis meis insidiari. Quum enim nauigaturus ByZantium, mea recipere uellem: iste sibi pulcherrimam occasionem esse datam ratus est, quòd & pecunia apud se reposita magna esset, ac digna impudentia: & ego multis audientibus negassem, me quicquam habere: & nemo ignoraret, cùm pecuniam à me legati peterent, etiam alijs debere me, confessum esse. Ad hæc, iudices, putabat, si quidem hic manerem, me à ciuitate Satyro deditum iri: sin aliò me contulissem, se querelas meas nihil curaturum: sin in Pontum nauigassem, me unà cum patre periturum. Hæc igitur cogitans, me fraudare instituit: ac apud me quidem simulabat, se in præsentia minus paratum à pecunia, reddere non posse: sed cùm ego rem certò cognoscere uolens, Philomelum & Menexenum ad eum misissem, apud eos se meum quicquam habere negauit. Tantis igitur ab omni parte malis oppresso mihi, quid animi fuisse censetis? Nam si tacerem: id consequebar, ut ab isto pecunia fraudarer. Sin dicerem, ut & nihilo

μᾶλλον κομίσασθαι, πρὸς σάτυρον δ' εἰς τὴν μεγίστην διαβολὴν ἐμαυτὸν καὶ τὸν πατέρα καταστῆσαι. κράτιστον οὖν ἡγησάμην, ἡσυχίαν ἄγειν. μετὰ δὲ ταῦτα, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἀφικνοῦνταί μοι οἱ ἀπαγγέλλοντες, ὅτι ὁ πατὴρ ἀφεῖται, καὶ σατύρῳ οὕτως ἁπάντων μεταμέλει τῶν πεπραγμένων, ὡς πίστεις τε τὰς μεγίστας αὐτῷ δεδωκὼς εἴη, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔτι μείζω πεποιηκὼς ἧς εἶχε πρότερον, καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν γυναῖκα τῷ ἑαυτοῦ υἱεῖ εἰληφώς. πυθόμενος δὲ ταῦτα πασίων, καὶ εἰδὼς ὅτι φανερῶς ἤδη πράξω περὶ τῶν ἐμαυτοῦ: ἀφανίζει τὸν παῖδα, ὃς συνῄδει περὶ τῶν χρημάτων. ἐπειδὴ δ' ἐγὼ προσελθὼν ἐπεζήτουν αὐτόν, ἡγούμενος ἔλεγχον σαφέστατον τοῦτον ἂν γενέσθαι περὶ ὧν ἐνεκάλουν: λέγει λόγον δεινότατον, ὡς ἐγὼ καὶ μενέξενος διαφθείραντες καὶ πείσαντες τὸν ἐπὶ τῇ τραπέζῃ καθήμενον, ἓξ τάλαντα ἀργυρίου λάβοιμεν παρ' αὐτοῦ. ἵνα δὲ μηδεὶς ἔλεγχος, μηδὲ βάσανος γένοιτο περὶ αὐτῶν, ἔφασκεν ἡμᾶς ἀφανίσαντας τὸν παῖδα ἀντεγκαλεῖν αὐτῷ, καὶ ἐξαιτεῖν τοῦτον, ὃν αὐτοὶ ἠφανίσαμεν. καὶ ταῦτα λέγων καὶ ἀγανακτῶν καὶ δακρύων, εἷλκέ με πρὸς τὸν πολέμαρχον, ἐγγυητὰς αἰτῶν. καὶ οὐ πρότερον ἀφῆκεν, ἕως αὐτῷ κατέστησα ἓξ ταλάντων ἐγγυητάς. καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες. ταῦθ' ὅτι μὲν ὅλῳ τῷ γένει διαφέρει τῶν ἐπιδεικτικῶν τε καὶ συμβουλευτικῶν, κατὰ τὸν χαρακτῆρα τῆς λέξεως, οὐδείς ἐστιν ὃς οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν. οὐ μέντοι παντάπασί γε τὴν ἰσοκράτειον ἀγωγὴν ἐκβέβηκεν, ἀκαρῆ δέ τινα διασώζει τῆς κατασκευῆς τε καὶ σεμνολογίας ἐκείνης ἐνθυμήματα, καὶ ποιητικωτέρα μᾶλλον ἐστὶν ἢ ἀληθ-

ἀπόδειξις, ὅτι κἀν τούτῳ τὸ λεῖον καὶ εὐπρεπές.

plus reciperem, & apud Satyrum mihi simul & patri maximum crimen conflarem. Optimum igitur esse duxi, quiescere. Post hæc, Iudices, aduenerunt, qui & patrem carcere liberatum esse, & Satyrum ita pœnituisse omnium quæ egisset nunciarent, ut & fidem ei suam arctissimè obstrinxisset, & prius imperium amplificasset, & meam sororem suo filio despondisset. His Pasio auditis, cùm me ius meum apertè persecuturum sciret: puerum, qui, quid de pecunijs actum esset, conscius erat, occulit. Quem cum ego quæsiturus accessissem, quòd me nullam actionis meæ probationem euidentiorem habere posse crederem: orationem affert audacissimam & iniquissimam, me & Menexenum, puerum, qui ad mensam sederit, corrupisse, & sex talenta ab eo per fraudem abstulisse. ne uerò id facinus argui, & per tormenta ueritas exquiri posset: nos occultasse puerum: nunc uerò ad se accusandum uenire, atque eum postulare, quem ipsi occuluissemus. Atque hæc dicens, & indignans, & lachrymans, ad Polemarchum me traxit, sponsores postulans: neque prius destitit, quàm sex talentorum sponsores ei dedissem. Vos ascendite, qui harum rerum mihi testes estis. Hæc toto genere differre à laudationibus & suasionibus, dictionis charactere, nemo est quin fateatur. neque tamen Isocrateum ductum penitùs excesserunt, sed minuta quædam retinent structuræ & grandiloquentiæ illius uestigia: dictioq; poetica magis est, et elaborata, quàm simplex

Demonstratio, etiam in hac oratione Isocraticas figuras contineri: quę & ipsæ cognoscantur è Græcis.

ἢ ἀληθινωτέρα. οἷον ὅταν φησίν· ἡγούμην δ', εἰ μὲν μὴ παρείμην τὰ χρήματα, κινδυνεύσειν. τὸ γὰρ ἀποίητόν τε καὶ ἀφελὲς τοιοῦτον: ἡγούμην δὲ μὴ παραδοὺς τὰ χρήματα κινδυνεύσειν. ἔτι ἐκεῖνο, καὶ πρὸς τούτοις ὦ ἄνδρες δικασταὶ ἐνόμιζον, εἰ μὲν αὐτοῦ μένειν ἐπιχειροίην, ἐκδοθήσεσθαί με ὑπὸ τῆς πόλεως Σατύρῳ: εἰ δ' ἄλλοσέ ποι τραποίμην, οὐδὲν αὐτῷ μελήσειν τῶν ἐμῶν λόγων. εἰ δ' εἰσπλευσοίμην εἰς τὸν πόντον, ἀποθανεῖσθαί με μετὰ τοῦ πατρός. ἥτε γὰρ περίοδος ἐκμηκύνεται πέρα τοῦ δικανικοῦ τρόπου, καὶ ἡ σύνθεσις ἔχει τι τοῦ ποιητικοῦ: τό, τε σχῆμα τῆς λέξεως ἐκ τῶν ἐπιδεικτικῶν εἴληπται παρισώσεων καὶ παρομοιώσεων. τό, τ' οὖν ἐπιχειροίην, καὶ τραποίμην, καὶ εἰσπλευσοίμην, ἐν ἑνὶ χωρίῳ κείμενα, καὶ τῶν μὲν κώλων τριῶν ὄντων, τὸ δὲ μῆκος ἴσον ὑπάρχον, τεκμήρια τῆς ἰσοκράτους κατασκευῆς ἐστι. καὶ τὰ τούτοις ἐπιφερόμενα, διενοεῖτο μὲν ἀποστερεῖν τὰ χρήματα. καὶ πρὸς μὲν ἐμὲ προσεποιεῖτο ἀπορεῖν, καὶ οὐκ ἂν ἔχειν: παρόμοιά τε καὶ παραπλήσια ἀλλήλοις ἐστί. καὶ πρὸς τούτοις, ἃ μετ' ὀλίγον ἐπιτίθησιν: ὡς πίστεις τε μεγίστας αὐτῷ δεδωκὼς εἴη, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔτι μείζω πεποιηκώς, ἧς εἶχε πρότερον, καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν γυναῖκα τῷ ἑαυτοῦ υἱεῖ εἰληφώς. καὶ γὰρ ἐνταῦθα πάλιν τὸ δεδωκώς, καὶ πεποιηκώς, καὶ εἰληφώς, παρόμοιον: καὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν ἀδελφήν. ἔχοι δ' ἄν τις καὶ ἄλλα πρὸς τούτοις λέγειν, ἐξ ὧν ὁ χαρακτὴρ τοῦ ῥήτορος ἔσται καταφανής. ἀνάγκη δ' ἴσως στοχάζεσθαι τοῦ χρόνου.

& naturalis. ueluti cum ait: Nisi pecuniam dedissem, in discrimen (ut arbitrabar) uenissem. Nam alienum à Poetica, & simplex, tale esset: Arbitrabar autem me non tradita pecunia periclitaturum. Item illud: Ad hæc, iudices, putabat, si hic manere instituissem, me à ciuitate Satyro deditum iri: sin me aliò quopiam conuertissem, nihil se mea uerba curaturum: sin in Pōtum nauigassem, me unà cum patre periturum. Nam & periodus ultra forensem consuetudinem extenditur, & compositio nonnihil poeticū habet, & figura dictionis sumpta est è laudationum comparibus, similiterq́ finitis. Nam & hæc uerba, instituissem, & conuertissem, & nauigassem, in uno loco sita, et tria membra eiusdem longitudinis: certißima sunt Isocrateæ structuræ indicia. & quæ his subijciuntur: instituerat me fraudare pecunia, & apud me quidem fingebat se egere et non habere: similiter finita & uicina inter se sunt. & præter hæc ea etiam, quæ paulo pòst subijcit: & pignora maxima dedisse, & imperium prius amplificasse, & sororem meam suo filio in matrimonium collocasse. Etenim hic item, dedisse & amplificasse, & collocasse: iterum, imperium & matrimonium, consimilia sunt. Possent etiā alia præter hæc dici, è quibus character oratoris eluceret: sed fortasse temporis habenda ratio est.

VITA

ΒΙΌΣ ἸΣΟΚΡΆΤΟΥΣ ἘΚ τοῦ Σουίδα.

Ἰσοκράτης, θεοδώρου αὐλοποιοῦ, ἀθηναῖος ῥήτωρ, γενόμενος ἐπὶ τῆς πϛʹ ὀλυμπιάδος, ὅ ἐστι μετὰ τὰ πελοποννησιακά. καὶ διὰ μὲν τῆς φωνῆς τὴν ἀτονίαν καὶ τὸ ἀπαρρησίαστον, δίκας οὐκ εἶπεν. ἐδίδαξε δὲ πλείστους, καὶ λόγους γέγραφε λβʹ. βιώσας δ' ἔτη ϛʹ πρὸς τοῖς ρʹ ἐτελεύτησεν. ἀδελφοὶ δ' αὐτῷ ἐγένοντο, * τίσιππος καὶ θεόμνηστος, καὶ θεόδωρος. διδάσκαλος δὲ γοργίας, οἱ δὲ τισίαν φασίν, οἱ δ' ἐργῖνον: οἱ δὲ πρόδικον ἔφασαν, οἱ δὲ θηραμένην. οἱ δὲ λόγοι αὐτοῦ πλεῖστοι.

* τιλίσιππος.

Ὁ ΑΥ̓ΤῸΣ ΠΕΡῚ ἙΤΈρου ἰσοκράτους.

Ἰσοκράτης, ἀμύκλα τοῦ φιλοσόφου. ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ πόντῳ, ἢ ἡρακλείας, ὡς καλλίστρατος ὁ ῥήτωρ, μαθητὴς καὶ διάδοχος τοῦ μεγάλου ἰσοκράτους. διακούσας δὲ καὶ πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου. οὗτος δ' ὁ ἰσοκράτης, καὶ θεοδέκτῃ τῷ ῥήτορι καὶ τραγῳδιοποιῷ, καὶ θεοπόμπῳ τῷ χίῳ, ἅμα τῷ ἐρυθραίῳ ναυκρατίτῃ διηγωνίσατο περὶ λόγων εἰς τὸν ἐπιτάφιον μαυσώλου τοῦ καρὸς, βασιλέως ἁλικαρνασσοῦ. καὶ λόγοι αὐτοῦ ε. ἀμφικτυονικὸς, προτρεπτικὸς, περὶ τοῦ τάφον μὴ ποιῆσαι φιλίππῳ, περὶ τοῦ μετοικισθῆναι, περὶ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας.

VITA

VITA ISOCRATIS è Suida.

ISocrates, Theodori tibiarum fabri filius, Atheniensis rhetor, natus est Olympiade octogesima sexta, quod est post bellum Peloponnesiacum. Ac propter uocis gracilitatem & uerecundiam causas non egit, sed plurimos docuit, & orationes scripsit trigintaduas. Natus annos centum & sex decessit. Fratres ei fuerunt * Tisippus, Theomnestus & Theodorus. Præceptorem habuit Gorgiam, quanquam alij Tisiam, alij Erginum, alij Prodicum, nonnulli Theramenem tradunt. Orationes eius plurimæ sunt.

* Telesippus.

IDEM DE ALIO Isocrate.

ISocrates Amyclæ philosophi filius. Apolloniæ Ponti, siue Heracleæ natus, ut Callistratus rhetor tradit, discipulus & successor maioris Isocratis. Fuit & Platonis philosophi assiduus auditor. Hic Isocrates cum Theodecte rhetore, & tragœdo, & Theopompo Chio, unà cum Erythræo Naucratite, orationibus funebribus in Mausolum Carem Halicarnassi regem decertauit. Orationes eius sunt quinque. Amphictyonica, Protreptica, de non faciendo sepulchro Philippo, de migrando, de sua republica.

HIERONYMVS VVOLFIVS DE VITA ISOCRATIS, & Orationum eius diuisione, atq; interpretatione sua.

Vita & cõmendatio autoris.



Socrates rhetor & philosophus Atheniẽsis, honestis parentibus natus, annis abhinc circiter bis mille: atq; ab optimis præceptoribus ea ætate, qua & philosophia et eloquentia floruerunt, Gorgia, Prodico, Theramene, Tisia institutus, uixit annos propè centum: & nobilißimis adolescentibus erudiendis, & grauißimis orationibus scribendis, opes & gloriam intra domesticos parietes est consecutus: quam tanto tẽporis spacio adhuc inuiolatam retinet. Id quod nobis argumentum esse debet, bonitatis scriptorum eius. Nam Aristoteles (quisquis ille fuit, siue Stagirites philosophus, siue Siculus rhetor) cùm se eius æmulũ esse dißimulare non potuerit: seipsum magis inuidentiæ crimine condemnauit, quàm Isocratem obtrectando læsit: & Aristides rhetor, Panathenaicum æmulatus, cõtra orationem de Pace non tam fortaßis ex animo, quàm ostentandi ingenij causa scripsit. Iam Dionysij Halicarnassei censuræ eiusmodi sunt, ut Isocrati nihil detrahant: sed adolescentes moneant, ne temerè quiduis, alieno & loco & tempore, imitentur. Quintiliano tamen in declamando, stylíq; exercitationibus magis placet ubertas & copia, ornamentorumq; orationis affectatio, quàm horrida & ieiuna breuitas. Præterea tam honorifica de autore nostro, cùm aliorum cõplurium, tũ Platonis & Ciceronis testimonia in promptu sunt, ut confidenter poßint omnibus omnium calumnijs & opponi & anteferri. Præstantiam eius illud etiam declarat, quòd, ut idem Cicero ait, ex eius ludo, tanquam ex equo Troiano, innumeri principes exierunt, quorum partim in pompa,

pompa, partim in acie illustres esse uoluerunt: Et ipse apud Græciæ principes ac reges, quamuis ob uocis imbecillitatem, & uerecundiam ingenij, Rempub. non attigisset, celebris & gratiosus fuit: & plerasq; orationes uel ad maximas Græciæ ciuitates, uel ad reges et principes scripsit. Quãobrẽ lucubrationes eius & scripta suauißima atq; saluberrima, non studiosorũ dũtaxat hominũ lectione, sed Regũ etiam et principũ in Repub. uirorum cognitione digna sunt: modò illi alijs occupationib. & oblectationibus paulisper omißis, sapientiũ uirorũ legendis monimẽtis aliquid temporis impertire ad utilitatem & suam & aliorũ dignarẽtur. Atq; hæc de uita eius delibasse nobis satis sit: cætera è suis petãtur autorib. Genus orationis numerosum, purũ & ornatũ, delectationi honestæ & ingeniorũ culturæ magis est, quàm forensi cõtentioni accõmodatũ. Cuius suauitas & elegãtia, nec è mea conuersione (quã ipse limaui quidem ut potui, sed lõgè ornatiorem esse uellem) nec fortasse cuiusquã alterius perspici potest. Sententiæ (quas ime & perspicuè explicasse, & fide optima appendisse confido) in eo paßim grauißimæ sunt, tã philosophicæ, quàm ad uitam ciuilem pertinentes. Docet rationem studiorum: dat gerendæ reipub. præcepta: & imperandi & parendi disciplinã tradit: rectè facta magnificè exornat: argumentorũ grauitatẽ suauißimæ orationis cõcinnitate quasi cõdit & demulcet: ut non abs re Attica Siren fuerit appellatus. Cum igitur utile dulci miscuerit, nec tantùm doceat, sed moueat etiam & delectet: omne tulisse punctũ, ut ait Horatius, uideri potest, & omnib. honestatis et eloquentiæ studiosis quàm cõmendatißimus esset debet. Instruentur enim hic, tũ rectè sentiendi, tũ bene dicendi & præceptis, & copiosißimis in omni genere causarũ exemplis. Illud tamen monendi sunt rudiores, in orationibus ad ostentationem & delectationem scriptis, quædam uel laudari, uel defendi, quæ in præceptis & doctrina morũ improbẽtur & uituperẽtur. Itaq; illa nõ esse imitãda. Neq; enim ita

Genus orationis.

Aliud est oratoria licẽtia, aliud seueritas philosophica.

sensit Isocrates, sed causæ propositæ seruijt: illaq; ludens potius, quàm seriò scripsit. neq; adeò fuit obliuiosus, ut nō animaduerteret, ea præceptis suis & cōsilijs nō esse cōsentanea: neq; putauit quenquam fore tam hebetem atq; ineptū, ut ab oratione philosophica declamationem oratoriam non discerneret. Orationes eius ad nostrā ætatem peruenerunt una & uiginti, quæ in quatuor classes distribui possunt, hoc modo: Primæ claßis sunt admonitiones tres, seu præceptiones de officijs: παραίνεσις ad Demonicū, ad Nicoclē, Nicocles siue συμβουλευτικός: etsi nonnulli codices perperam scriptum habent συμμαχικὸς, quæ inscriptio ad orationē de Pace pertinet. Hæ referri possunt ad genus διδακτικὸν, ἢ διδασκαλικόν, nō sine causa cæteris tribus causarū generibus additū, quod in omni liberali doctrina (si quis uerè iudicet) principatum obtinet, ac suasioni, quæ inde ueluti propagatur, admodū est affine. Sunt autem Deliberatiui generis orationes quinq;, Panegyrica, & ad Philippum (quarum tanta fuit apud Græcos admiratio & autoritas, ut Philippus & Alexander, earum lectione, ad Persicum regnum euertendum incitati esse perhibeantur) Archidamus, siue Λακεδαιμόνιος: Areopagiticus: De pace, siue συμμαχικὸς, ἢ συμβουλευτικός. Nec aliò ferè pertinent nouem eius Epistolæ, quāuis una atq; altera laudationis speciem habeat. Tertio loco sunt laudationes quatuor, Euagoræ, Helenæ, Busiridis, & liber qui Panathenaicus inscribitur. Mausoli enim encomion, ut & ad Dionysium tyrannum scripta oratio, interciderunt. Eodem etiam oratio, quæ reprehensionem Sophistarum continet, non incommodè referetur: licet eos (ut bono & cordato uiro dignum est) emēdare, quàm uituperare: & semetipsum commendare, quàm illos in odium atque inuidiam adducere, magis instituit. Restant forenses septem, de Permutatione, de Bigis, Aeginetica, Trapezitica, Paragraphica, Contra Lochiten, Ἀμάρτυρος. His annumerari potest etiam Plataica, quæ forensi omnino uehementia con-

Orationū diuisio.

constat, cum accusatione uiolentiæ Thebanorum. Oratio autem de Bigis non tam defensio est, quàm laudatio Alcibiadis: Philippicam item, & Panegyricam, & de Permutatione, Dionysius ἐσχηματισμένους ἐπαίνους, hoc est, per speciem suasionis et defensionis tectas esse laudes confirmat. Et hæ reliquiæ sunt scriptorũ Isocratis. Nã eius præceptiones artis oratoriæ, orationes itẽ uel quatuor, ut Dionysius: uel septẽ, ut Cecilius quidam putabat: uel, ut Suidas tradit, undecim, nobis quidem perierunt. Duæ autem, aut (dissentiunt enim autores de numero) quinq; & triginta, falsò quondam asscriptæ illi fuerunt. Sed ex amißis desiderari maximè potest oratio scripta ad Dionysium Siciliæ tyrannum (cuius ipse in oratione Philippica meminit (in quo à crudelitate reuocando, & animo eius ad clementiam & moderationem traducendo, magnas haud dubiè uires eloquentiæ adhibuit. Nec sine magno fructu & insigni uoluptate legerentur opinor criminationes Aristotelis, & Cephisodori defensiones. Hic autem earum quæ supersunt, ordo, quem exposui, quemq; in græcolatina editione Basiliensi, propter discentium cõmoditatem (ut & in Demosthene & Aeschine factum est) obseruandũ curauimus: etsi ab usitata collocatione recedit, tamen cùm ea neque temporum, neq; ullius methodi rationem habeat, sed planè fortuita uideatur, laudãdus potius est, quàm reprehendẽdus. Primùm enim docẽdi sunt imperiti, aliàs ἐξηγήσει et simplici expositione sententiæ nostræ (quod genus παραινετικὸν dicitur) aliàs ἀποδείξει, allatisq; rationib. cuiusmodi & disputationes philosophicæ sunt, et aliqua ex parte genus συμβουλευτικόν. Nec enim ei qui dat consiliũ, hoc tãtùm dicendũ est, Sic uolo, sic cẽseo, ita opinor: sed afferendæ sunt rationes, cur ita uelit, cẽseat, opinetur: & demonstrandũ, id quod suadet, fieri et posse, et debere et expedire. Iã cõsilijs & factis, quæ uel honesta et recta esse; uel turpia et praua cõstat, parata est aut laus, aut uituperatio: Si nõ constat, arbitrorum & iudicum disceptatione cõtrouer-

Quæ scripta Isocratis interciderint.

Aetiologia distinctionis & ordinationis orationum.

sia dirimitur. Doctrina igitur institutioq́; consilium & suasionem: suasio laudationē: laudatio quæ certarū rerum est, disceptationem quæ est dubiarum, antecedit. Sed hæc non magni sunt momenti: & quicunq; ordo seruetur, cuiq; liberum est, eam primùm legere orationem, quam sibi aptißimam esse putarit. Transeamus igitur ad conuersionem nostrā, deq́; ea Lectorem paucis moneamus. Ad huius eloquentißimi & sapientißimi scriptoris lectionem aßiduam Tybingæ excitatus sum studio & industria Iacobi Scheggij, anno Salutis restitutæ M.D.XXXV, ætatis meæ XIX. qui, ut uir est non excellenti tantùm ingenio & omnium disciplinarum capaci præditus, omniq́; liberali doctrina, philosophiæ in primis & artis medicæ sciētia exquisita perpolitus, sed singulari etiam humanitate ornatus, Ioāni Scheubelio, Euclidi nostræ ætatis, et mihi, Euagoræ laudationē priuatim interpretari nō est grauatus. Quæ mihi res tantam Isocratis admirationē mouit, ut ex eo tempore uix ullum siue Latinum siue Græcum scriptorē illi anteponam. Pòst, cùm anno M.D.XLV in celebri quadam urbe selectos adolescentes docerē, industria et uitæ modestia mihi laudem & gratiam peperit: quas euestigiò insecuta INVIDIA & ATE nescio quæ, peßimis artibus & capitalibus insidijs persequi me non prius destitit, quàm inuitis & diu repugnantibus ijs quorum erat autoritas (putabant enim uiri optimi, nihil mihi periculi esse: ignari scilicet illorū scelerum, sed melancholicis me turbari cogitationib. ex aßiduitate studiorum natis) & doctißimis quibusq; frustra me retinere cupientibus, fuga salutem quærere coegisset. Quæ fuga mea in belli Germanici initia incidit, ut priuata mea calamitas cū publicis coniūcta, summā mihi desperationē rerum omniū afferret. Sustentatus igitur ad tempus patroni cuiusdam & paterni amici, clarißimi optimiq́; uiri liberalitate, quatuor cōuerti orationes, Archidamum, Philippicam, de Pace, Areopagiticam: partim leuandi mei doloris causa, partim spe innotescen-

De conuersione & recognitione Isocratica.

di

di eruditis, & remediũ aliquod afflictæ fortunæ meæ inueniẽ
di. Quibus Basileam allatis, autor mihi fuit Oporinus, totius
Isocratis conuertendi: idq́; factum Argentinæ anno 1547, in
ædib. Medici celeberrimi, et ueteris amici, Sebaldi Hauenreu
teri, qui mihi domum uictumq́; cõmunem iam antè liberalis-
simè obtulerat, neq; in hunc usq; diem omnibus officijs orna-
re me destitit. Qua in re tanta animi alacritate perrexi, ut in-
terdum uno die duodecim Græcas pagellas absoluerem. Reli
quas certè 17 orationes, cum 9 epistolis & uita Isocratis, à tri
bus descripta autoribus, intra mensis unius spacium confeci.
Deinde semestre circiter datum est emendationi, & annota-
tionũ conscriptioni: statimq́; prælo subiectus Latinus Isocra-
tes, anno 1548 editus est, temerario prorsus (ut Fabij uerbis
utar) editionis honore, euentu tamen feliciore quàm pruden-
tiore consilio. Maiorem enim habebam tum Græcæ linguæ
usum & facultatẽ, quàm Latinæ, deq́; styli puritate parum la
borabam: id satis esse ratus, si autoris sententiam utcunq; ex-
preßissem, ut posset intelligi: praua cõsuetudine nostri seculi
et nationis fretus, quã Egnatius, τὴν ἡγησίππου λοιδορίαν μι-
μησάμενος, τὸν ἐγκέφαλον οὐκ ἐν τοῖς κροτάφοις, οὐδ' ἐν ταῖς
πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖν, sed cerebrũ in digitis ha-
bere dixit, propter incõsideratam chartis quiduis illinẽdi au
daciam: quæ tamen nõ malè mihi ceßit. Nam & patroni pri-
mum id meum, & minimè elaboratum opus, liberaliter sunt
remunerati: & docti uiri ac studiosi adolescentes non pauci,
conatum meum approbarunt: & hac occasione cõmißi mihi
fuerunt Augustani discipuli, quos biennium Basileæ, unũ an-
num Luteciæ Parisiorũ institui. Vnde in Fuggeranã familiã
primùm ascitus, pòst à Senatu Augustano ad Græcas Latináś-
que literas docendas sum uocatus: quo in munere uersor ad-
huc, eo studio, quod fides mea postulat: eo successu, quem siue
loci genius, siue fortuna mea, siue tempora nostra patiuntur.
Sed ut ad institutum redeam, Castalio, cum Isocratem meum

statim à prælo percurrisset, crassissima quæq; uitia dictionis in suo codice, Oporini opinor impulsu, notauit: ut sunt clausulæ in carmen desinentes, paraphrases non necessariæ, prouerbia affectata, græci casus, traiectiones uerborum obscuriores, germanismi nonnulli, & id genus alia. Quæ ego omnia in meum transcripta codicem, Luteciam attuli, & diligentius expendi omnia: triploq; plura deleui & mutaui, quàm à Castalione confixa fuerant: & codicem non Threicijs, sed Allobrogicis & Vuolfianis notis compunctum, Basileam anno 1551 rediens, unà cum Demosthene (de quo aliàs dicendi locus dabitur) Vascosano reliqui, à quo is biennio pòst, cum eũ contempsisse lucubrationẽ meam putarem, est elegantibus typis editus: quo tempore illius editionis Oporinus æquè ignarus, seueriore etiam à me lima, dum Fuggeranæ Bibliothecæ præessem, adhibita, eundem græcè latineq; recudit. Cæterùm cùm ne illa quidem uel mihi, nedum alijs seuerioribus censoribus satis probaretur: inter docendum mutaui penè totum orationis genus, ut eundem esse uix agnoscas. Quod quantis laboribus & molestijs mihi constiterit, ij demum credere poterunt, qui eandem aleam luserint. Hoc certè affirmare ausim, me plus in una oratione castiganda sudasse, quàm in totius operis prima translatione. Quam tamen auguror ab hominibus obesæ naris prælatum iri huic, tanto à me studio adornatæ. Pauci enim, in hac ignauia, in tanta ambitionis & auariciæ flamma, & rixandi uesania, Latinitatis rationem habẽt, augendis opibus & honoribus adipiscendis & aduersarijs prosternendis intenti. Sed ego adolescentiæ rationem habui, quam assuefieri uelim, ut quemadmodum Iurisconsulti sine legibus, ita & ipsa absq; probati autoris exemplis loqui erubesceret. Neq; tamen id assecutũ me esse, dicere ausim. Repugnat enim sæpe Græci sermonis genius, minimeq; se Latino præbet obedientẽ, nisi latissimè uelis extra autoris quasi alueum expaciari, καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν: quod ego mihi per-

permittere nequaquam uelim, rem conatus arduã & perdifficilẽ, ac potius eã quæ uix, ac ne uix quidẽ fieri posse uideatur, ut & uerbis Græcis proximè insisterem, & à Latinitate quamminimùm aberrarem. Quod igitur olim temerè & imperitè potius (fatendũ est enim) quàm superbè & arroganter (quid si etiam μαντικῶς scripsi: nam & poetæ uates dicũtur)

Græca legant docti: rudibus conuersio seruit
Nostra, polita minus, sed studiosa scopi.
Hi nimis audaces super ardua nubila tranant:
Hi timidi nimium, littora tuta legunt.
Nos (medio quantum licuit contendere cursu)
Flamma nec exußit, nec madefecit aqua.
Est appensa quidem planis sententia uerbis,
Verbaq;, qua debent, annumerata fide:

nunc maiore cum uenia Lectorum, & paulo uerius scribere posse uidear. Sicubi tamen hunc scopũ uel rei difficultate uictus, uel ab ingenio & doctrinæ copia destitutus, attingere nõ potui: religiosus & fidus interpres esse malui, quàm, quod multi faciũt, alij ex inscitia, alij ex ambitione, meas pro Isocraticis in medium afferre sententias. Quam religionem sunt qui superstitionem atq; ineptias appellantes, & contemnant, & oderint, & insectẽtur: & primam translationem meam, tam secundæ & tertiæ, quàm & huic quintæ recognitioni anteponant. Paucis enim, ut dixi, Latinitas curæ est, & à pluribus tumidum & promiscuum orationis genus modesto & puro antefertur. Sunt etiam quibus totum hoc displiceat, recognoscere & corrigere: & toties eandem quasi cantilenam recantare, uehementer improbetur. Cur non, aiunt, aut initiò functus es omni fidelis & diserti interpretis officio: aut, si id non potuisti, cur non potius egisti ocium, & alijs istam mandasti prouinciam, doctioribus & eloquentioribus? Equidem nihil habeo quod respondeam, nisi, nos tum pro nostris opibus mœnia condidisse:

Primitias dedimus, quas noster agellus habebat,
Quales è tenui rure uenire solent.

& quod neque primam editionem abolere licuit: neq; ulla cu iusquam conuersio, quam quidem nos uiderimus, nostra melior successit: κατὰ τ̀ δεύτερόν φασι πλοῦν, ad recognitionē, tanquam eos qui in Ecclesia lapsi sunt, ad pœnitentiam, confugisse.

Nunc postquam nos alma Ceres meliore beauit
Fruge: damus, nobis quod dedit alma Ceres.

Nam & optima quæq; nobis spectāda sunt: & cùm ea negantur, in hac consolatione acquiescendum, quòd meliorē partē scimus à maiore uinci, quæ perspicuitate nostræ conuersionis contenta, uerborum ornatum nō magnopere requirat. Sin illud etiam accesserit, ut aliqui, styli quoq; laudem nonnullam, aut saltem diligentiæ mihi tribuant: quid ni præclarè mecum actum putabo? Seueris autem istis censoribus, οὐχὶ μὲν κλαίειν καὶ οἰμώζειν λέγω (σκυθικὸν γὰρ τοῦτό γε, καὶ λίαν ἴσως φιλαπέχθημον) ἀλλὰ κατὰ βιαύτα τὸν σοφὸν, κρόμμυα ἐσθίειν: ut lachrymis oculorū, sine ullo animi dolore, impediti, minus acutè perspiciant errata nostræ orationis, & ideas Platonicas & Zenonias somniare desistant: & in se ipsi descendentes cogitēt, quàm multa & dixerint & fecerint et scripserint, quæ nūc, si omnia eis essent integra, mutata uellēt. Quòd si in moribus & uita, quæ omni gestu moderatior, omni uersu aptior esse debet, cōcessum est παλινῳδεῖν μᾶλλον, ἢ κακῶς ᾄδειν: si in uno epistolio, quod ad magnum principem graui de re scribitur, multa delentur, nōnulla adduntur, nō pauca mutantur, & sæpe de uno uerbo scrupulosæ existunt disputationes: cur nobis ea scribentibus, quæ ad memoriam posteritatis pertinēt, ἡ τῶν δευτέρων φροντίδων εἴτε μετανοία, εἴτε καὶ πρόνοια negetur? Sed & de me, et de ignauis atq; ingratis mearum lucubrationum Momis, οἵ τινες ῥᾶον ἂν ἡμᾶς μωμήσαιντο, ἢ μιμήσαιντο, plus satis. Ego præstiti, quod licuit, & potui:

tui: facileq; patior, eos quibus nostra displicent, alios Isocratis quærere interpretes, qui complures fuerunt: de quibus eos ego recensebo, quos mihi uidere contigit. Parænesin igitur interpretatus est Antonius Luscus, Rodolphus Agricola, Ioachimus Camerarius, Antonius Schorus, Andreas Sidelius. Orationem de regno ad Nicoclē, Martinus Phileticus, Erasmus Roterodamus, Thomas Naogeorgus. Nicoclem & Euagorā, Claudius Baduellus sanè quàm eleganter: qui utinam totum Isocratem conuertendum sumpsisset. sic enim mea opera nequaquā fuisset opus. Euagorā, Baptista Guarinus, Matthæus Dreserus. Areopagiticum, Ioānes Ludouicus Viues, & Vitus Amerpachius. Orationem cōtra Sophistas, Christophorus Hegendorfinus, Vitus Amerpachius: idēq; & Nicoclem, & Helenæ laudationem, & Busiridem, & Plataicum, & de Permutatione: Archidamū item, quem & Victorinus Strigelius. Philippicam, Georgius Sabinus. Orationem de Pace, Onophrius Bartholinus, & Petrus Mosellanus. Orationes Isocratis omnes, Ioannes Lonicerus: epistolas omnes, Renatus Guillonius. Hæ igitur Isocraticarū lucubrationū interpretationes in manus mihi uenerūt: de quib. singulis quid sentiā, non necesse habeo dicere. Sed acutus, eruditus et æquus Lector facilè uidebit QVID DISTENT AERA LVPINIS. &, ut nihil aliud ego præstitißē: uel ob hoc mihi deberi gratiā intelliget, quòd plurimos adolescentes ad legendū Græcæ eloquentiæ parentem (cur enim hoc ornare Isocratem elogio dubitem?) incitarim: idq; nō minima ex parte effecerim, ut is in plerasq; Scholas bene institutas sit receptus. Neq; uerò parùm bene de Rep. meriti esse cēsendi sunt, qui adolescētiæ studia ad optimū quenq; utriusq; linguæ autorem cognoscendū excitarint. Verùm noster hic orator uerè politicus et regius (repetēda enim sunt quæ suprà etiā diximus) nō modò studiosorū hominū lectione, sed & regum & principū in republica uirorū cognitione, mihi certè quidē uidetur esse dignus. Quod etsi legen-

dis eius scriptis melius quàm ulla alia ratione intelligetur: tamen uel propter Græcæ linguæ ignaros, uel propter rerum imperitos adolescentes, & ueterum & nostræ ætatis doctorum hominum testimonia, tanquam sententiæ nostræ suffragia quædam adscribamus.

PLATONIS IN PHAEDRO HAEC uerba sunt, quæ Cicero infrà Latina fecit.

ΣΩ. Νέος ἔτι, ὦ φαῖδρε, ἰσοκράτης. ὃ μέν τοι μαντεύομαι κατ' αὐτοῦ, λέγειν ἐθέλω. ΦΑΙΔ. τὸ ποῖον δή; ΣΩ. δοκεῖ μοι ἀμείνων, ἢ κατὰ τοὺς περὶ λυσίαν εἶναι λόγους, τὰ τῆς φύσεως. ἔτι δ' ἤθει γεννικοτέρῳ κεκρᾶσθαι. ὥστ' οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστὸν, προϊούσης τῆς ἡλικίας, εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λόγους, οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ, πλέον ἢ παίδων διενέγκοι τῶν πώποθ' ἁψαμένων λόγων. ἔτι δ', εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσαι ταῦτα, ἐπὶ μείζω δέ τις αὐτὸν ἄγοι ὁρμὴ θειοτέρα. φύσει γὰρ, ὦ φίλε, ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ.

Cicero in Oratore:

Horũ ætati succeßit Isocrates, qui præter cæteros eiusdem generis laudatur semper à nobis, nõnunquam Brute leuiter, & eruditè, repugnante te. Sed credas mihi fortasse, si quid in eo laudem cognoueris. Nam cũ concisus ei Thrasymachus minutis numeris uideretur, & Gorgias, qui tamẽ primi traduntur arte quadã uerba iunxisse: Thucydides aũt præfractior, nec satis (ut ita dicam) rotũdus: primus instituit dilatare uerbis, & mollioribus numeris explere sentẽtias. In quo cùm doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo principes extiterũt, domus eius officina habita eloquentiæ est. Itaq; ut ego, quum à nostro Catone laudabar, uel reprehendi me à cæteris facilè patiebar: sic Isocrates uidetur testimonio Platonis, aliorũ iudicia debere contemnere. Est enim (ut scis) quasi in extrema pagina Phædri his ipsis uerbis loquens Socrates: Adolescens etiã nunc, ô Phædre, Isocrates est. Sed quid de illo augu-

augurer, lubet dicere. Quid tandem, inquit ille? Maiore mihi ingenio uidetur esse, quàm ut cum orationibus Lysiæ comparetur: præterea ad uirtutem maior indoles, ut minimè mirum futurum sit, si, cùm ætate processerit, aut in hoc orationũ genere, cui nunc studet, tantum, quantum pueris, reliquis præstet omnibus, qui unquam orationes attigerunt: aut si contentus his non fuerit, diuino aliquo animi motu maiora concupiscat. Inest enim natura philosophia in huius uiri mente quædam. Hæc de adolescente Isocrate, Socrates auguratur. At eade seniore scribit Plato, & scribit æqualis: & quidem exagitator omnium Rhetorum, hunc miratur * uirum. Me autẽ, qui Isocratem non diligunt, unà cum Socrate & Platone errare patiantur. * unum

Idem 2. de Inuentione:

Nam fuit tempore eodẽ quo Aristoteles, magnus et nobilis rhetor Isocrates: cuius ipsius quam cõstet esse artem, nõ inuenimus. Discipulorũ autem, atq; eorũ qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte præcepta reperimus.

Idem in Oratore, cum de oratione agit apta atq; numerosa, sic scribit:

Nam qui Isocratem maximè mirantur, hoc in eius summis laudibus ferũt, quòd uerbis solutis numeros primus adiunxerit. Quũ enim uideret Oratores cum seueritate audiri, Poetas aũt cum uoluptate: tum dicitur numeros secutus, quib. etiam in oratione uteremur, quũ iucũditatis causa, tum ut uarietas occurreret satietati. Quod ab his uerè quadã ex parte, nõ totum dicitur. Nam neminem in eo genere scientius uersatum Isocrate, cõfitendũ est: sed princeps inueniẽdi fuit Thrasymachus, cuius omnia nimis etiam extant scripta numerosè. Nam (ut paulo antè dixi) paria paribus adiuncta, & similiter desinita, itemq; cõtrarijs relata cõtraria, quæ sua sponte, etiamsi id non agas, cadunt plerunq; numerosè, Gorgias primus inuenit:

uênit: sed his est usus intemperantius. Id autem est genus (ut antè dictum est) ex tribus partibus collocationis alterum. Horum uterq; Isocratem ætate præcurrit, ut eos ille moderatione uicerit. Est enim, ut in transferēdis faciendisq; uerbis tranquillior: sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem auidior est generis eius, & his festiuitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur, quàm Isocrates: quum tamen audiuisset in Thessalia adolescens senem iam Gorgiam, moderatius temperauit. Quinetiam se ipse tantum, quantum ætate procedebat (propè enim centum cōfecit annos) relaxarat à nimia necessitate numerorum. quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem scripsit, quum iam admodum esset senex: in quo dicit, sese iam minus seruire numeris, quàm solitus esset. Ita non modò superiores, sed etiam se ipse correxit.

Idem lib.3. de Oratore:

Suauitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Aeschines, uim Demosthenes habuit. Quis eorum non egregius? tamen cuius, nisi sui, similis? Et ibidem: Isocrates doctor singularis. &, Floruit Isocrates nobilitate discipulorum.

Idem in Bruto:

Extitit igitur iam senibus illis, quos paulo antè diximus, Isocrates, cuius domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi: magnus orator, & perfectus magister: quanquam forensi luce caruit, intraq; parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo iudicio, est postea consecutus. Is & ipse scripsit multa præclarè, & docuit alios, & quum cætera melius quàm superiores: tum primus intellexit, etiam in soluta oratione, dum uersum effugeres, modum tamen & numerum quendam oportere seruari. Ante hunc enim, uerborum quasi structura, & quædam ad numerum conclusio, nulla erat: aut si quando erat, non apparebat eam dedita opera esse quæsitam, quæ forsitan laus sit:

uerun-

ueruntamen natura magis, tum casu nonnunquam, quàm aut ratione aliqua, aut obseruatione fiebat. Ipsa enim natura circumscriptione quadam uerborum comprehendit, cõcluditq; sententiam. Quæ quum * aptis constricta est, cadit etiam plerunq; numerosè. Nam & aures ipsæ quid plenum, quid inane sit, iudicant: & spiritu, quasi necessitate aliqua, uerborum comprehensio terminatur: in quo, non modò defici, sed etiã laborare, turpe est.

Idem lib. 3. de Oratore:

Verborum & sententiarum nodo interpunctas clausulas in orationib. esse uoluerũt. Idq; princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam ueterum consuetudinem, delectationis atq; aurium causa numeris astringeret.

Idem libro de Oratore secundo, de diuersis pro ætatum serie dicendi generibus scribens.

Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omniũ: è cuius ludo tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt. Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse uoluerũt, &c. Proderit aliquot uersus præcedentes & sequentes legere, quos studio breuitatis omisimus, locum signasse contenti.

Idem Tusculan. quæst. lib. 1.

Sed ut Aristoteles uir summo ingenio, scientiæ copia, quũ motus esset Isocratis rhetoris gloria, dicere etiam cœpit, adolescentes docere, & prudentiam cum eloquentia iungere: sic nobis placet nec pristinũ dicendi studium deponere, et in hac maiore & uberiore arte uersari.

Idem de placida eius senectute & morte, in libro de Senect.

Est etiã quietè & purè & elegãter actæ ætatis placida ac lenis senectus. Qualem accepimus Platonis, qui uno & octogesimo anno scribens, mortuus est. Qualem Isocratis, qui cum

cum librũ, qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, uixitq; quinquenniũ postea, &c.

Dionysij Halicarnassei iudicium de Isocrate:

Præcipuam laudem meretur Isocrates, ob institutum orationum, in quibus elaborauit: & argumentorum honestatem et elegantiã, quæ tractanda suscepit. Hæc enim studiosos eius nõn eloquentia tantùm augere, sed ad morum etiam honestatem instituere, & gubernandæ tum familiæ, tum ciuitati, tum toti Græciæ idoneos poßint reddere. Nam præstantißima præcepta ad uirtutem, in orationibus Isocratis inueniuntur. Ac, mea quidem sententia, qui non partem aliquam ciuilis facultatis, sed rationem gerendæ Reipublicæ uniuersam complecti animo uolet: is hunc oratorem nocturna diurnaq; manu uersare debebit. Quòd si quis ueram philosophiam amplectitur, solis speculationibus haud contentus, sed actione uirtutis etiam occupatus: nec suis commodis metitur omnia, sed prodesse multis laborat: huic ego autor ero, ut oratoris huius imitetur institutum.

M. Fab. Quintilianus lib. Instit. oratoriarum 2. cap. 9.

An non clarißimus ille præceptor Isocrates, quem nõ magis libri bene dixisse, quàm discipuli bene docuisse testantur, cum de Ephoro atq; Theopompo sic iudicaret, ut alteri frenis, alteri calcaribus opus esse diceret: aut in illo lentiore tarditatem, aut in hoc penè præcipiti concitationem adiuuandã docendo existimauit, cùm alterum alterius naturæ miscendũ arbitraretur?

Idem lib. 3. cap. 1.

Isocratis præstantißimi discipuli fuerunt, in omni studiorũ genere: eoq; iam seniore (octauũ enim & nonagesimũ impleuit annũ) pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artẽ oratoriam cœpit, noto quidẽ illo, ut traditur, uersu ex Philoctetã frequen-

frequenter usus: αἰσχρὸν σιωπᾷν, Ἰσοκράτην ἐᾷν λέγειν: Turpe esse tacere, & Isocratem pati dicere. Ars est utriusq;: sed pluribus eam libris Aristoteles complexus est.

Idem lib.9.

Magnæ ueteribus curæ fuit, gratiam dicendi è paribus contrarijs acquirere: Gorgias in hoc immodicus, copiosus utique prima ætate Isocrates fuit.

Idem lib.10. cùm de Lysia prius dixisset, hæc subijcit:

Isocrates in diuerso genere dicendi, nitidus & compositus, & palæstræ quàm pugnæ magis accommodatus, omnes dicendi ueneres sectatus est: nec immeritò. Auditorijs enim se, non iudicijs compararat. In inuentione facilis, honesti studiosus: in compositione adeò diligens, ut cura eius reprehendatur.

Idem lib.12.

Isocratis schola principes oratorum dedit.

Idem lib.10.

Mihi uidetur M. Tullius, cùm se totũ ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse uim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis.

Hermogenes α. ἰδεῶν:

πολὺ τὸ καθαρὸν τῆς λέξεως παρ' Ἰσοκράτει.

Plin. Secundus Epistolarum lib.6. ad Quadratum.

Nec uerò Isocrati, quo minus haberetur summus orator, offecit, quòd infirmitate uocis, mollicia frontis, quo minus in publico diceret, impediebatur.

Cæl. Rhodig. Antiq. lect. lib.5. cap.13.

Deniq; uis in Demosthene peculiari insigniq; modo celeberrima, sicuti in Isocrate suauitas, subtilitas in Lysia, in Hyperide acumen, sonitus in Aeschine, in Platone copia. Idem lib.25.

lib.25.cap.3. ubi de Cicerone agens: Latè in eo grassatur, inquit, uis Demosthenis, renidet Platonis copia: abblanditur, allectat, afficit Isocratica iucũditas, cuius domus cunctæ Græciæ quasi ludus patuit, ac dicendi officina. Idem lib.26.cap.25. Isocratem citra puluerem aut etiam clepsydram Oratorem uel nobilißimum, memoriæ proditum est, quum rogaretur, ut in conuiuio quodam promeret aliquid de artis suæ officina, respondisse: ἐν οἷς μὲν ἐγὼ δεινὸς, οὐχ ὁ νῦν καιρὸς: ἐν οἷς δ' ὁ νῦν καιρὸς, οὐκ ἐγὼ δεινός: Quæ noui, temporis huius non sunt: quæ uerò exigit tempus hoc, ego nescio. Veluti parum congrueret, lasciuientibus poculis oratoriam inserere grauitatem: quòd æquè ridiculum sit, ac in purpura repens simia.

Cæl. Calcagninus de Imitatione:

Hinc est, quòd Platonem legentes, heroicam quandam amplitudinẽ haurimus, et afflatu propè diuino incitamur. Qui uerò frequẽtes sunt in lectione Isocratis, hi comptam, & undiq; picturatam orationem effingunt, palæstræ quàm iustæ pugnæ multo aptiorem. Qui apud Demosthenem uersantur, hi bellicum quendam concentum animo concipiunt, ut paulò minus ad arma prosiliant, & iam cædem & sanguinem spirent, & uulnera afferre & accipere honestum putent. At quum M. Ciceronem adimus, Di boni, quis habitus oris, quæ animorum imago non se nobis ingerit? quantis ille hastas lacertis in orationibus iaculatur? quos ille clamores, quos tumultus elicit, quoties indignatur? quos ille luctus, quas deplorationes animis inspirat, quum misericordiæ uela intendit?

Idem in Rhetoricæ Compendio.

Cicero suo oratori memoriam optat Iureconsultorum: quam qui assequi non potuerit, præstat ut scribat, uel certè aliud

aliud agat, quàm frustra oratoriam sequatur. Sic Isocrates forensem actionem dicitur reformidasse, & in scribendis orationibus maluisse tempus exponere. Debemus enim omnes naturæ supellectilem excutere, & uires ingenij metiri, &c.

Ioan. Lud. Viues.

Isocrate simplicius ac purius cogitari nihil potest.

Idem in Præfatione ad Thomã Cardinalem.

Fuit Isocrates Atheniensis rhetor, temporibus Platonis: ex cuius schola, tãquam ex equo Troiano, prodijt numerosa illa cohors eorũ qui & dicendo & republica administranda plurimùm in Græcia ualuerunt. Eloquentiam testãtur discipuli, & monumenta ingenij: in quib. est mira sermonis dulcedo, & aptissima cõpositio, numeris ad ornatum astricta. Cicero fatetur, ex illius opib. ornatiorẽ se ac locupletiorẽ fieri. Itaq; maximo in precio atq; honore est per gentes omnes habitus: nactusq; est sine foro, intra domesticos parietes, eam gloriã, qualem rari ex ijs qui in solem certamenq; prodierũt, sunt consequuti. Constat, perbreues sæpe orationes ab eo cõscriptas, ingenti auri pondere à principibus uiris repensas esse: ut ab Artemisia regina Cariæ, & à Nicocle rege Salaminæ. Tantus patriæ amator, ut fractis à Philippo rege Atheniensium rebus ad Chæroneam, ut primùm de ea re nuncius est Athenas perlatus, mœrore expirauerit, grandis admodum natu.

Ipsius Isocratis de se elogia, uide in exordijs Panegyrici & Panathenaici: item in Oratione περὶ ἀντιδόσεως, & ad Philippum: Dionysij item censuram suo loco.

Videtur Dionysij sua censura de Isocrate dicere contradicere iudicijs Platonis & Ciceronis, quorum tamen ego sequi malim.

Claudius Baduellus.

Nullus est nec apud Græcos, nec apud Latinos orator, philosophus, aut alius scriptor: qui aut uenustate orationis, aut grauitate sententiarũ, cũ Isocrate rhetore cõparandus uideatur.

Philippus Melanchthon.

Isocrates scriptor in primis utilis ad eloquentiam, continet res dignas cognitione.

RERVM ET VERBORVM
in Isocrate memorabilium,
INDEX.

Am-

Athenis

C

Cer-

comi-

impe-

inui-

repre-

periuri

Solon

V

uulgi

FINIS.

BASILEAE, EX OFFICINA
Oporiniana, Anno Salutis huma-
næ M. D. LXXXVII. Men-
ſe Auguſto.

